68
9 F
10

68
9
≠
10

STATVTA CIVITATIS PISTORII.



BIBL. COLL. ROM.
BIBLIOTECA ROMA

FLORENTIAE. M. D. XLVI.

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO PRINCIPI COSMO MEDICI IMPERII FLORENTINI DVCI SECVNDO.

IOANNES FORTIGVERRA PISTORIENSIS.

S. D.

BIBLIOTECA ... ROMA ...

MAIORES NOSTRI, ILLVSTRISSIME Princeps, cum Vrbis huius ſitum, ædificiorum deſcriptionem, ſertilitatem camporum, collium amœnitatem, cœliq; ſalubritatem uiderent, quo ſapientius in tanta ubertate, & rerum omnium copia ſecundam Fortunam ferre homines aſſueſcerent, ſanctiſſimis eam legibus Inſtitutisq; munierunt quibus Gloriæ præmiorumq; ſtimulis ad uirtutem optimam quemq; impellerent, & pœnæ ſuppliciorumq; metu a uitiis improbos perditoſq; deterrerent. Sed cum uarii diuerſiq; caſus poſtea incidiſſent, uarias diuerſaſq; leges excogitare, & ſancire neceſſe fuit, ad quas multis de cauſis tanta eſt ſubinde facta acceſſio, ut cum recentiores leges uigerent, neq; iis contrariæ abrogatæ eſſent, ad litigandum potius, atq; omnia confundendum, q̃ ad tranquillæ otioſeq; uiuendum eas conditas eſſe quilibet affirmaret. Qua ex re cum Ciuitatem noſtram calamitates maximas pertuliſſe ſæpe numero conſideraui ſſem, cuperemq; huic etiam incommodo aliquando proſpici, ac prouideri, leges omnes noſtras municipales, quæ ſtatuta appellantur, aliquando in manus ſumpſi, & ſingulis earum Capitibus diligenter perlectis, non contemnendam Operam Ciuitati huic nauari poſſe putaui, ſi quis iis legibus ſublatis, quæ aliis utilibus, tamen ac neceſſariis e' regione eſ-

sent contrariæ, ad uetera illa instituta, q̄ maxime fieri posset, se se referret, & cum ex ueteribus legibus, tum ex recentioribus, sine quibus ille quodammodo mutilæ mancæq; uidentur, quasi quoddam corpus conficeret. Hac itaq; ratione cum uiderem pene cuerlæ huic Ciuitati opem aliquam ferri posse, non tantum mihi id circo ipse arrogabam, ut ad hoc negocium perficiendum, multis partibus me magis idoneos eos ciues esse non cognoscerem, quibus illud initio datum est. Elegit enim Ciuitas nostra prudentissimos homines PETRVM Angelinum, & SEBASTIANVM Arrigum Iureconsultos, praterea IO. MARIAM Franchinum de Tauianis, TOMMAM Panciaticum VINCENTIVM Cellesium, ANTONIVM Aurificum, PHILIPPVM Rospiglioſum, & LEONARDVM Franchium, Qui quidem mandatum sibi munus diligentissime obibant, ac pro sequebantur, nam non modo ipsi his calamitatibus consulendi optimam rationem inierunt, sed mirificam principio ei rei Operam nauauerunt. Verum cum alii aliis causis, rationibusq; de inde ab eiusmodi incæpto deducerentur, rem non omnino in commodam me facturum existimaui, si quoquo modo possem optime de me meritæ Patriæ difficillimo, & grauissimo illius tempore Studium meum pietatemq; nauarem. Grauissime autem me in hanc mentem impulit, q; iis maioribus me ortum memineram, qui maxima, & plurima huic Ciuitati præsidia, atq; ornamenta attulerunt. Nam dum huius Ciuitatis extabit uestigium, semper NICOLAI FORTIGVERRAE THYANEI Amplissimi Cardinalis in suos Ciues Immortalia merita extabunt. Illius enim sapientissimo Consilio, atq; incredibili liberalitate, disciplinarum omnium, ac liberalium artium studia in hac urbe uigent ad huc, & exadolescentibus nostris minimum terdeni in celeberrimis Italiæ Ciuitatibus, in quācunq; commodum cuiq; est doctrinam incumbentes, eiusdem Cardinalis pecunia liberalissime sustentantur, quod beneficium cuiusmodi, & quantas hominibus nostris commoditates importet, aliis iudicandum relinquo. Ciuitas certe nostra ei se plurimum debere, non modo non inficiatur. Verum etiam libentissime confitetur. Valuit itaq; multum apud me amplissimi hominis gentilis mei auctoritas, & ad bene de Patria merendum, ipse de eadem optime meritus, ex quo sapere cœpi, quotidie magis, magisq; me excitauit. Verum ad hoc salutare, & necessarium negocium, hoc potissimum tempore aggrediendum, factum tuum ILLVSTRISSIME, atq; EXCELLENTISSIME PRINCEPS Me maxime inflammauit. Nam cum multofirmissimis Castellis huius Ciuitatis murorum infirmitatem munires, non alienum tua dignitate putaui, si eodem tempore intra ipsam Ciuitatem Sanctissimæ leges otii, & tranquillitatis propugnacula emendarentur, & omni-

bus maculis omnique obscuritate purgatæ ita confirmarentur, ut hoc non ignobile municipium suam pristinam dignitatem breui recuperare posse uideretur, difficile alias utrunque uideri potuisset. Te autem IVSTISSIMO, ET SAPIENTISSIMO PRINCIPE Nihil facilius fieri, aut cogitari posse existimo. Quis enim unq̃ otii pacisq̃ studiis, te magis incensum se præbuit? aut, cum res postulauit, celerius consideratus fortiusq̃ Bellum administrauit? Vidimus abhinc triennium cum maxima atq̃ ornatissima Turcarum classis Tyrrenum, Ligustiumq̃ Mare occupauisset, Te non modo tuos portus, urbesq̃ maritimas ab omni calamitatis metu incolumes seruauisse. Verum etiam finitimos Senensium portus a suis hominibus destitutos, & Plumbinum ab omni re nudum imparatumq̃ firmissimo tuarum copiarum præsidio muniuisse. Nam quid ego commemorem insolentissimam Gallorum uictoriam tua unius opera repressam, retardatamq̃ esse? Et cum fusis, Cæsisq̃ Cæsarianis militibus Mediolanum, totamq̃ insubriam nulli negocio illi capturi esse putabantur, auxiliorum tuorum celeritate non modo illius Regni potiundi spe prorsus deiectos. Sed etiam de ratione sua meditari coactos fuisse? Hæc profecto atq̃ alia id genus illustriora, & notiora sunt, q̃ ut hoc loco, aut tam tenui ratione sint commemoranda. Iam uero quanta liberalitate, bonitateq̃ prosperisti, ut & tui ciues, & sociæ Ciuitates tranquillam, honestamq̃ pacem trahere possent. Magnitudine enim præmiorum ex uniuersa Italia doctissimis quibusq̃ accersitis, disciplinarum omnium, omnisq̃ scientiæ in Pisana Ciuitate luculentissimum domicilium constituisti, & ne propter rei familiaris angustias ad bonam frugem euadendi cuiq̃ facultas intercludatur, maximam ingeniolorum adolescentulorum familiam tua pecunia ibidem alendam curasti. Cuius quidem liberalitatis EXCELLENTIA, Et si hodie Immortalem laudem parauit. Eam tamen ita posteritas admirabitur, ut oppido preclare cum huius ætatis hominibus actum putet, qui in sui Principis tanta felicitate, tanq̃ Imperio Patrem potius, q̃ seuerum Dominum se se habere cognouerint. Itaq̃ cum perspicerem te ILLVSTRISSIME PRINCEPS in Belli pacisq̃ studia tanta alacritate incumbere, & intestinis disidiis hanc Ciuitatem pene deletam subleuare omnino constituisse. Ego quoq̃ tempus hoc magis optatum, q̃ ante hac speratum arripui, atq̃, ut paulo ante commemorauì, omnia maiorũ nostrorũ institutа sumpsi, & quæ deinde aliis aliisq̃ temporibus conscripta cum illis consentire uisa sunt, eis ita coniunxi, ut quæ ad unam eandemq̃ materiam pertinebant, certo ordine, uno in loco facile comperiantur, & singula inueniendo difficultas, & interpretandi obscuritas tublata sit. Quam quidem operam, si quæ tua est singularis humanitas, & diuina bonitas, in bonam partem (ut spero) ac-

cipies, præclara tu quidem multorum ingenia, quæ nihil adhuc fortasse molita sunt, ad eiusmodi negocia excitabis, & ego, quod omnium mihi fuerat optatissimum, me assecutum esse perpetuo gaudebo.

VALE.

TABVLA

PRIMI LIBRI.

DE officio, & iuramento Domini Potestatis & eius officialiũ. Ru.1.car.9.
De deuetu officialium forensium uenientium in Ciuitate Pistorii. ru.2.car.10.
De notificatione per Cancellarium facienda Capitaneo, & Potestati de statutis, & reformationibus non existẽtibus penes eos ad quorum obseruantiam tenentur. ru.3.car.10.
De Petitionibus firmandis, & deliberationibus, & partitis. ru.4.car.10.
De sindicamento Cancellarii cõmunis Pistorii. ru.5.car.12.
Quod Potestas Capitaneus, & Cõmissarius, & quilibet alius officialis Pistorii, teneatur seruare statuta. ru.6.car.13.
De Acceptatione officiorum. ru.7.car.13.
De Approbatoribus Communis Pistorii. ru.8.car.13.
De officio & sacramento præconum. ru.9.car.13.
De deputatione & officio, officialium carcerũ stincarum. ru.10.car.14.
Qui sint iudices cõpetentes in exactionibus cõmunis. ru.11.car.15.
Quod nullus de Ciuitate, & comitatu Pistorii, possit conueniri coram aliquo officiali Ciuitatis Florentiæ, nisi solum coram officiali mercantiæ. ru.12.car.16.
De directo accipiendo per Rectores Ciuitatis Pistorii pro exactionibus cõmunis, & priuatorum. ru.13.car.17.
De electione nunciorum. ru.14.car.17.
De hostilis non tollendis per nuncios. ru.15.car.19.
De officio, & administratione pignorum grauatorum. ru.16.car.20.
Quod sindici Potestatis, Capitanei, seu Cõmissarii & Capitanei Mõtaneæ debeant uenire ad Ciuitatem Pistorii, per duos dies ante finitum officium. ru.17.car.24.
De salariis tollendis, & non accipiendis per nuncios. ru.18.car.24.
De his ad quæ tenentur fornaciarii. ru.19.car.25.
Quod Capitaneus, seu Comissarius teneatur emi facere ligna. ru.20.c.26.
De consignatione actorum facienda per Notarios ad Ciuilia deputatos. ru.21.car.26.
Quod nullus cogatur recipere officium. ru.22.car.26.
De Magistris lignaminum, & lapidum eligendis pro igne extinguendo. ru.23.car.26.
Quod nulla ars possit facere statuta. ru.24.car.27.
Quod nullus de collegio possit capi durante eius officio. ru.25.car.27.

TABVLA.

SECVNDI LIBRI.

De modo procedendi in Ciuilibus. Ru.1.car.18.
De le Questioni de Mercatanti Cittadini, & Artieri di Pisto-
ia. Ru.2.car.31.
Qualiter procedatur contra contumaces. ru.3.car.34.
De datione insolutum facienda de bonis intenutam datis. ru.4.car.34.
De præcepto de disgomberando. ru.5.car.36.
De notificatione litis. ru.6.car.37.
Quod procurator non teneatur satisdare de defendendo Do-
minum. ru.7.car.38.
De dando aduocatum, uel Procuratorem. ru.8.car.38.
Quod nullus Sindicus uniuersitatis Communis Pistorii duret ul-
tra annum. ru.9.car.38.
De consiliis dandis per iudices & scripturis faciẽ. sine precio. ru.10.car.39.
Quod Iudex faciat consentire Patrem filio agenti, uel fugien-
ti ru.11.car.39.
Quod debitor alicuius conuentus non possit alienare de bonis
suis post citationem de eo factum. ru.12.car.39.
De non computando diem quo assignatur terminus, & de Citatio-
ne ad sententiam. ru.13.car.39.
De Produtione articulorum, & iuramento, & examinatione te-
stium. ru.14.car.39.
De pena negantis filiationem paternitatem & similia. ru.15.car.40.
Quæ probationes sufficiant in causa hipotecaria. ru.16.car.40.
De restituendis expensis creditori. ru.17.car.40.
De heredibus & hereditate debitores conueniendis. ru.18.car.40.
Quod quæstiones soccitarum terminantur summarie. ru.19.car.42.
De etate legiptima, & obligatione minorum & consensu maiorum
pro doubus, & restitutione in integrum. ru.20.car.43.
De contractu prohibito fieri cum male gerentibus facta sua. ru.21.car.43.
De credentiis non faciendis filiis familias. ru.22.car.44.
De tutoribus dandis & inuentario faciendo. ru.23.car.44.
Quod Tutores, & Curatores Testamentarii eorum credita non
amittant. ru.24.car.45.
De executione facienda contra tutores, uel curatores qui habuerint
de bonis pupillorum. ru.25 car.45.
De tutore uel administratore, administratorio nomine credita he-
reditatis exigente. ru.26.car.45.
Qualiter coniuncti possint capifacere coniunctos male condic-
tionis. ru.27.car.45.
De rerum diuisione. ru.28.car.46.
De diuisione inter patrem & filium. ru.29.car.46.
De obseruandis pactis domorum. ru.30.car.46.

De prohibita alienatione rei cõmunis inrequisito consorte. ru.31.car.47.
De casis non alienandis. ru.32.car.47.
De contractibus puberum petentium partem ad gaudemen-
tum. ru.33.car.48.
De præcepto quarantigiæ. ru.34.car.48.
De executione instrumenti conditionalis & eius liquidatiõe. ru.35.car.49.
De reiecta excussione bonorum. ru.36.car.50.
De oblatione bonorum. ru.37.car.50.
Quod debitor debitoris non possit grauari nisi certo modo. ru.38.car.50.
Quod principalis possit conueniri a fideiussore post terminũ. ru.39.car.50.
De solutionibus factis pro alio. ru.40.car.50.
De recuperatione debiti & expensarum a confideiussoribus. ru.41.car.51.
Quod pro debito uniuersitatis singulares personæ capi possint. ru.42.c.51.
Quod nullus possit capi sine licentia, & una sufficiat tempore cuius-
libet Rectoris. ru.43.car.51.
Quod detenti in carceribus pro cõmuni non possint staggiri. ru.44.car.51.
De executione legatorum. ru.45.car.51.
De tensinis fiendis & pro sequendis. ru.46.car.52.
De forensibus non detinendis ad petitionem alterius foren-
sis. ru.47.car.53.
De beneficiis forensibus concessis. ru.48.car.53.
De comitatino qui uenerit ad habitandum in Ciuitatem pisto-
rii. ru.49.car.54.
De his qui sunt uel erunt facti ciues per reformationem. ru.50.car.54.
De feriis & diebus feriatis. ru.51.car.54.
Quod nullus possit capi die sabbati uel publici mercati. ru.52.car.56.
Quod debitores imbanniti pro debito possint uenire ad ciuitatem
Pistorii, & non detineri infrascriptis diebus. ru.53.car.57.
De nundinis faciendis in Ciuitate Pistorii. ru.54.car.57.
Qualiter alteri per alterum acquiratur. ru.55.car.57.
De transmissione obligationis ad heredes. ru.56.car.58.
De præscritione. ru.57.car.58.
De restituenda carta debiti & libris exhibendis. ru.58.car.58.
De editione instrumentorum. ru.59.car.58.
De cogendo testes ferre testimonium. ru.60.car.58.
Quod consanguinei & consortes habentes controuersiam tenean-
tur eam committere. ru.61.car.59.
De notificatione laudorum. ru.62.car.59.
De generali executione laudorum. ru.63.car.60.
De protestatione facienda officialibus super obseruantia sta-
tutorum. ru.64.car.61.
Quod instrumenta non fiant per Notarios forenses, uel non sup-
positos iurisdictioni cõmunis pistorii. ru.65.car.61.
Qđ forenses & non suppositi iurisdictioni cõmunis pistorii nõ pos-

sint aduocare procurare uel instrumenta conficere in Ciuitate Pistorii. ru.66.car.61.

Quod Notarii Rectorum,& Officialium cõmunis Pistorii nihil accipiant pro scripturis. ru.67.car.61.

Quod notarii forenses consignent scripturas ad cameram. ru.68. car.62.

Quod quilibet Rector & officialis forensis teneatur scripturas factas in criminalibus repræsentare. ru.69.car.62.

De instrumentis non conficiendis per notarios diebus festiuis. ru.70.c.63.

Quod Notarii teneantur denunciare quod scriptum est. ru.71.car.63.

De fide habenda cædulis repertis in abreuiaturis notariorum. ru.72.c.63.

De abreuiaturis notariorum. ru.73.car.64.

De præcio abreuiaturarum. ru.74.car.65.

De Instrumentis dotalibus deperditis. ru.75.car.65.

De Reinueniendo scripturas communis. ru.76.car.66.

De instrumentis publicis in libro communis scribendis. ru.77.car.66.

De instrumentis fictiuis & simulatis. ru.78.car.66.

De emptione facta in fraudem usurarum. ru.79.car.67.

De reinunciatione non numeratæ pecuniæ. ru.80.car.67.

De alimentis. ru.81.car.67.

De alimentis præteritis ex testamento,uel ultima uoluntate. ru.82.car.67.

De alimentis futuris. ru.83.car.67.

Quod nulla Mulier personaliter uadat coram Potestate, uel Capitaneo. ru.84.car. 67.

De certioranda muliere. ru.85.car.67.

De consensu & obligatione mulieris & de datione facienda per uirum de bonis suis. ru.86.car.68.

Quod uenditiones alienationes & consensus faciendi per mulieres fiant cum consensu duorum propinquorum. ru.87.car.68.

Quod mulier dotata non possit pro dote matris auiæ uel agere contra bona alienata per patrem. ru.88.car.68.

De non mouendo litem a muliere de parte sua existente cum uiro infra quinquennium. ru.89.car.68.

De donatione propter nuptias. ru.90.car.68.

De corredis dandis & fulcimentis mulierum. ru.91.car.69.

Qualiter Mulier possit consequi dotem suam constante Matrimonio. ru.92.car.69.

De acquisitis per uxorem uiuente uiro. ru.93.car.70.

Quod nulla mulier uiuente uiro suo, possit defendere bona uiri nisi in certis casibus. ru.94.car.70.

Quod filii non possint petere dotem Matris uiuente Patre. ru.95.car.70.

De tacita hipoteca bonorum. ru.96.car.70.

De muliere decedente infra quinquennium. ru.97. car.70.

Quod qui recepit dotem in casu restituendæ dotis possit realiter,& personaliter conueniri. ru.98. car.71.

De muliere

De Muliere habente filios ex primo Matrimonio ad secundas nup-
tias transeunte. ru.99.car.72.
De modo successionis mulierum ab intestato. ru.100.car 72.
Quod liceat unicuiq; non habenti filios legitimos, & naturales lega
re filiis naturalibus, & in quo possunt succedere. ru.101.car.73.
De quæstionibus affictuum pensionum, & aliorum reddituum sum-
marie cognoscendis, & debitis per officiales præstandis. ru.102.car.73.
De laboratoribus terrarum. ru.103.car.74.
Quod confessio facta per conductorem in nullo præiudicet Do-
mino. ru.104.car.74.
De terris & uineis conductis non dimittendis. ru.105.car.74.
Quod laboratores non renuncient podere locatoribus. ru.106.car.75.
De pena laboratoris dimittentis possessiones incultas, & euntis ad
laborandum alias. ru.107.car.75.
De laboratoribus non laborantibus terram quam conducunt. ru.108.c.75
Quod Laboratores, Agricultores non possint dimittere bona
inculta. ru.109.car.75.
De pena laboratorum non secantium arbitrio boni uiri. ru.110.car.76.
Quod Laboratores non possint incidere ligna in possessionibus
conductis. ru.111.car.77.
Quod Laboratores teneantur potare uites, & foueas manu-
tenere. ru.112.car.77.
Quod nullus Laborator uendat Granum, Vinum, uel Oleum
ante recollectam. ru.113.car.77.
Quod nullus laborator mittat bestiam, uel uadat ad uetturam. ru.114.c.78
Quod laboratores bonorum tenentes bestias super prædiis tenean-
tur eas confiteri per publicum instrumentum. ru.115.car.78.
Quod nullus Laborator possit retinere Porcos, uel Galli-
nas. ru.116.car.78.
De compulsione uniuersitatis & communitatis ad conducendum
possessiones incultas & deuastatas. ru.117.car.78.
Quod communitates districtus Pistorii teneantur facere laborare
terras ciuium & districtualium, quæ propter inimicitias laborari
non possunt. ru.118.car.79.
De Possessionibus occupatis sine titulo sua propria autoritate, &
eorum fructibus restituendis. ru.119.car.79.
De pena facientis statuta, per quæ possent impediri laboreria ter-
rarum. ru.120.car.79.
Quod Communia Terrarum districtus Pistorii non imponant
aliquid ciuibus pro possessionibus, quas habent in eorum terri-
torio. ru.121.car.80.
De executione & effectu instrumentorum affictus. ru.122.car.80.
Q d' affictaiuoli & pēsionarii p affictu & pēsione capi possint. ru.123.c.80.
De actione competenti domino affictus ex pactis. ru.124.car.80.
De carta facienda de affictu. ru.125.car.80.

De interrogatione facienda pro affictu. ru.116.car.81.
De assignando de bonis affictalis quando dubitatur unde exeat affictus. ru.117.car.81.
De specificando seruitutem & redditum rei unde redditur affictus. ru.118.car.82.
De terra terraticali. ru.119.car.82.
De affictu recipiendo. ru.130 car.82.
De eo qui steterit p quinquēniū,& nō reclamauerit de affictu. ru.131.c.82.
Quod liceat Domino tollere bona laboratoribus, uel inquilinis. ru.132.car.83.
De cōueniendo quemlibet & ex cōsortib⁹ isolidū p affictu. ru.133.car.83.
De empoemate,& melioramento obligato dño p affictu. ru.134.car.83.
De eo qui præstiterit duabus,uel tribus uicibus affictum. ru.135.car.83.
De non deteriorando rem,unde redditur affictus. ru.136.car.84.
Quod affictauioli & pensionarii non possint alienare res, ex quibus redditur affictus uel pensio,nec eorū melioramentū. ru.137.car.84.

LIBRI TERTII.

De Repræsaliis concedendis. ru.1.car.86.
De conseruando indemnes eos, qui se obligauerunt pro Communi. ru.2.car.88.
De iuribus communis reinueniendis. ru.3.car.88.
De solutione datiorum facienda per districtuales Ciuitatis Pistorii. ru.4.car.88.
Quod habitantes in Comitatu Pistorii, faciant factiones ubi habitant. ru.5.car.88.
Quod omnia bona quorumcunq; ciuium & habitantium in Ciuitate Pistorii,sint tributaria & cænsuaria communis. ru.6.car.89.
De conuersis professisq; fictitiis. ru.7.car.90.
De emptoribus gabellas accipientibus ultra prouisionem. ru.8.car.90.
De solutionibus faciendis per emptores gabellarum, & introitum Communis Pistorii. ru.9.car.90.
De pena gabellarioꝝ introituum, & prouentuum restitutionem petentium: uel remissionem pagarum faciendarum p eos. ru.10.car.90.
De donationibus insinuandis. ru.11.car.91.
De mancipationibus confirmandis. ru.12.car.91.
De substitutionibus banniendis. ru.13.car.92.
De uniuersali uenditione facienda & insinuanda. ru.14.car.92.
De non ueniendo contra uenditionem & consensum. ru.15.car.92.
De non recipiendo malitiose cessionem ab aliquo cōtra aliquē. ru.16.c.92.
De pena apposita in contractu pro consensu præstando. ru.17.car.92.
Q d creditores nō teneantur remittere partem aliquā debiti. ru.18.car.92.
De his qui habitauerunt pistorii per quinq; ānos scientibus dñis. ru.19.c.92.
De procuratoribus ordinandis ab operariis ecclesiarum. ru.20.car.93.

De ferendo testimonium per arbitros. ru.21.car.93.
De capientibus lupos. ru.22.car.93.
De licentia ædificandi inuitis consortibus. ru.23.car.93.
De Terreno dato edificatori. ru.24.car.93.
De nouo muro ædificando. ru.25.car.93.
De carta facienda ab ædificatore. ru.26.car.94.
Quod consors ad pentionem alteris consortis teneatur facere cartã de parte, quã habet in domo turri uel casamento. ru.27.car.94.
De eo qui contrariauerit uicinum suum ædificare. ru.28.car.94.
De occupatione terreni uel casamenti. ru.29.car.94.
Quod nulla occupatio, uel cõsuetudo alicuius turris præiudicet aliis consortibus. ru.30.car.95.
De eo qui uoluerit meliorem murum facere. ru.31.car.95.
De electione duorum magistrorum super litibus. ru.32.car.95.
De pena tenentis canalem in muro cummuni. ru.33.car.95.
Quod non liceat consorti mittere ligna, uel aliquid in domo uel turri communi. ru.34.car.96.
De claudendis. ru.35.car.96.
De non tenendo fenestram super terrenum, uel curiam alicuius. ru.36.car.96.
Quod cloacæ, & uoltæ sint subterra. ru.37.car.96.
De dando uiam ubi magis conueniens fuerit. ru.38.car.97.
De persona habente terram tenentem caput ad uiam. ru.39.car.97.
De alienationibus non faciendis non subiectis iurisdictioni communis Pistorii. ru.40.car.97.
De bonis immobilibus non emendis pro forensibus. ru.41.car.98.
Quod nulla persona permittat bona sua teneri per aliquam personã uel locum non subiectum. ru.42.car.98.
De dationibus in solutũ non faciendis per curiã forensibus & de modo seruando in eis. ru.43.car.98.
De procedendo per Rectores contrafacientes contra prædicta. ru.44.car.98.
Quod non possit prouideri contra condemnationem factam de contrafacientibus contra prædicta. ru.45.car.99.

LIBRI QVARTI.

De officio & iuramento domini Capitanei. ru.1.car.100.
Quod Capitaneus, & Potestas, & eorum familia teneantur defendere officium dominorum priorum. ru.2.car.101.
Quod de maleficiis committendis per dominos Priores non possit cognosci nisi ut infra. ru.3.car.101.
De uita & spendio dominor̃ Priorum & de sigillando litteras. ru.4.c.101.
De pena non obedientis dñis Prioribus & Vexillifero Iusticiæ. ru.5.c.102.

TABVLA.

De pena Priorum, & Vexilliferi iusticiæ, & eorum notarii facientium contra alterum Priorem. ru.6.car.102.

De pena Prioris inuenti in fraudem. ru.7.car.102.

Quod dñi Priores & Vexillifer iustitiæ non eligant ex se ipsis, uel patrem, uel fratrem, uel filium alicuius ipsorum ad aliqd officiū, nec ultra unū de aliqua domo uel stirpe. ru.8.car.102.

De credentiis non manifestandis impositis per d. Priores. ru.9.car.102.

De non aduocando uel procurādo per dños Priores, & vexilliferū iustitiæ coram aliquo rectore. ru.x.car.103.

Quod Cancellarius sit loco notarii Dñorum Priorum. ru.xi.car.103.

De officio consilii. ru.xii.car.103.

De personis de consilio reiciendis & honestate in eo in trāctū. ru.13.car.104

De officialium iuramento. ru.14.car.104.

Quod nulla persona ecclesiastica sit in aliqua balia. ru.xv.car.104.

Quod condemnati non gaudeant officiis, nec eis ius reddat. ru.16.c.104.

De eo qui indebite receperit officium. ru.17.car.104.

De denetis non eleuandis. ru.18.car.104.

Quod non constituatur sindicus, nisi primo reformetur in consilio. ru.19.car.105.

Quod nulla balia duret ultra sex menses. ru.20.car.105.

De officio reformatorum Ciuitatis Pistorii. ru.21.car.105.

De pena recipientis indebite aliquid a camera. ru.22.car.106.

De sindicamento notariorum malleficiorum causarum ciuilium, & damnorum datorum. ru.23.car.106.

De puris manibus habendis per rectores. ru.24.car.106.

De pecunia mutuo non acquirenda per Rectores. ru.25.car.107.

De eo quod querit illicite, extortum restituendo. ru.26.car.107.

De non pignorando res ecclesiasticas. ru.27.car.108.

De discordiis pacificandis. ru.28.car.108.

De pacibus obseruandis. ru.29.car.108.

De sūmaria cognitione q̄stionis pretextu capitulorū pacis. ru.30, c.108.

De treugis & securitatibus præstandis. ru.31.car,108.

De exbannitis & condēnatis rebanniendis. ru.32.car.109.

De beneficio concesso confitenti maleficium. ru.33.car.110.

De priuilegio concesso militibus de deferendo arma. ru.34.car.110.

Quod festiuitates custodiantur per aromatarios. ru.35.car.110.

Quod nullus possit conducere ad ciuitatem comitatum, & districtum Pistorii sal uel salinam. ru.36.car.111.

LIBRI QVINTI.

Quod condēnationes applicent cameræ cōis Pistorii & nō alibi. ru.1.c.111.

De condēnatiōibus & mulctis faciēdis per capitaneū mōtaneæ. ru.2.c.112

De duplicandis condemnationibus. ru.3.c.112.

TABVLA

De arbitrio & balia dñi Potestatis, & cuiuscũq; alterius rectoris quocunq; nomine uocetur, & eoꝝ iudicis super maleficiis. ru.4.car.113.
De ordine & officio maleficiorum. ru.5.car.113.
De officio iudicis maleficiorum. ru.6.car.113.
De carcerato pro maleficio non citando. ru.7.car.116.
De causis in quibus permissum est Capitaneo, & Potestati, & eoꝝ iudicibus maleficioꝝ per inquisitionem procedere. ru.8.car.117.
Quod Capitaneus, & Potestas & eoꝝ iudices maleficioꝝ habeãt auctoritatẽ inquirẽdi, & ꝓcedẽdi de maleficiis contra forẽses. ru.9.car.117.
Quod iudex maleficiorum possit ꝓcedere sup certis denũciis. ru.10.c.117.
Quod Capitaneus & Potestas, uel alius officialis cõmunis Pistorii non possint se intromittere de maleficiis comissis ante introitũ, nisi in certis causibus. ru.11.car.118.
De scribendo titulum inquisitionis ante omnem processum. ru.12.car.118.
De pena eius, qui non fuerit prosecutus accusationem. ru.13.car.118.
De fideiussoribus dandis super relatione maleficiorum. ru.14.car.118.
De puniendo eum, qui studiose percusserit aliquem. ru.15.car.118.
De offensionibus, quæ fiunt per comitatinos contra ciues. ru.xvi.car.110.
De pena offendentis Capitaneũ, Potestatẽ, uel forẽsem officialẽ. ru.17.c.119.
De his qui exceptuantur a penis. ru.18.car. 120
Statum ad uindictam. ru.19.car.120.
Qualiter bona homicidarum debeant confiscari. ru.20.car.122.
De bonis cõmittentium maleficia tensiendis. ru.21.car.122.
Quod condemnati & exbanniti ob contumaciam intelligant̃ recte condemnati & exbanniti. ru.22.car.123.
De non cancellando condemnationes uel banna. ru.23.car.123.
De prohibitione tormentorum. ru.24.car.123.
Quod exbãniti cõis Pistorii: & florẽtie possint impune offẽdi. ru.25.c.124.
De securitate bãnitorum pro maleficio accusatorum. ru.26.car.124.
Quod cõmunitates teneantur capere malefactores. ru.27.car.124.
Quod cõmunitas teneatur trahere ad rumorem. ru.28.car.125.
Q d' q̃libet cõmunitas teneat̃ capẽr homicidas & malefactores. ru.29.c.125
De exbãnitis & cõdẽnatis ꝓ malleficio nõ receptandis ru.30.car.125.
De pena carcerati interficientes superstitem: ru.31.car.126.
De salario reducentis aliquem homicida, uel furem in fortia communis. ru.32.car.126.
De pena accipientis prigionem de fortia Rectoris & familiæ. ru.33.car.126.
De pena furum & latronum. ru.34.car.126.
De feritis factis in fures. ru.35.car.127.
De pena assassinorum, & facientium offendi per assassinos. ru.36.car.127.
Vbi debeant esse furche, & corporales executiones fieri. ru.37.car.127.
De pena iuuantis soluere penam. ru.38.car.128.
Quod terminus, in condemnatione personæ appositus incipiat currere a die qua uenerit in fortiam cõmunis. ru.39.car.128.

Quod campana pulsetur de sero post solis occasum. rub.40.car.128.
De pena facientis cartam falsam. rub.41.car.128.
De pena falsorum testium & producētis eos, eorūq; reprobatiōe. ru.42. c.128.
De pena corroū pētis capitaneū Potestatē, uel aliquē officialē. ru.43. c.129.
De pena extorquentis per uiolentiam, ru.44. car.129.
De pena uocantis aliquem ad iudicium alterius iudicis, ru.45.car.129.
De pena uendentis rem causa uexandi aliquem, ru.46.car.130.
De pena uendendis rem plus una uice, ru.47.car.130.
De pena petentis debitum iam solutum, ru.48.car.130.
De pena creditoris non restituentis cartam debiti, ru.49.car.130.
De pena adulterii stupri & incestus. ru.50.car.130.
De pena habentis uxorem & aliam desponsantis, ru.51.car.131.
De pena non facientis confici instrumentum de consensu matrimo-
niali, ru.52.car.131.
De pena cōmunitatis uenientis contra aliamcōitatē, ru.53.car.131.
De improperiis non facientis, ru.54.car.131.
De pena dicentis alicui ullaniam. ru.55.car.131.
De pena offendentis procuratorē, ueladuocatū aduersarii, ru.56.car.132.
De pena ligantis alicui manus. ru.57.car.132.
De pena proicientis lapides causa uirturis. ru.58.car.132.
De pena frangentis murū inter se, & uicinum suum. ru.59.car.132.
De pena tagliantis uel rumpentis casam murū, uel columnā. ru.60.car.132.
De pena displantantis cigliarem. ru.61.car.132.
De pena tenentis aliquas possessiones sine licentia. ru.62.car.132.
De pena turbantis possessionem alicuius. ru.63.car.132.
De pena eius qui interdixerit alicui laborarium, uel habitationem do-
mus propria autoritate, ru.64.car.133.
De pena portantis arma uetita, ru.65.car.133.
De pena ludentis. ru.66.car.133.
De pena blasfemantis deum & sanctos. ru.67.car.133.
De pena euntis de nocte. ru.68.car.134.
Quantum pœne liceat Rectori non parentibus eius mandatis tol-
lere. ru.69.car.134.
Quod Iudex Capitanei, & Potestatis non p̄beant cōsiliū. ru.70.car.134.
Quod nullus aduocatus uel procurator alleger aliquid contra commu-
nitatem pistorii, ru.71.car.134.
De eo qui p̄stiterit patrociniū alicui de extra districtū Pistorii. ru.72.c.134.
De pena speciariorū cōmittentium fraudem in arte, ru.73.car.134
De pena aurificum. ru.74.car.135.
Quod laniſtæ nō immisceant pilum bonis uel cimaturam. ru.75.car.136.
De pena uendentis panes minores recto pondere, ru.76.car 136.
De pena cōmittentis falsitatem in aliqua mercantia uel arte. ru.77.car.136.
De pena facientis falsam accusationem. ru.78.car.136.

De domibus non destruendis. Rub.79.car.136.
De oblatione carceratorum. Rub.80.car.137.

LIBRI SEXTI.

De officio, & iurisdictione iudicis, & officialis dãeq; datoꝝ. ru.1.car.138.
De officio officialis. D. D. Rub.2. car.139.
De arbitrio officialis. D. D. & ad quæ tenetur. rub 3.car.139.
De inqsitione faciẽda p officiales. D.D.cõtra dãnatuolos. ru.4.car.139.
De inquisitione facienda per officiales dãnorũ datorum. ru.5. car.139.
De prohibitione berlinæ. rub.6.car.140.
Quod officialis. d. d. teneatur ire rimando per comitatum. ru.7.car.140.
Quod quilibet officialis teneatur mittere ad cameram copiam in quisitionis. ru.8. car.140.
Quod dictus officialis possit ꝓcedere de similib⁹ ad similia. ru.9.car.140.
De officio camparíorum. rub.11.car.140.
De electione & numero camparíorum. rub.10.car.140.
Quod nullus campartus intret campum alicuius. rub.12. car. 141.
Q d' dñs terræ laborator,uel cõductor,possit accusar.d.dãtes. ru.13.c.141.
Q d' qlibet possit capere bestiã.d.dãtẽ,& insortiã ducere. ru.14.car.141.
Q d' nulla p'ona intret cãpũ,uel uineã,uel ortũ alicuius. ru.15. car.141.
Q d' nullus sindicus cõtratis non suppositæ possit accusare. ru.16, car.142.
De pena damnum dantis de nocte. ru.17.car.142.
Quãdo licentia data de intrãdo in bonis alterius ualet. ru.18.car.142.
Quod montanini non intrent uineas alicuius ciuis. ru.19.car.142.
Q d' nullus habitans in Ciuitate Pistorii det damnũ. ru.20.car.143.
De puniendo qui dãnum dederit in bonis ciuium. ru.21.car.143.
De damnis datis per furtũ uasllũ tagliã,uel incendiũ. ru.22.car.143.
De pena incidentis arbores fructiferas in aliquo fundo. ru.23.car.144.
De ombaco incidendo. rub.24.car.144.
De fructibus pẽdẽtibus sup terrã ab arboribꝰ accipiẽdis ipune. ru.25.c.144.
De bestiis grossis & minutis dãnũ dantibus. ru.26.car.145.
De bestiis grossis & minutis dãnũ dantibus in pratis. ru.27.car.145.
De rebus exmarritis repsentãdis camerario pignorum. ru.28.car.145.
De bestiis minutis nõ tenendis infra tria miglaria. ru.29.car.145.
De porcis tenendis intus. ru.30.car.146.
De capris non tenendis. ru.31.car.147.
De pena reducentis fabas. ru.32.car.147.
Q d' nulla p'ona reducat infrascriptas res,I ciuitatt Pistorii. ru.33.car.147.
Quod nulla persona reducens herbam ad uendendum reducat aliquẽ fructũ in ipsa herba. ru.34.car.147.
De licentia concessa laborantibus ortum in ciuitate Pistorii ꝑ fructibus uendendis,& quomodo laborato res terrarum puniantur pro collectione uuarum. ru.35.car.147.

Quod non reducantur vuæ acerbæ, uel mature Rub. 36. car. 147.
De pena imponenda reducentibus nuces cauatas, uel sanas. ru. 37. car. 148.
De pena triculorum ementium & uendentium fructus. Rub. 38. car. 148.
De fructibus & aliis rebus non uendendis per pizicagnolos nisi certo modo. Rub. 39. cat. 148.
De solea gelsorum uendita. Rub. 40. car. 148.
De pratis bis secandis in anno. Rub. 41. car. 149.
De condemnationibus soluendis per fornaeciarios & molendinarios pro damnis datis. Rub. 42. car. 149.
De fideiussione præstanda ab hospitatoribus de extra Ciuitatem de non receptando ludum frumentum uel fructum. Rub. 43. car. 149.
De pena singulariũ pſonaꝝ receptãtiũ frumẽtũ, & alios fructus. ru. 44. c. 149
Quod officialis faciat manutenere abeueratoria. Rub. 45. car. 149.
Quod nulla persona mittat in umbroncellum uel branã aliquam rem a qua impediretur cursus aquarum. Rub. 46. car. 149.
De non mittendo calce in aliquo flumine. Rub. 47. car. 150.
Quod nulla persona possit tenere litamen in uiis publicis. Ru. 48. car. 150.
Quod nullus audeat ludere in aliqua eccl'ia, uel clausstro. Rub. 49. car. 150,
Quod molendinarii accipiant farinam & de molẽda accipiẽda. ru. 50. c. 150
De pena molendinariorꝝ non aptantium partem goræ. Rub. 51. car. 150.
Quod aqua reducatur a superiori molendino ad inferiorẽ Rub. 52. car. 151.
De non frangendo goram alicuius molendini. Rub. 53. car. 151.
De ordine seruando pro manntẽtione aquaꝝ fluminis umbroncelli aliorꝝq; ædificiorum super eo existentium. Rub. 54. car. 150.
De foueis tenentibus caput ad goram molendini. Rub. 55. car. 155.
De uiis manutenendis & foueis mittendis & cõseruãdis. Rub. 56. car. 155.
De officio officialis. D. D. & quomodo teneaꝯ expediꝝ ꝓcessũ. ru. 57. c. 115
De modo procedendi per officialem & notariũ. D. D. Rub. 58. car. 156.
De præceptis factis pro emendatione fienda. Rub. 59. car. 156.
Quod dictus officialis possit condemnare de præceptis. Rub. 60. cat. 156.
Quod liceat appellare de dãno dato excedente libras quinq. ru. 61. car. 156.
Quod officialis teneatur exigere cõdemnationes, quas facit. ru. 61. car. 157.
De pena aucupantis ad columbos. Rub. 63. car. 157.
De pena sagittantis uel balistantis. Rub. 64. car. 157.
De pena occidentis, uel quoquentis aliquam gattam. Rub. 65. car. 157.
De pena uastantis panem in quoquendo. Rub. 66. car. 157.
De his ad quæ tenentur beccarii. Rub. 67. car. 157.
Quod pelliparii non possint conciare pelles, nisi in sardinia. rub. 68. c. 159.
Quod nullus audeat decoriare aliquam carognã in ciuitate. ru. 69 car. 159.
De tentoribus, & purgatoribus. Rub. 70. car. 159.
De Gabella fornaciũ biccherioꝝ orciolorũ, & pentolarũ. Rub. 71 car. 159.
Quod maritꝰ teneaꝯ ꝓ uxore de tela data ad tessendũ. Rub. 72. car. 159.
Quod omnes uiæ, & stratæ debeant inglariari. Rub. 73. cat. 160.
De Claudendis non faciendis in fluminibus. Rub. 74. car. 161.

Quod pax prosit condemnato pro damno dato. Rub.75.car.163.
De mensuris rectis habendis. Rub.76. car,163.
De non dando ad uendendum uinateriis,& fornariis. Rub.77.car.163.
De non uendendo uinum ad minutum,nisi ad flascos. Rub.78.car.163.
De pena uendentis cum aliis mensuris q̄ sigillatis, Rub.79.car.163.
De pena mensurantis cum quartina non sigillata, Rub.80.car.164.
De equalitate quartinarum. Rub.81.car.164.
De mensuris sigillandis. Rub.82.car.164.
De pena nō mensurantium cum mensuris cōmunis. Rub.83.car.165.
Quod mensuratores mensurent ad rectum stationum. rub.84 car.165.
De mensuris tenendis per fattoianos. Rub.85.car.165.
Quod nullus artifex possit tenere stateram ad staphettā. rub.86.car.165.
De scribendis hominibus ementibus ad staterā cōmunis. rub.87.car.165.
Quod nullus habitans,uel ueniens in ciuitate Pistorii possit uendere per ciuitatem aliquam rem. Rub.88.car.166.
Quod nullus emat pisces causa uendendi: rub.89.car.166.
De pena portantium uinum in barilibus nō sigillatis. rub.90.car.166.
De pena mittentis aquam in uino,quādo p̄stat̄ ꝑ affictu. rub.91.car.166.
De puniendo iniuriā quæ fit inter uicinos. rub.92.car.166.
De pagliario nō faciēdo in ciuitate uel prope domū alteri⁹. rub.93.car.166.
Quod gabellarii portar̄ soluant salariū custodibus portarū. ru.94.car.166.
De custodibus secretis non fiendis per rectores. Rub.95.car.167.

LIBRI SEPTIMI.

De appellationibus & causis nullitatum,& a quibus sententiis sit licitū appellare. Rub.1.car.167.
Quis sit Iudex appellationum,& nullitatū ciuitatis Pistorii. ru'.2.car.167.
De modo procedendi in appellationibus. Rub.3.car.168.
Per quas personas,& in quo loco possit appellari. Rub.4.car.169.
Infra quantum tempus possit appellari. Rub.5.car.169.
Quod in causis nullitatis ꝓcedatur,ut in causis appellationis.ru.6.car.169.
De Appellationibus & officio iudicis appellationū in causis criminalibus. Rub.7.car.169.
Quod pendente termino,quo appellari possit nulla fiat executio per Iudicem primæ causæ. Rub.8.car.171.
Q d' qlibet rector ciuitatis Pistorii patiat̄ sibi fieri ꝓtestatiōes. ru.9.c.171.
Quod Rectores & Officiales Ciuitatis Pistorii teneantur seruare statuta. Rub.10.car.171.
Quod omnia alia statuta sint cassa. Rub.11.car.171.
Quod præsens uolumen imprimatur & in lucem mittatur. ru.xii,car.172.

Finis Tabulæ.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Cum ualde necessarium sit unam quamq; Ciuitatem legibus atq; institutis gubernari, & compertum sit eas omnes moderatione legum, quiete ac pacificæ iusteq; moderari. Ideo consilio populi, & Cõmunis Pistorii conuocato ad sonum campanæ uocemq; præconis de cõmissione, & mandato Magnifici, & generosi Francisc'antonii de Noris nobili Patritii Florentini pro Illustrissimo, & Excellentissimo Domino COSMO MEDICE Reipub. Florentine Duce secundo dignissimi, & integerrimi Capitanei, & Commissarii generalis dictæ Ciuitatis, Præcedentibus tamen deliberationibus Magnificorum dominorum Procuratorum eorumq; spectabilium collegarum pluribus ac diuersis sub diebus, a die undecimo mensis Martii, Anni Natiuitatis Domini Millesimi Quingentesimi Quadragesimi quarti. Indictione secunda stilo Pistorienſi usq; ad diem uigesimum septimum mensis Maii inclusiue eiusdem Anni, & in Palatio publico solito residentiæ Magnificorum Dominorum Priorum in sala secunda insufficienti numero coaduna-
to, & in simul cum quampluribus doctoribus, & legum peritis, aliisq; ciuibus dictæ Ciuitatis, qui graduati nuncupantur, congregato pro bono pacis, & quietis dictæ Ciuitatis eiusq; comitatus, & districtus, seruatis primo, & ante omnia seruandis &c. Ac cælebrato inter Consiliaros prædictos secreto scrutinio, comitiisq;, & partito obtento inter eos secundum ordinamenta super quolibet Capitulo præsentium & infrascriptorum, statutorum & ordinamentorum singulariter, & de per se, Tandem consilium prædictũ & consiliarii eiusdem statuerunt, ordinauerunt, & reformauerunt institu-
ta omnia & leges, quæ in præsenti uolumine continentur, & prout inferius distinctius descriptum, & adnotatum fuit & est mea propria manu: Super quibus omnibus mandauerunt mihi IOANNI FORTIG. Ciui Cancellario dictæ Ciuitatis infrascripto, ut de prædictis omnibus publicã conficerem scripturam: de quibus omnibus latius, & plenius constat & apparet particulariter sub suis datalibus, & satalibus in actis meis in Cancellaria, omni meliori modo uia iure causa, & forma, quo qua, & quibus, magis melius ualidius, & efficacius fieri potuit, & potest. Quorum qui-
dem statutorum, & ordinamentorum tenor qui sequitur fuit & est uidelicet.

STATVTORVM PISTORIENSIVM LIBER PRIMVS FOELICITER INCIPIT.

Rubrica de officio & iuramento domini Potestatis & eius officialium prima.

STATVTVM & ordinatum est, q̃ in ciuitate Pistorii sit & esse debeat deinceps in perpetuum Potestas ciuitatis Pistorii, qui sit & esse debeat Florẽtinus ætatis & qualitatum, quæ in eodem legitime ex forma ordinamentorum suæ extractionis, seu deputationis ad officiũ prædictum requirũtur. ¶ Qui Potestas cũ omnibus suis officialibus, famulis, & equis sit, & esse debeat personaliter in ciuitate Pistorii die præcedenti, qua suum officiũ habere d bebit principium, & secum ducat, & ducere teneatur, & tenere debeat in sua familia pro dicto suo officio exercendo infrascriptos officiales & familiam, Qui possint esse de ciuitate Florentiæ comitatu. & districtu. dũ modo non sint de aliqua terra, uel loco, qui seu quæ sit prope ciuitatem Pistorii per miliaria uiginti quinq; ad minus excepto si fuerint de ciuitate Florentiæ. ¶ Vnum collateralem doctorem in iure ciuili, bonum praticum & expertum, qui collateralis antequam recipiatur, uel admittatur ad iuramentum, sui officii fidem faciat in consilio populi ciuitatis Pistorii de suo docto ratu prædicto per publicum instrumentum, siue priuilegium sui doctoratus scriptum & publicatũ manu plublici notarii. & aliter, uel alio modo de suo doctoratu fidem facere non possit, nec debeat. ¶ Vnum militẽ socium bonum, qui sit notarius. ¶ Duos notarios, quatuor domicellos, quindecim famulos, & unum conestabilem bonos & sufficientes, & quatuor equos. ¶ Et habeat, & habere debeat dictus dominus potestas pro se, & tota dicta sua familia, & equis pro suo, suæq; totius, familiæ, & equorum, & cuiusq; eorum salario, & mercede proueniẽdo stando, & recedendo ad dictum officium & regimen & de dicto regimine, & pro tempore, quo steterit ad findicatum, & pro cartis, attramento, cera, pennis & lumine. & aliis, quæ sibi, & suæ familiæ expedierint toto tempore sui regiminis in sex menſibus sui officii, a camerariis communis Pistorii, & de habere & pecunia dicti communis libras duomilia quadringentarum den. pro ut. solitum est. ¶ Quod salarium sibi solui debeat in quinq; uicibus uidelicet in primis quatuor menſibus, sextam partem dictæ quantitatis omni menſe soluendo in fine cuius libet dictorum quattuor menſium suam pagam, quintam uero & sextam partem totius dicti salarii uidelicet, quinti & sexti menſis retineant camera-

rii cameræ dicti communis Pistorii: usq; quo dictus dominus Potestas fuerit absolutus a suo sindicatu: facta prius fine & liberatione generali totius dicti salarii communis Pistorii: uel alii personæ recipienti pro eo per publicum instrumentum uallatum promissionibus: pœnis: obligationibus: renunciationibus: iuramẽto & aliis solennitatibus & substantialibus clausulis in talibus & similibus iuridicis & consuetis. ¶ Et teneatur & debeat dictus dominus Potestas dare & offerre altari beati Iacobi apostoli maioris ecclesiæ de suo proprio: & suis expensis quatuor drapellones sriceos ualoris & extimationis ad minus florenorum quattuor auri ea die: qua placuerit Operariis sancti Iacobi prædicti: quod si non fecerit: Camerarius communis Pistorii possit & debeat de salario ipsius Potestatis retinere florenos quinq;: & ipsos dare Operariis prædictis. ¶ Qui Potestas teneatur & debeat obseruare: & obseruari facere: iura: leges: statuta: & prouisiones cõmunis Pistorii facta & fienda: & ipse cũ tota dicta sua familia personaliter stet: & stare teneatur & debeat ad sindicatum in ciuitate Pistorii: secundum formam statutorum & ordinamentorum ciuitatis Florentiæ. ¶ Et quicunq; collateralis fuerit siue iudex: uel notarius dicti domini Potestatis non possit officium aliquod habere: uel obtinere per se: uel cum alio in dicta ciuitate: comitatu & districtu Pistorii post finitum tale officium ad tres annos. ¶ Et si dictus dominus Potestas toto tempore sex mensium ipsum officiũ Potestariæ nõ exercuerit: uel exercere nequiuerit morte ipsius Potestatis: quod absit: uel alia quacunq; de causa: nõ soluatur eidem Potestati de suo salario: nisi pro rata temporis: quo ipsum officium exercuerit. ¶ Qui Potestas teneatur & debeat iurare pro ut infra dicetur: & prædicta omnia seruare & manu tenere & obseruare statuta & ordinata: condita & condenda quoquo modo: & omnes paces & treugas initas & factas: & quæ suo tempore fient inter ciues: comitinos: & districtuales Pistorii: & manutenere: & defendere officium dominorũ Priorum: & Vex. iustitiæ ciuitatis Pistorii: uel alterius magistratus pro tempore existentis in dicta ciuitate loco ipsius Prioratus: & Proconsulis & Collegii notariorũ ciuitatis Pistorii: & ipsum Collegium: & ipsius collegii statuta & ordinata: obseruare & obseruari facere bona fide: & defendere ecclesias: & pia & religiosa loca: & ipsorum iura: absq; lesione communis Pistorii: & q; populus & artifices ciuitatis Pistorii & maxime uidue & pupilli & orphani non opprimantur: uel grauentur ab aliqua persona ciuitatis Pistorii uel ipsius districtus. ¶ Et quod non reciet aliquid per se uel alium ultra salarium: & alia sibi concessa secundum formam statutorum & ordinamentorum Pistorii: nec permittat tacite: uel expresse quod aliquis de sua familia aliquid accipiat: uel recipiat: nec aliqua alia persona pro eo uel eius familia: & quod obseruet & obseruari faciet omnia statuta operæ sancti Iacobi Apostoli: & ipsam operam protegat & defendat: & etiam omnia alia generaliter & specialiter obseruabit & faciet & obseruari & adimpleri per se & eius familiam: quæ continentur in statutis Populi & communis Pistorii bona fide & sine fraude: remotis: odio: timore: prece: præmio & omni alia humana gratia. ¶ Quod sacramentum dictus dominus Potestas præstet in maiori ecclesia ciuitatis Pistorii super

altare

altare beati Zenonis prima die sui aduentus antequã uadat ad locum suæ residentiæ: & subsequenter in generali consilio: communis & Populi Pistorii congregato sono campanæ: & uoce præconis ut est moris iurent alii ipsius Domini Potestatis Officiales: & familia: & sufficiat eis iurare sic generaliter: quod bona fide & sine fraude & legaliter & summo studio facient: & obseruabunt omnia & singula: quæ tenentur & debent facere & obseruare secundũ formã statutorũ communis & populi Pistorii: & quæ eis fuerint commissa: uel in posterum committentur per Dominos Priores: & Vexil. iustitiæ Ciuitatis Pistorii secundum formam statutorum Pistorii: uel per alium Magistratum existentem pro tempore in Ciuitate Pistorii loco dicti Magnifici Prioratus. ¶ Item quod suprascriptus Collateralis sit & esse intelligatur Iudex omnium causarum ciuilium communis Pistorii: & forensium: ac etiam criminalium causarum. ¶ Ac etiam possit cognoscere dictus Dominus Collateralis de quibuscunq; debitis contractis in Ciuitate Pistorii quacunq; de causa: & per quoscunq; tam habitantes in Ciuitate comitatu & districtu Pistorii: q̃ alibi non obstantibus aliquibus in contrarium dispositis uel disponendis. ¶ Et quod nullus audeat uel præsumat quoquo modo agere: seu agi facere aut conqueri contra aliquas personas capitulum: commune: collegium aliter uel alio modo quam superius dictum sit: de quibus omnibus appareat in actis dictæ curiæ manu publicorum notariorum deputatorum & deputandorum ad ciuilia in curia dicti Domini Potestatis per commune Pistorii pro ut solitum est fieri: & deputari: in his quæ pertinent ad causas ciuiles: & in causis ciuilibus in dicta curia dicti domini Potestatis. ¶ Et siquis ageret uel agi faceret: uel conqueri coram aliquo alio Officiali: q̃ supra dictum sit: quicquid in eius fauorem actum: factum: uel actitatum fuerit: sit ipso iure nullum & nullius effectus ualoris uel momenti: & cadat a suo iure: & incidat sic petens in pœnã: coram alio Officiali: q̃ supra dictũ sit: quarti eius: quod petierit: cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii: quarta pars sit cuiuscunq; Officialis facientis ipsam pœnam soluere: & in camera communis Pistorii deuenire ad Opus dicti communis: reliqua quarta pars sit dicti debitoris sic inquietati coram alio Officiali q̃ supra dictum sit: & hoc nisi renunciauerit: iuri quæsito & huiusmodi inquietationi infra octo dies: post q̃ ei denunciatum fuerit coram non suo iudice ægisse: saluis semper statutis & ordinamentis mercatorum. ¶ Ac etiam ipse miles sit executor condemnationum factarum uel fiendarum ex officio domini Potestatis: & suæ curiæ: & super omnibus exactionibus debitorum communis Pistorii: quæ ad dictum Potestatem spectant. ¶ Et etiam possit facere meras executiones sententiarum per iudicem latarum: & præceptorum: quæ sibi fuerint commissæ fiendæ & tenea tur dictus miles facere: & executioni mandare omnia & singula: quæ tenetur & debet per formam statutorum: ordinamentorum: seu reformationũ dictæ ciuitatis: & quæ sibi committerentur per dictum Potestatem: uel dominos Priores: & Vexil. iustitiæ uel alium Magistratum repræsentantem Mag. Prioratum: ut supra: & per Consilium communis & populi: uel populi tantum: tam in Ciuitate Pistorii: q̃ in comitatu & districtu ipsius.

¶Notarii uero unus sit ad officiũ extraordinariorum statutorũ ut est moris: & ex forma statutorum disponitur: & alius deputetur ad maleficia prout Potestati placuerit: extra ea autem: quæ supradicta sunt: & quæ per formam statutorum permittuntur se intromittere non possint sub pœna librarum ducentarum den. ¶Hoc tamen expresse declarato: quod Collateralis & miles socius domini Capitanei uel Commissarii Ciuitatis Pistorii fungãtur ea iurisditione & autoritate: quibus (ut supra dictũ est) fungerentur Collateralis & miles socius dñi Potestatis: si dictus dominus Potestas actualiter resideret in Ciuitate Pistorii uacante officio dñi Potestatis.

Rubrica de deuctu officialium forensium venientium in Ciuitate Pistorii. ij.

ITem prouiderunt & ordinauerunt q̃ omnes & singuli officiales: conestabiles: expenditores: Ciuitatis Pistorii tam Capitanei q̃ Potestatis habeãt deuctum a die eorum depositi officii inde ad tres annos inde proxime secuturos: & non possint aliquod officium habere uel acceptare in Ciuitate Pistorii sub pœna librarum centum den. ¶Ac etiam dicta deueta habeant locum in aliis officialibus forẽsibus Ciuitatis: comitatus & districtus & cuiuscunq̃ territorii dictæ Ciuitatis Pistorii & Capitaneatus montaneæ: & hæc locum habeant tam pro præteritis q̃ pro futuris non obstantibus aliquibus repugnantibus. ¶Et nullus familiariter habitans in ciuitate Pistorii possit uenire stare aut esse de familia alicuius rectoris & in futurum sufficiat: q̃ per duas partes consilii eleuentur deueta rectorum & eorum officialium & familiæ Ciuitatis Pistorii absq̃ aliqua derogatione fienda.

Rubrica de notificatione per Cancellarium fiẽda Capitaneo & Potestati de statutis & reformationibus non existentibus penes eos ad quorum obseruantiam tenentur. iij.

STatuimus & ordinamus quod cancellarius communis Pistorij qui nunc est & pro tempore fuerit: teneatur & debeat quibuslibet sex mensibus ad minus: & maxime primo mense introitus officii Potestatis & Capitanei notificare Capitaneo & Potestati omnia statuta & reformationes: prouisiones: & ordinamenta ciuitatis Pistorii non existentia: & quæ non essent pœnes ipsos dominos Capitaneum & Potestatem & quemlibet eorum & eorum & cuiuslibet eorum officiales sub pœna librarum uigintiquinq̃ uicequalibet eidem de suo salario auferenda ad opus communis Pistorij.

Rubrica de petitionibus firmandis & deliberationibus & partitis. iiij.

ITem prouiderunt & ordinauerunt q̃ in firmandis petitionibus seu prouisionibus interueniant & interuenire debeant infrascripti: uidelicet Magnificus

ficus Vexilliser iustitiæ: & duo Primi Præpositi Magnifici prioratus pro tempore existentes: Quatuor ex numero Collegarum de bursa prima eorũ dem: qui sint graduati & antiquiores ex eis: & casu quo de dicta prima bursa esset maior numerus graduatorum equites & doctores præferantur: & in eorum defectu antiquiores utsupra & in defectu graduatorum adimplea tur numerus dictorum quattuor cum antiquioribus non graduatis dictæ primæ bursæ & in omni casu equites & doctores cæteris præferantur respe ctiue: & sex & ex consiliariis primo loco extractis de bursa prima eiusdem: dummodo non sint ædemmet personæ: de quibus supra dictum est aut cõ sortes eorum. ¶ Hoc tamen declarato quod si acciderit q̃ in extractionibus fiendis de Vexillisero: præpositis: & collegiis prædictis: qui debent interuenire infirmandis petitionibus: tempore eorum extractionis reperirẽtur aliqui eorum consortes de numero dictorum sexciuium petitionum nõ propterea habeant deuetum: sed possint esse & officium exercere. Et illud idem intelligatur de eorum propria persona circa deuetum. ¶ Quibus coadunatis seu duabus tertiis partibus eorum ad minus uidelicet: Vexilliser & uno ex primis præpositis & in absentia Vexilliferi ambobus primis præpositis: tribus ex collegiis & quattuor ex sex consiliariis possint petitiones & prouisiones firmari: & si decem personæ tantum interuenerint obtineantur ad minus per fabas nouem nigras: & si nouem tantum: obtineantur per fabas septem nigras. ¶ Quibus petitionibus firmatis: ut supra dictum est: magnifici domini Priores & Vexilliser iustitiæ & spectabiles collegæ debeant eas approbare eorum solemni partito & scruttinio per quatuordecim fabas nigras ad minus: aut per maiorem numerum fabarum: q̃ ut requiritur: & die sequenti: seu in alio die legantur & præponantur in publico & generali consilio populi & communis Pistorii: & per dictum consilium approbentur: aut infirmentur: nec possint scruttinari petitiones: nisi per quattuor uices in uno consilio ad plus: & petitiones: quæ non fuissent aut erunt approbatæ: non possint in alio consilio præponi iterum: nisi fuerint de nouo firmatæ ut supra: & approbatæ per dominos Priores & collegas. ¶ Et in uno consilio præponi non possint: nisi octo petitiones: & si petitiones per suprascriptos & ut supra dictum est firmatæ durante: & uigẽte officio suprascriptorum officialium prouisionum non præponerentur & obtinerentur in consilio: intelligantur esse & sint nullæ & irritæ & per nouos officiales petitionum reformari debeant & approbari. ut supra.

¶ Qui quidam ciues petitionum sint obediẽtes Magnificis dominis Prioribus: qui possint & ualeant inobedientes ex eis punire & condemnare eorum solenni partito per duas tertias partes fabarum nigrarum obtinendo: pro ut eis uisum fuerit: nec possint pernoctare extra ciuitatẽ Pistorii absq̃ licentia & deliberatione eorundem sub pœna librarum centum. applicanda cameræ communis Pistorii: interuenire possint & ualeant mane introitus dictorum dominorum Priorum insimul cum aliis magistratibus & ciuibus ad refectionem seu collectionem immediate post officium sindicorum dominorũ Priorum. ¶ Congregari debeant infallanter qualibet die dominicali: & mercurii: & qualibet alia die pro qua: una tamen die pro alia

fuerit eis præceptum: de commissione dictorum dominorum Priorum: & habeant pro eorum salario pro quolibet trimestri libras uiginti den. pro quolibet eorum. ¶Et si tempore petitionum firmandarum ex aliqua iusta causa: seu impedimento non posset haberi numerus ad minus trium ex quatuor collegiis: qui interuenire debent in eis: pro illa uice tantum suppleatur numerus eorum cum antiquiore eiusdem officii: & bursæ: & similiter si non possent interesse quattuor ad minus ex sex ciuibus petitionum: pro illa uice tãtum interueniat primus in ordine descriptus post dictos sex: seruatis tamen deuetis suprascriptis: ad hoc ut communitas Pistorii ob eorum absentiam in aliquo detrimentum non patiatur in suis negociis peragendis. ¶Et omnes deliberationes firmandæ uigore seu ordine quarumlibet literarum emanantiũ ab Illust. & excel. Domino Duce Cosmo Medice: alicui magistratui communis Pistorii: aut ab eodem Domino Duce: & suis præclarissimis consiliariis: seu etiam ab eiusdem Illustrissimi Domini Ducis: domum: & familiam: Medicorum repræsentantibus in ciuitate Florentiæ super quauis re aut materia obtineantur & pro obtentis habeantur si obtinebuntur per duas tertias partes fabarum nigrarum in quolibet circulo & congregatione: non obstantibus quibuscunq; quomodolibet in cõtrarium facientibus dispositis & ordinatis: & hoc ut clarius ostendatur fides & animi hilaritas pro eorum fœliciſſimo statu. ¶Et eodem modo & partito obtineantur deliberationes & petitiones fiendæ pro Magnificis Dominis Octouiris practicæ Reipub. Florentinæ: & circa expensas fiendas pro ornamento palatii Magnifici Prioratus: pro suppellectilibus: argẽtariis: arazeriis & aliis similibus: & etiam pro expensis fiendis in domibus rectorum ciuitatis Pistorii: & eorum suppellectilibus non excedentibus tamen libras septuaginta den. tempore cuiuslibet rectoris. ¶Et etiam pro expensis fiendis pro ornamento plateæ magnæ & plateæ salæ ciuitatis Pistorii: pro reaptatione ecclesiæ cathedralis: & campanilis eiusdem: stanti salis: lastronæ: ubi uenunduntur pisces: domunculis portarum ciuitis: ponte branæ: domibus & apotecis communis: carceribus stincarum: uiis in ciuitate sternendis domibus meretricum: ponte asinario: ponte longo super flumine umbronis: expensis pro defensione communis Pistorii quandocunq; molestaretur: in rebus aliisq; spectantibus ad commune Pistorii occasione gabellarum: introituum & præheminentiarum eiusdem: quæ omnes petitiones circa supra descripta obtineri sufficiat per duas partes congregatorum in quolibet circulo & concione. ¶Omnes autem petitiones firmandæ super ælemosinis ærogandis & distribuendis per operam sancti Iacobi Apostoli de Pistorio obtineri debeant inter dominos priores: & spectabiles Collegas per decem & septem fabas nigras pro sic: & deinde in consilio per quinq; fabas nigras ex sex: & ælemosinæ dandæ per commune Pistorii obtineantur per nouem fabas nigras ex decem congregatis: exceptis tamen ælemosinis distribuendis oratorio sanctæ Mariæ humilitatis ciuitatis Pistorii. Et super indumentis & uestimentis ordinandis quolibet anno de mense septembris conuentui & fratribus sancti Dominici: sancti Frãcisci: obseruantibus: alias a giaccherino: Yhesuatis: & sancte Mariæ de mõte carmelo:

te carmelo: quæ sufficiat quod obtineantur per duas tertias partes ut supra dummodo non excedantur summas infrascriptas den. uidelicet. Cõuentui sancti Dominici libras centum quinquaginta: sancti Francisci libras ducẽtas. Yhiesuatis libras sexaginta: & Carmelitani alias libras sexaginta: quibus locis & personis possit prouideri de ælemosina prædicta: non obstante quauis lege statuto & deliberatione: per quam prouideretur: quod infra annum non possit deliberari: nisi una ælemosina tantum cuilibet petenti: & casu quo non obtinerentur per nouem fabas ex decem. ¶ Item quolibet anno tempore quadragesimali Magnifici domini Priores & Collegæ pro tempore existentes possint eorum partito & deliberatione prouidere cuilibet ex famulis palatii nomine ælemosine de stariis duobus grani: singulari ter singulis: & non una tantum deliberatione & scrutinio: quas ælemosinas recipere & habere debeant nulla facta retentione: statutis capitulis aut prouisionibus quibuscunq; in contrarium disponentibus: non obstantibus. ¶ Deliberationes uero: quæ fieri contingerent in fauorẽ alicuius condemnati: obtineri debeant per nouem ex decem congregatis: expensarum uero extraordinariarum petitiones obtineãtur inter Magnificos dominos Priores & Collegas per fabas decem & octo nigras ad minus: & successiue in cõsilio per nouem ex decem consiliariis. ¶ Et eodem modo partito & scrutinio obtineantur prouisiones gratiarum seu dilationum solutionum fiendarum in fauorem aliquorum debitorum mõtis Pietatis. ¶ Et singulæ aliæ deliberationes prouisiones & partita quæcunq; sufficiat si obtinebuntur per duas tertias partes fabarum nigrarum in quolibet circulo & concione. ¶ Hoc declarato quod per prædicta non intelligatur derogatũ dispositioni & ordinationi alicuius testamenti seu bullæ & ordinamentorum sapientiæ de Pistorio Reuerendissimi Cardinalis Thianennis de GENERO SA FAMILIA DE FORTIGVERRIS eius institutoris & fundatoris & seu aliquibus ordinibus eorum & cuiuscunq; alterius loci subrutela & gubernatione communis Pistorii existentis in cõtrarium quomodo quomodo disponentibus: quæ omnia obseruari debeant: etiam si contra prædicta reperirentur disponere. ¶ Item non possit aggrauari commune Pistorii occasione aliquarum expensarum de nouo fiendarum ultra ordinatas in præsentiarum: nisi primo prouideatur de totidem quantitate introitus: & tunc obtineantur deliberationes pro prædictis per quinq; ex sex congregatis: nec propterea intelligantur nouæ expensæ solutiones debitæ fieri per commune Pistorii communi Florentiæ: nec etiam pro impositis: quas commune Pistorii a semet ipso ordinaret solui debere: quibus omnibus supra dispositis & ordinatis nullo modo: uia aut causa possit per quascũque derogari: & quicquid in contrarium fieret: sit nullum & non ualeat. ¶ Nulli etiam liceat arengare aut aliquid dicere uel allegare super aliquas petitiones scrutinandas in consilio antequam una uice ad minus fuerint scrutinatæ & ad partitum missæ: & deinde quilibet possit arengare dicere præponere: & allegare super dictis præpositis quicquid uoluerit & sibi placuerit. ¶ Cancellarius etiam teneatur partitum colligere inter petitionũ officiales: Domicelli uero inter dominos Priores & collegas: & in consilio

ipsi domicelli & tubicenes: circa autem id quod dispositum est: quod nullus possit obtinere in eodem anno nisi unam ælemosinā: declaratur: quod annus accipiatur semper die prima mensis ianuarii: adeo quod mēsis ianuarii succedens post ælemosinam obtentam intelligatur alter annus.

Rubrica de sindicamento Cancellarij communis Pistorij. v.

ORdinamus quod Cancellarius communis Pistorii teneatur & debeat stare ad sindicatum in ciuitate Pistorii sub examine quatuor ciuium ciuitatis Pistorii eligendorum saltem ultima die exitus officii ipsius cancellarii per consilium publicum prout ipsi consilio uidebitur & placebit octo diebus immediate sequentibus post eius depositionem officii. ¶Saluo quod si infra primos tres dies dictorum octo dierum non sibi fuerit uel cōtra eum data petitio uel libellus: tunc & eo casu ipsi sindicatores elapsis ipsis tribus diebus possint & debeant ipsum cancellarium absoluere & liberare: & si petitio uel libellus contra eum porrectus fuerit: infra dictos tres dies: stare debeat ad sindicatum personaliter in ciuitate Pistorii octo diebus continuis: in quibus computentur dicti primi tres dies: & dictis octo diebus elapsis dicti sindici teneantur & debeant: die tunc proxime sequenti secundum formam statutorum sententiam absolutionis: uel condemnationis ferre: & quod dictus cancellarius ad dandum: soluendum: & præstandum omnia & singula: quæ continebuntur in sententia prædicta: inuiolabiliter teneatur: & quælibet persona contra eum petitionem seu libellum porrigere possit infra tres dies post eius depositum officium ab inde uero in antea non audiatur. ¶Item dictus cācellarius in registro pecudineo omnia quæ faciet: & sibi occurrēt tempore sui officii: prout fieri solitum erat ordinet: & quod stet ad sindicatum: omni uice: qua finiet eius officium non obstante quod postea fuerit confirmatus ad ipsum officium: & aliter nō possit habere eius salarium: & quando eius sindicatui respondebit præstare debeat idoneos fideiussores de obseruando omnia: quæ fient & sententiabuntur per eius sindicos. ¶Et quod deinceps electiones fiendæ de dicto cancellario communis Pistorii fiant & fieri debeant solum & dumtaxat per consilium populi Pistorii: obtinendo per duas partes partitum consiliariorum ex tribus partibus dicti consilii: & aliter uel alio modo prouideri non possit: & nisi per dictum consilium: & in ipso consilio prout supra dictum est: ita tamen quod electio dicti cancellarii fiat & fieri debeat pro uno anno tantum: & non ulterius: & si aliter uel alio modo fieret uel pro maiori tempore: quam & prout supra dictum est: sit & esse intelligatur nulla: & nullius effectus: efficaciæ uel ualoris. ¶Hoc addito quod domini Priores: & Collegæ: teneantur quolibet anno de mense nouembris & decembris cuiuslibet anni de electione dicti cancellarii facere præpositam: & reformari & obtineri facere in dicto consilio populi Pistorii de electione dicti cancellarii sub pœna librarum centum.

Rubrica

Rubrica quod Potestas Capitaneus Comissarius & quilibet alius officialis pistorii teneatur seruare Statuta. VI.

STatutum & ordinatum est: quod Potestas: Capitaneus: Commissarius: & quilibet alius officialis Pistorii eiusue comitatus & districtus & eorum familia teneantur & debeant obseruare: & obseruari facere omnia & singula statuta communis & populi: & reformationes respicientes introitum & administrationem cameræ communis Pistorii & consiliorum & alia omnia statuta & ordinamenta ciuitatis Pistorii ad quorum obseruationem ipsi & quilibet eorum tenentur per formam statutorum & reformationum ciuitatis Pistorii sub pœna in ipsis statutis & reformationibus cõtẽta: & ubi in ipsis statutis & reformationibus de inobseruatione ipsorum pœna certa non esset apposita uel determinata: sit pœna librarum quinquaginta dictis Potestatis: Capitaneo: Commissario: officialibus: & familiæ: & cuilibet eorum pro quolibet statuto non obseruato: & qualibet reformationum consilii non obseruata: quæ eis & cuilibet eorum auferri possit & debeat & in ipsa condemnari per sindicos qui eos sindicabunt: ad opus communis Pistorii: dummodo ipsa statuta: ordinamenta et reformationes reperiantur & sint in uolumine aliquo statutorum seu reformationum approbatæ ciuitatis Pistorii.

Rubrica de acceptatione officiorum. VII.

STatutum & ordinatum est: quod magnifici domini Priores Vexilliferi iustitiæ & eorum notarius ciuitatis Pistorii teneantur & debeant dictum eorũ officium acceptare: iurare: & fideiussores præstare: die prima primi mensis eorum officii incoandi prout ex forma ordinamentorum disponitur. ℂ Collegæ uero die sextadecima mensis post eorum extractionem immediate sequente: ℂ Consiliarii autem in prima concione consilii postquam fuerint extracti. ℂ Prouisor & camerarius cameræ communis Pistorii ac etiam prouisor canouæ salis ciuitatis Pistorii: infra octo dies a die eorum extractionis eorumq; fideiussores approbari debeant per magnificum Vexilliferum iustitiæ & ciues deputatos super approbatione gabellarum pro tempore existentes in sufficienti numero coadunatos. ℂ Conductor: & Doanerius: Scribani & Ponderatores salis iurent & fideiubeant infra tres dies ab eorum extractione in manibus magistrorum salis pro ut consuetum est. ℂ Boni uiri carcerum stincarum eorumq; prouisores infra decem dies ab eorum extractione dando fideiussores ut supra approbandos. ℂ Notarii causarum ciuilium iurent & fideiussores præstent: approbans ut supra infra tres dies similiter. ℂ Prouisor camerarius & famulus pignorum grauatorum: infra tres dies dando fideiussores approbans ut supra. ℂ Operarii uero sancti Iacobi Apostoli & eorum ministri iurent & fideiubeant prima die eorum officii prout ex forma capitulorum operæ prædictæ disponitur. ℂ Et similiter officiales Sapientiæ & ministri eiusdem. ℂ Operarii sanctæ Mariæ humilitatis iurent prima die eorũ

iuridica ad uoluntatem creditorum prout licitum est ex forma statutorum: & nulla persona foretanæa possit mitti in banno nisi in diebus sabbati præterq̃ pro maleficio & pro factis cõmunis Pistorii & præterq̃ si fuerit persona liter requisitus & inuentus: & si nuncius fuerit super hoc in fraudem inuentus fustigetur per ciuitatem: & expellatur de suo officio: & suis expensis extraat de banno personam ipsam imbannitam: & reficiat expensas propterea factas: & de quolibet imbannito habeat solidum unum ab eo pro quo mittitur in banno pro debito & pro bannimento bonorum habeat solidos duos: & ultra dicta prætia non recipiant: nec recipere possint ipsi: uel alius pro eis aliquid sub pœna solidorum uiginti den. ¶ Et teneantur bannire banna pro communi in locis consuetis eques: & quod Præcones sint & esse intelligantur sindici communis Pistorii ad uendendum gabellas: camerariatus impositas & alios quoscunq; introitus communis Pistorii: in præsentia: & cum præsentia & consensu Magnificorum dominorum Priorum officii: ut hactenus consueuit: & quod non obstantibus aliquibus capitulis reformæ præsentis: uel futuræ debeant singulo anno conduci per consilium populi ciuitatis Pistorii saltem semel ad minus alias intelligantur cassi & remoti.

Rubrica de deputatione & officio Officialium carcerum Stincharum. 5.

STatutum & ordinatum est quod deputatio electio illorum: qui pro tempore cutæ atq; custodiæ dictorũ carcerum debeant superesse fiat & fieri debeat pro ut consilio populi ciuitatis Pistorii: seu spectabilibus graduatis uel reformatoribus eiusdem libere uidebitur & placebit: & quod præficiendi: ut prẽmittitur carceribus supradictis teneantur & debeant recipere omnes & singulas personas: quæ ab habentibus autoritatem mittentur ad dictos carceres ut ibidem carcerentur: & debeant tenere ipsos carceratos in dictis carceribus die noctuq;: & intelligatur car cer: domus carceris: & cortile ipsius ad beneplacitum habentium seu habentis officium: & custodiam seu curam supradicti carceris: eorum seu eiusdem rischio periculo & fortuna. ¶ Hoc tamen declarato quod non possit uel possint: aut eiusdem uel ei licet retinere: seu permittere stare carceratos in cortile dictorum carcerum: & ut uulgo dicitur: nel Malleuato: ultra tres menses incipiendos a die præsentationis ad dictos carceres: quibus tribus mensibus elapsis teneantur: seu teneat dictos captiuos tenere carceratos in dictis carceribus: & intra ferros dictorum carcerum: & si dictus Deputatus seu deputati ad prædicta contra fecerint: tenendo dictos captos extra ferros dictorum carcerum in malleuato post lapsum dictorum trium mensium: incurrat seu incurrant: & incursi esse intelligantur in pœnas de quibus infra disponitur: si captus fuerit uisus uel repertus extra carceres. ¶ Cum hac declaratione: quod nulla promissio seu obligatio facta ipsis præpositis: seu præposito carceribus suprascriptis: uel alicui eorundem fideiussori uel alteri personæ quomodolibet respectu contemplatione: uel in fauorem dictorum præpositorum seu præpositi: eorundem uel eiusdem fideiussorum: uel fide-

ti: seu præpositus dictis carceribus habuerint licentiã a creditoribus: quod de eorum uolũtate: debitor ad eorum petitionem carceratus dimitteretur exire de carceribus: quo casu dicti præpositi seu præpositus nullam incurrat pœnam. ¶ Item quicunq; esset condemnatus in ære & persona: aut in persona tantum: aut in membro principaliter: aut consequenter: uel pure aut sub conditione: aut ob aliquod maleficium: & propterea ad dictos carceres missus: debeat in eis per suprascriptos præpositos: seu præpositum carceribus suprascriptis: teneri inclusus in dictis carceribus modo & forma ut exire non possit. ¶ Et siquis prædictorum modo aliquo exierit de dictis carceribus: frangendo carceres uel alio modo eidem non legitime permisso: exeundo incidat in pœnam personæ: & dicti præpositi seu præpositus carceribus suprascriptis incurrant seu incurrat in pœnam librarum quingentarum pro quolibet exeunte: in quam pœnam per quemlibet rectorem ciuitatis Pistorii condemnetur: applicandam cameræ ac fisco cõmunis Pistorii: & ultra pœnam prædictam dicti præpositi seu præpositus teneantur & obligati sint soluere creditoribus ad instantiam quorum talis fugiens in dictas carceres detentus & carceratus fuisset: omne debitum: & expẽsas pro quibus in eis immissus fuisset. ¶ Qui præpositus seu præpositi carceribus suprascriptis ad dictam custodiam seu curam pro tempore ut supra deputãdi eligendi seu extrahendi teneantur seu teneatur per idoneos fideiussores satisdare pro florenis quingentis auri in auro largis approbandos per approbatores communis Pistorii: uel eorundem approbatorum: pro tempore locum tenentes modo & forma & sub illis præiudiciis de quibus dicitur in statutis & ordinamentis de approbatoribus communis Pistorii: quam satisdationem præstitisse teneantur: seu teneatur præpositus: seu præpositi suprascripti: anteq̃ assummant custodiam: seu curam carcerum prędictorũ. ¶ Et insuper teneantur seu teneatur ex debito eorum: seu eius officii nõ denegare aut facere quod modo aliquo denegetur dictis carceratis aliquod commestibile aut potabile: sed libere permittant uel permittat dictis carceratis commedere & bibere: & dictas res commestibiles: & potabiles ad petitionem cuiuscunq; petẽtis & dare uolẽtis: dictis carceratis: dari: & porrigi sub pœna librarum decem den. pro qualibet uice qua contrafieret. ¶ In quam pœnam similiter incurrãt & incurrat siquo modo dictos carceratos defraudarent seu defraudaret de eleemosinis: quæ quomodolibet fierent carceratis prædictis uel alicui eorum. ¶ Circa quas eleemosinas quærendas & distribuendas inter carceratos prædictos: seruari debeat modus & ordo: qui circa hoc pro tempore statueretur: uel ab officio bonorum uirorum carcerum prædictorum: casu quo tale officium uigeat: uel eo non uigente a spectabilibus Operarijs operæ sancti Iacobi de Pistorio: uel eorum pro tempore locum tenentibus pœnes quos respectiue uigore statuti residere intelligatur facultas deliberandi circa prædicta: & omnia alia similia quomodocunq; concernentia piam subuentionem: ac commoditatem dictorum carceratorum in omnibus: & singulis eiusdem tam animæ: q̃ corpori necessarijs & oportunis. ¶ Qui operarij seu eorum locum tenentes prædicti possint: teneãtur: & debeãt pro seruitio dictorũ carcerum: eligere

unum seruitorem seu famulum: cum oneribus: salario: emolumentis: & modo & forma hactenus consuetis in omnibus & per omnia: Qui quidem famulus seu seruitor teneatur ex debito sui officii dictis carceratis fideliter: & diligenter præstare seruitia solita: & omnia alia facere: quæ ab autoritatem habentibus sibi iniungerentur respectu eius officii suprascripti: quo quidem officio priuari possit per legittimum partitum spectabilium operariorum: uel eorum locum tenentium prædictorum. ¶ Et siquis carceratus percusserit uel uulneraverit: puniatur ia pœnam arbitrio domini Potestatis: uel Capitanei: seu commissarii Ciuitatis Pistorii non in persona uel membro: & hoc locum habeat: & extendatur ad præterita: præsentia: & futura: saluo quod in casu mortis: pœna capitis puniatur.

Rubrica: qui sint Judices competentes in exactione communis. xi.

STatutum & ordinatum est: quod Dominus Capitaneus: Dominus Potestas: & eorum curiæ Ciuitatis Pistorii sint & esse intelligantur iudices competentes in & pro exactionibus fiendis de debitoribus communis Pistorii: ad quos possit adiri per quoscunq; sindicos officiales communis Pistorii: & tam camerariatus cameræ: q̃ etiam per quoscunque emptores gabellarum communis Pistorii: grauedinum impositarum: & debitorum eiusdem pro rebus spectantibus ad ipsum commune: & ad ipsos camerariatus & emptores pro impositis gabellis taxis: nec non etiam per officiales sapientiæ Reuerendissimi Cardinalis Thianensis. NICCHOLAI DE FORTIGVERRIS DE PISTORIO EIVSDEM SAPIENTIAE FVNDATORIS. Officiales montis pietatis: & opere sanctæ Mariæ de humilitate: pro rebus & debitis ad dicta loca spectantibus: quibus quidem gabellariis contra dictis nominibus eorum debitores fiat ius summarium: & cum eisdem priuilegiis cum quibus exiguntur debitores montis communis Florentiæ: & sine strepitu & figura iudicii solum uisa facti ueritate. ¶ Et siquis gabellarius uel eius socius: factor uel famulus aut eorum nuncius acceperit aliquid nomine gabellæ seu ratione pignorationis ultra: uel præter: uel contra formam statutorum & ordinamentorum Pistorii incurrat pœnam librarum quinq; f. p. pro qualibet uice qua plus exigerit: & pro qualibet libra: qua plus petierit: quam pœnam quilibet officialis ciuitatis Pistorii ad quem de prædictis haberetur recursus accipere teneatur a deliquentibus: & ipsos delinquentes in dictam pœnam condemnare ad Opus communis Pistorii & ad restitutionem eius: quod plus acceperit: uel extorserit: de quibus omnibus: & singulis Dominus Capitaneus: & eius Iudex: & quilibet alius officialis Ciuitatis Pistorii possit inquirere & punire ad Opus dicti communis Pistorij: ac etiam de facto ad soluendum: & restituendum tam communi Pistorij ipsam pœnam: quam personis: quibus acceptum fuerit: id: quod plus acceptum fuerit pro ut & sicut cuicunque officiali Ciuitatis Pistorij uidebitur: & quod de prædictis credat

& stetur

& ſtetur: ſacramento accuſantis uel conquærentis cum uno teſte de uiſu: uel cum duobus de publica fama. ¶ Et ſi poſt ipſam ſolutionem fecerit pignorari aliquam perſonam pro gabella ſoluta: ipſe gabellarius: ſocius: uel factor ipſius incurrat pœnam librarum quinq; dena. pro quolibet & qualibet uice: qua contra fecerit. ¶ Et circa dictas exactiones idem ius redditur ſapientiæ: monti: & operæ prædictæ Officialibus. ¶ Poſſintq; & debeant dicti Rectores & Officiales ſupraſcripti exigere condemnationes & mulctas: & etiam debitores libri boni communis & ſpeculi: & in prædictis procedere poſſint: & debeant de facto: incipiendo a captura perſonæ uel grauamine reali: pro his de quibus reperirentur debitores eſſe communis uiſa ueritate facti. ¶ Saluo quod pro gabella uini: pro qua ſolum adiri poſſint pro eo quod gabellarii dictæ gabellæ recipere deberẽt a Vinatteriis uendentibus uinum ad minutum: & ab hoſpitatoribus: & aliis qui uenderent uinum ad minutum: uel ad flaſcos occaſione gabellæ debitæ ipſi gabellario: & cuiuſcunq; pœnæ inde dependentis: & non pro credentiis quas facerent ſiue fieri faʒerent ipſi gabellarii pro uino: quod uenderetur ad minutum & pro ſcottis qui darentur: pro quibus uino & ſcottis & eorum præiis adire debeant iudicem Domini Poteſtatis ſecundum formam ſtatutorum. ¶ Itẽ quilibet: qui agere uoluerit: in ciuilibus cauſis teneatur & debeat adire iudicem Domini Poteſtatis ciuitatis Piſtorii: & quod incuria Domini Capitanei nõ poſſit reddi ius in ciuilibus: nec aliqua executio fieri pro cauſis ſeu in cauſis ciuilibus: nec ad petitionem alicuius ſubditi: nec ad petitionem alicuius non ſubditi: etiam ſi eſſent clerici uel eccleſiaſticæ perſonæ. ¶ Saluo quod prædicta non uendicent ſibi locum pro locis & operibus ſupraſcriptis: nec pro operibus ſanctorum Iacobi Apoſtoli: Ioannis Baptiſtæ & Zenonis: nec pro hoſpitalibus pauperum ſanctæ Mariæ del ceppo: ſancti Gregorii: & ſancti Bartholomei: quibus operibus & hoſpitalariis dictorum hoſpitalium liceat adire iudicem Domini Capitanei: & Poteſtatis pro ut eis uidebitur: & placebit & utranque curiã eorũ adire.

Rubrica duodecima. Quod nullus de ciuitate & comitatu Piſtorii poſſit cõueniri coram aliquo officiali ciuitatis Florentinae niſi ſolum coram Officiali Mercantiae.

STatutum & ordinatum eſt: quod nullus de ciuitate & comitatu Piſtorii poſſit cõueniri: ordinariæ uel extraordinariæ: uel executiuæ: uel exequi poſſit in perſona uel bonis corã Poteſtate aut Capitaneo ciuitatis Florẽtiæ, uel eorum curia, uel aliquo rectore ſeu officiali dictæ ciuitatis pro aliqua cauſa ciuili, criminali, uel mixta, niſi ſolum coram officio, ſeu officiali Mercantiæ ciuitatis Florentiæ, corã quo poſſit agi, peti, & exequi, pro quibuſcunq; cauſis ciuilibus, ſaluo quod ciues uel habitantes in ciuitate Piſtorii nõ poſſint conueniri coram dicto officio, uel officiali pro aliquibus cauſis ciuilibus librarum uiginti quinq; uel ab inde infra, & quicquid in contrarium fieret ſit ipſo iure nullũ, & actor cõtra faciens cadat a iure ſuo. ¶ Addatur huic capitulo lex ſeu declaratio ædita tũc p excelſos Dominos Florentinos & eorũ

uenerabiles Collegas, & spectabiles Decē baliæ de anno M. ccccl xxxiiii. & die decimanona decēbris. Cuius substantialis conclusionis tenor est uidelicet de uerbo ad uerbum. ¶ Quod nullus de ciuitate siue comitatu Pistorii cuiuscunq; status aut conditionis existat, qui tamen habitent in dicta ciuitate & comitatu, quoquomodo directe uel indirecte aliqua ratione uel causa, quæ dici aut excogitari possit, conueniri, molestari, denuntiari, inquiri, accusari, aut quoquomodo uexari aut inquietari possit coram aliquo officio seu magistratu, seu officiali ciuitatis Florētiæ, pro ut sunt Conseruatores legū, Quinq; comitatus, Officiales turris, Regulatores, Officiales nochis, & omnes alii magistratus, seu officia ciuitatis prædictæ quocunq; fulgeant officio, dignitate, aut potestate, sub pœnis & præiudiciis superscriptis in statuto contentis, nisi pro delictis commissis extra ciuitatem & comitatum Pistorii, aut quando esset in fuga. ¶ Nec etiam rectores ciuitatis, aut comitatus Pistorii, possint aut eis liceat aliquid facere ultra uel præter statuta Pistorii uigore aliquarum litterarum alicuius magistratus, uel officii ciuitatis Florētiæ, qui etiā ad dictos rectores scribere nō possint aliquid, uel nō faciāt aliquid ad petitionē alicuius Pistorien sis, uel de comitatu Pistorii, & quicquid in contrariū fieret, sit ipso iure irritū & inane, & nullum sortiatur effectum & nullam mereatur executionem, & perinde habeatur, ac si factū non esset, nec ſiquam pœnam imponerent alicui, exigi possit, uel talis condemnatus propterea grauari uel molestari, sub pœna facienti, uel petēti, aut grauari facienti, uel citāti, florenorum centum pro uice qualibet aplicanda communi Florentiæ, pro qua etiam contra facientes, subiaceāt Cōseruatoribus legum. ¶ Salua semper auctoritate, potestate & balia Illustrissimi & excellentissimi Ducis, eiusq; præclarissimorum Cōsiliariorum, uenerandorum Collegarū Octo baliæ, Officialium pupillorum, & officialis Mercātiæ in casi sibi concessis ex forma ordinamentorum, & aliis casibus, pro quibus prouisum est specialiter, Pistoriēses posse conueniri in ciuitate Florentiæ secundum formam statutorum ciuitatis Pistorii, nō obstantibus quibuscunq; statutis, legibus, aut reformationibus dictæ ciuitatis Florentiæ nec etiā statutis, legibus, aut reformationibus ciuitatis Pistorii generalibus, aut specialibus contra disponentibus, & ubi supra dicitur de officiali Mercantiæ, declaratur in dictis causis excedentibus tamen summam & quantitatem librarum uigintiquinq; den. ¶ Hoc etiam declarato & appositō, quod Magistratus quicunq;, ciuitatis Florentiæ, & officiales eiusdem ciuitatis coram quibus Pistoriēses conueniri possent & maxime officialis curiæ Mercantiæ teneantur & debeant in dictis causis quæ coram eis uentillarentur: Iudicare & sententias ferre secundum formam & dispositionem statutorum ciuitatis Pistorii: & teneatur & debeat dictus Officialis curiæ Mercantiæ & eius nuncii: & executores seruare: & seruari facere: in executionibus: grauamentis & capturis quibuscunq; realibus & personalibus: & tam ipsi quam etiā alii rectores & ius dicentes in ciuitate: & comitatu Pistorii ordine dictæ curiæ: omnia statuta ciuitatis Pistorii & ferias in eis: aut quolibet eorum appositas: & contentas sub pœnis & præiudiciis in eisdem statutis & ordinamentis dispositis in omnibus & per omnia.

Rubrica

De diricto accipiendo per rectores ciuitatis Pistorii pro exactionibus communis & priuatorum: Rubrica. xiij.

ORdinamus quod Rectores ciuitatis Pistorii pro exactionibus: quas faciēt de debitoribus communis Pistorii & eidem annexorum: uel ad petitionē eorum: qui haberent causam ab ipso communi: et eius annexorum habeāt: & licite accipere possint pro dirictu solidum unum pro qualibet libra usq; ad libras quatuorcentas den. a quolibet debitore: & ab inde supra nil aliud petere uel exigere possint etiam quod pro maiori quantitate debitores fuerint dati ad grauandum quoquomodo: saluo quod ubicumq; per formam statutorum maiora salaria concederentur pro aliquibus causis: pro quibus fuerit facta prouisio specialis: aut fieret: illud plus & omnia emolumenta secundum formam statutorum & prouisionum factarum: & fiendarum accipere possint. ¶ Potestas uero & Capitaneus: seu commissarius & eorum officiales ciuitatis Pistorii & curia pro capturis personalibus: & pro grauaminibus realibus quæ grauamēta fierēt in ciuitate & comitatu & districtu Pistorii possint & ualeant licite percipere infrascripta salaria: & quantitates de qualibet captura personali & quolibet grauamento reali. Videlicet. ¶ A libris duabus infra inclusiuæ solidos duos: a libris duabus: usq; ad decem inclusiuæ solidos tres: a libris decem: usq; ad libras uigintiquinq; inclusiue solidos quinq;: a libris uigintiquinq;: usq; ad libras quinquaginta inclusiue solidos decem: a libris quinquaginta usq; ad libras centum inclusiue solidos quindecim: a libris centum supra quantacumq; esset summa solidos uiginti. ¶ Et si quis pro uno eodem debito ad petitionem unius ab uno: ex dictis rectoribus grauaretur pluries: non possit dictus met Rector & curia percipere uel habere in totum ultra id: quod pro tota summa conceditur: & potest capi secundum supra disposita.

De electione nunciorum: Rubrica. xiiij.

STatutum & ordinatum est: quod officium Dominorum priorū: seu alius magistratus: loco dicti magnifici prioratus subrogatus: teneatur et debeat infra uiginti dies: a die introitus domini Capitanei uel Commissarii: & Potestatis eligere quatuor nūcios p qualibet curia dictorū officialiū & rectorū: qui uocētur nuncii executionū: & qui sint deputati ad faciēdum capturas: pignorationes: sequestrationes & executiones. ¶ Citationes uero: relationes: & alia: quæ spectāt ad officiū nūciorū citationū: ut ista dicetur nullo modo facere possint: nec in eis se intromittere: & p ipsos nūcios executionū dictas citationes relationes & alia ad eorū officiū nō spectātia: quæ fierēt: nō ualeāt & ipso iure sint nullæ: & p notariū causarū ciuiliū nō admittātur snb pœna librarū decē den. proquolibet tā notario: q̄ nūcio: & q̄libet uice cōtrafieret. ¶ Saluo q̄ prætati nūcii executionū tā domini Potestatis q̄ capitanei uel cōmissarii possint ualeāt & teneātur facere citatiōes & quæ libet præcepta in maleficiis siue, pceda tur p uiā accusationis siuæ inquisitionis. ¶ Itē teneātur etiā & debeāt dicti domini Priores ciuitatis Pistorii sin

gulo anno de mēse ianuarii: & itra decē dies dicti mēsis elegisse sex alios nūcios cū salario de quo infra dicetur: & ultra dictos sex: eos quos uoluerint sine aliquo salario: quocēē nūcii citationū: q teneātur ad faciēdū citationes in ciuilibus: ad dādū tenutas: exequendā decreta: inquibuscūq; bonis: & ciēdū præcepta de diſgōbrando: & alia quæcunq; præcepta: & decreta: quæ emanarēt a iudice causarū ciuiliū cōmunis pistorii tā i causis principalibus: q̄ in causis appellationum de quibus rogati essent notarii causarū ciuiliū.

¶ Ac etiam teneantur & debeant dicti nuncii facere citationes in causis criminalibus & damnorū datorum: in quibus procederetur per uiam accusationis: siue ad petitionem partium. ¶ Et qui fuerit cassus uel remotus ab ipso officio habeat deuetum ab ipso officio per annum unū tunc proxime secuturum: & infra octo dies: a die cassationis dicti domini priores: uel eorum loco subrogati eligere & subrogare alium nunciū loco cassi uel remoti teneantur & debeant: & si non eligerent infra dictū tempus: operarii sancti Iacobi apostoli de pistorio teneantur & debeant eligere: & donec elegerint cum effectu alium: qui acceptet: cassus possit suum officiū exercere: quibus quidem operariis sancti Iacobi & non alicui seu aliquibus magistratibus dicti nūcii subiaceant: quos dicti operarii & eorum locū tenentes possint punire: condēnare & priuare pro ut & sicut eis uidebitur. ¶ Et si dicti domini Priores uel eorum locū tenentes non fecerint singulis annis electionē dictorum nunciorū temporibus supraſcriptis incidant in pœnam ipsi & quilibet eorum librarū uigintiquinq; in super dicti nuncii citationū: teneantur & debeant citare omnes & singulos pro ut fuerint requisiti sub pœna librarum quinq; pro quolibet & qualibet uice. ¶ Et aliquis supraſcriptorū nūciorum executionum nō possit cassari; nisi per officium dominorum priorū uel eos representantiū & eorum spectabilium collegarū obtinendo partitū per quinq; fabas nigras ex sex: & nihilhominus talis cassus possit suum officium exercere: quousq; alius fuerit subrogatus loco sui: qui acceptet: & cassi per dominos Priores & collegas modo prædicto non possint remitti: nisi p consiliū populi: & si aliter fieret non ualeat nec teneat: & sit ipso iure nullū.

¶ Nuncii uero domini capitanei sint nuncii domini potestatis: & quolibet semestre mutentur hoc modo uidelicet. Quod nuncii domini capitanei uel commissarii qui exierint de officio sint nuncii domini potestatis: & illi: qui erant domini potestatis: sint nūcii domini capitanei uel cōmissarii: & sindi cētur singulo semestri: ut infra continetur: hoc modo uidelicet: per sindicos secundū ordinamēta extrahendos: seu aliter deputandos ad sindicandū rectores: quorū curiis supraſcripti nūcii sindicādi p tēpore respectiuæ seruierūt: q sindici habeāt & habere itelligātur plenā auctoritatē sindicādi supra scriptos nūcios Rectorū ciuitatis Pistorii summariæ de plano sine strepitu & figura iudicii porrecta simplici querela continente nomen conquerentis & nomē nuncii de quocōqueritur: & causam querelæ: & teneātur & debeāt dicti sindici infra quindecim dies a die exitus cuiuslibet Rectoris absoluisse: uel condemnasse tales nūcios sub pœna & ad pœnam librarum decem denariorum: pro quolibet sindico & qualibet uice contrafacerent: & obmitterent; & durante dicto termino quindecim dierum: ad sindicandū

nuncii

nuncii: qui sindicabũtur: possint & ualeant eorum officium exercere: ac si cõducti forent. ¶ Finito uero tempore quindecim dierũ nullo modo ipsi nuncii possint se intromittere in officio: nisi fuerint de nouo cõducti & solemniter in forma debita: & iurauerint eorũ officiũ: & fideiussores dederit de libris uigintiquinq; in manibus cãcellarii cõmunis Pistorii occasione dicti eorũ officii: ab eis secundũ formã statutorũ exercẽdi sub pœna librarũ cẽ tum pro quolibet nuncio cõtrafaciente: & qualibet uice: applicãda cameræ cõmunis Pistorii: & nihilominus quicquid fecerint habeatur pro infecto: & nõ soluatur eis salarium. ¶ Et ut nuncii sint prõtiores ad cõparendũ in sindicatu: teneaẽ quilibet nũcius die qua suus rector exierit de officio cõ parere corã cancellario cõmunis Pistorii: inquisitioni respõdere: fideiubere de iudicio sisti & iudicato soluendo: & de cõparendo toties: quoties fuerint requisiti ad petitionẽ sindicorũ. ¶ Et siquis nũcius nõ se præsentaret: aut nõ respõderet: aut nõ fideiusserit utsupra puniatur pro dicta omissione in libris decẽ den. & ultra hoc cõtra eũ ꝓcedi possit abq; aliqua citatione tanq̃ cõtra uerũ & legiptimũ cõtumacẽ: & non possit cõduci nisi per consiliũ: & sententias sindicorũ quilibet officialis ciuitatis Pistorii: operarii sancti Iacobi & quilibet alius teneatur executioni mãdare: & qui semel fuerit sindicus habeat deuetũ per trienniũ. ¶ Officiũ autẽ sindicorũ nullo modo renunciari possit: nisi primo infra biduũ a die suæ extractionis uel deputationis talis sindicus soluerit cõmuni Pistorii libras quique den. quibus libris quinq; nõ solutis dicto tẽpore intelligaẽ acceptasse & pro acceptãte reputetur. ¶ Salariũ uero dictorũ quatuor nunciorũ executionũ sit & esse debeat librarũ quinq; den. pro quolibet eorũ & quolibet mẽse sine aliqua retentione: quę salaria omnia recipere debeãt a cõmune pistorii: & per eius camerarios præfatis primo eorũ cõductis in forma debita & nõ aliter. ¶ Qui quidẽ nuncii utsupra ad executionẽ deputati tencãtur & debeãt infra tres dies a die facti grauamẽti & pignorationis ipsa pignora cõsignare: & realiter relassare pœnes camerariũ & prouisorẽ ad custodiã pignorũ grauatorũ cõmunis Pistorii pro tempore deputandos iuxta ordinamẽta dictæ ciuitatis. ¶ Bestias autẽ & omnia animalia in continenti sub pœna librarũ decẽ pro quolibet nuncio cõtrafaciente: & quolibet pignore de facto auferendarũ & cõmuni Pistorii applicandarũ: & de salario talis nuncii retinẽdarũ per eius camerarios: exceptis rebus: quæ cõmode cõduci uel exportari non possunt: ut sunt: tina: uegetes: granum: uinum & similia: quæ sufficiat cõmendari uicino: uel uicario cõmunis sub periculo tamen debitoris: quæ pignora sic cõsignata dicti camerarius & prouisor: aliiq; pro tẽpore deputandi: teneantur describere & de eis tenere cõputum eo modo & forma prout per ordinamẽta dicti officii dispositur. ¶ Et qui nuncii habere & recipere debeant pro pignoribus: & grauaminibus factis & præsentatis a dicto camerario pignorum seu alio utsupra deputãdo infrascripta salaria & nõ ultra aliter uel alio modo: uidelicet pro pignoribus: & grauamẽtis factis per curiã dñi Potestatis a libris duabus infra inclusiue solidũ unũ den. sex ꝓ nũcio famulo & berronario: a libris duabus supra usq; in libris decẽ inclusiue solidos duos pro nũcio famulo & berronario: a libris uigintiquinq; supra usq; in libris qnqua

gita inclusiue solidos quattuor den. sex pro nũcio famulo & berronario: a libris quinquaginta ad libras centum supra quãcunq; esset summa solidos octo den. sex pro nuncio famulo & berronario: & hæc eadem salaria habeãt nuncii: & famuli pro capturis. ¶ Nuncius uero & famulis curiæ domini capitanei uel commissarii soluantur infrascripta salaria pro grauaminibus reb libus factis & præsentatis ut supra a libris duabus inclusiue solidos duos ꝓ nuncio famulo & berronario: a libris duabus supra in libris uigintiquinq; inclusiue solidos tres pro nuncio famulo: & berronario: a libris uigintiquinque supra quantacunq; erit summa solidos quattuor pro nuncio famulo & berronario: & hæc eadem salaria habeant nuncii pro capturis: maiora autẽ salaria: q̃ supra dispositum sit: solui & dari nõ possint dictis nunciis sub pœna & ad pœnam librarum decem tam danti q̃ accipiẽti qualibet uice. ¶ Et prædicta ommia non uendicent sibi locum pro grauaminibus fiẽdis in testariis: pro quibus nuncii & famuli pro quolibet grauamento habeant solidos tres in totum & non ultra. ¶ In super dicti nuncii teneantur consignare & præsentare camerario pignorum supradicto incontinenti omnia animalia: & bestias: quæ & quas pignorarent: & grauarent: quibus bestiis & animalibus dictus camerarius teneatur & debeat dare alimenta & diligẽter custodire: & gubernare condecenter ad arbitrium boni uiri: & secundũ qualitatem temporum: dummodo bladũ dare nõ teneatur: nisi illud: quod domini dictarum bestiarũ ei darent uel dari fecerint: & ipsas bestias & animalia dictus camerarius: seu alius deputandus ut supra accomodare uel opere rare non possit sub pœna amissionis sumptuũ factarũ: & librarũ quinq; pro qualibet uice: qua contrafaceret applicanda pro tertia rectori exigentu: pro tertia: domino animalium: reliqua communi Pistorii. ¶ Et pro prædictis expẽsis fiendis in dictis bestiis & eorum labore habeat & habere debeat ipse camerarius pro qualibet bestia pecorina: aut caprina denarios quattuor pro die noctuq;: sierũt usq; ad numerũ triginta bestiarũ: & a dictis triginta bestiis prædictis supra quicunq; esset numerus solidos decẽ ꝓ quolibet brãcho: pro die nuctuq;: pro qualibet bestia bouina: bufalina: caballina: aut mulesca solidos duos ꝓ die noctuq;: ꝓ qualibet bestia suina denarios quinq; ꝓ die noctuq;: & ꝓ qualibet bestia asinina solidũ unũ den. quatuor ꝓ die noctuq;: & si dictæ bestiæ pœnes dictũ camerariũ grauatæ pmanent ẽt de die tantũ: uel de nocte tantũ: soluãtur eidem dicta salaria ꝓ rata tmeporis: pro qbus bestiis grauatis salaria suprascripta pcipere possint ꝓ octo dies tãtum: & nõ ultra: quibus octo diebus elapsis a die cõsignationis nihil petere possit: sed ea uẽdere teneat: iuxta formã ordinamẽtorum: & sub pœna supradicta nil ultra accipere possit ꝓ qualibet uice cõtrafactionis. ¶ Declarãtes quod cũ sæpius nuncii in debite eorũ temeraria uolũtate soleãt accipere solidos duos pro qualibet bestia grauata: ultra id: quod supra pmissum est accipere pro suis salariis: nõ possit dictus camerarius pignorũ dare & soluere dictos solidos duos dictis nũciis: & ipsi nũcii eos accipere aut petere sub dicta pœna: tam dãti q̃ accipiẽti ꝓ qualibet uice: & in eandẽ pœnã incurrat: quicũq; hospes: masiscalcus uel alius: qui dictas bestias grauatas aut pignoratas acciperet: & retineret sine expressa licẽtia dicti camerarii. ¶ Itẽ ne nũ-

cii fraudulenter se gerant teneantur & debeāt nuncii facere pignora: & grauamina talium rerum: quæ sint ualoris: & extimationis quātitatis: pro qua facerent grauamina: & fieri deberent: alias tam curię quam nuncio. & famulis solui debeat solum & dumtaxat pro rata debita pro ualore dicti pignoris iuxta extimationem fiendam per prouisorem pignorum grauatorum communis Pistorii. ¶ Hoc tamen saluo: quod si iterum talis debitor grauaretur ab eodem curia pro dicto eodem debito: eidem nuncio curiæ & famulis solui debeat pro dicto alio grauamine: dum tamen pro omnibus grauaminibus: quotcunq; essent nuncii & famulis & curiæ nō saluantur talaria ultra quantitatem: quæ in totum deberentur pro tota summa debiti. & de ualore pignorū stetur declarationi suprascripti prouisoris. ¶ Qui prouisor teneatur facere bonum pignus & pignora prædicta ad minus pro ualore solidorum quindecim pro qualibet libra suæ extimationis pro eum factæ: & pro expensis dicti pignoris: & si uenderētur pro minori præcio: adeo quod ad minus ex eis non haberentur dicti solidi quindecim & expense dictus prouisor de suo proprio teneatur supplere & soluere usq; in dictam quantitatē domino pignoris: & pro prædictis conueniri possit: cogi: & compelli per quemcunq; rectorem ciuitatis Pistorii. ¶ Item præfati nuncii non possint nec debeant ponere seu mittere: & unum pignus pœnes camerarium consignare pro duobus uel pluribus creditoribus: nec ipse camerarius & prouisor dicta pignora recipiant: nisi pro uno creditore tantum sub pœna & ad pœnam cuiibet contrafacienti suprascriptam: quæ pignora eis ut supra dictum est consignata dictus camerarius & prouisor uendant & uēdere teneantur: & debeant: modo & forma & illis terminis & temporibus: quibus ōi spositum & ordinatum est per formam capitulorum: & ordinamentorum eorum officii communis Pistorii. ¶ Item nunciis communis Pistorii credatur de ambasciatis: requisitionibus: tensinis & pignorationibus: quas retulerint se fecisse & accomandasse: & de omnibus: quæ spectant ad eorum officium: singula singulis congrue referendo: teneanturq; nuncii in relatione tensinarum: accomandigiæ uel pignorationibus declarare: ubi & pœnes quem inuenerint tales res tensitas: pignoratas: uel accomādatas: & nullus nuncius: qui fuerit deputatus ad executiones: pignoret pro se uel pro socio aliquam personam pro sua uectura: nisi haberet licentiam a Iudice uel officiali: qui eum mileritsed faciat is ei soluere uecturam: quam recipere debet secundum formam statutorum Pistorii: & tempore rumoris quilibet nuncius uadat ad locum: ubi fuerit deputatus: fideiussores autem dictorum nūciorum approbentur per approbatores communis Pistorii: uel eorum subrogatos. ¶ Item ordinatum est: quod dicti nuncii ad obseruantiam infrascriptorū inuiolabiliter teneant: uidelicet: quādo cōtigerit eos ire ad domū alicuius accusati: uel denūciati: uel ex officio inquisiti: nō possint nec debeant domū alicuius prædictorū intrare: uel de prædictis domibus: aut de rebus eorundē aliquid extrahere: uel auferre aliquo modo uel ingenio: nisi p̄ sentibus duobus testibus: & nō possint citare aliquā psonā occasione alicuius maleficii uel quasi absq; licētia & parabola specialiter sibi data a dño potestate capitaneo seu cōmissario ciuitatis Pistorii: uel eorū iudice maleficio-

rū: seu notario deputato ad peeſſus malefitiorū ſcribēdos uel dānorū dato rū: quæ licēcia prius ſcripta ſit in actis talis curiæ: & nō uadāt p aliquo maleficio ſeu accuſatione: niſi duo nuncii. ¶ Et nullus nuncius cōmunis Piſtorii poſſit eſſe ad uocatus: ſindicus: procurator: uel defenſor: alicuius perſonæ uel loci in aliqua cauſa: quæ uentilaretur coram aliquo officiali ciuitatis Piſtorii: nec pro aliquo ad defenſionem uel excuſationem uenire: tamen poſſit pro patre: matre: filiis: fratribus & exiſtentibus in poteſtate intervenire: quomodocunq; & qualitercunq; eis placuerit. ¶ Et quando aliqui nunci uadunt ad aliquam perſonam requirendam occaſione alicuius maleficii uel quaſi: ſi ex accuſatione uel denunciatione: proceditur: uadant expenſis accuſatoris uel denunciatoris: ſaluo quam ex denunciatione per aliquem uicarium terrarum comitatus Piſtorii: uel alium: qui denunciare teneretur ex forma ſtatutorum communis Piſtorii: in quo caſu nihil habere uel percipere poſſint a prædictis. ¶ Et quod nuncius non poſſit aliquid pignorare uel tenſire aliqua occaſione: quod pertineat ad ferramentum: ſeu de ferramentis actis & factis ad laborandum terras: uel arbores inciden dum: ſeu putandum: arma quæcunq; offendibilia: uel defenſibilia: granū: fabas: blada: caſtaneas ſiccas: nec etiam eorum & cuiuſcunq; eorum farinā: uſq; ad ſtaria tria: pro qualibet familia: ſub pœna de qua ſupra. ¶ Et teneantur dicti nuncii requirere perſonam: & perſonas requirendas per eos perſonaliter: uel ad domum in qua habitant: ſeu habitat requirenda perſona: uel eius familia: ſi habitat in ciuitate & diſtrictu piſtorii: & ſi nō habitat poſſint & debeāt requiri & citari ad domū in qua habitare cōſueuerint ipſe uel eius familia: forenſes autē citari debeāt ſecundū formā ſtatutorū: loquentium de citatione forenſium: & requiſitiones aliter factæ non ualeant: nec p illa requiſitione poſſit aliquid fieri in præiuditium requiſiti. ¶ Qui quidem nuncii executionum teneantur & debeant incontinenti facto grauamento contra aliquem de comitatu Piſtorii: & etiam poteſtatis uigore cuiuſcunq; crediti relinquere apodiſſam tali grauato: in qua contineatur dies facti grauamenti ad inſtantiam cuius creditoris: & quas res grauauerint: & nomen dicti nuncii: qui grauamentum fecerit: ſub pœna librarum quinq; pro qualibet uice: communi Piſtorii applicanda & quicquid in cōtrarium fieret non ualeat. ¶ Quæ omnia & ſingula prædicti nuncii: & quilibet eorum facere: & exequi inuiolabiliter teneantur ſub pœna & ad pœnam ſolidorum centum pro quolibet: & qualibet uice: qua cōtrafactum fuerit. Et quod Poteſtas: capitaneus ſeu cōmiſſarius infra quindecim dies primos eorum officii cōuocare: & cōgregare teneantur oēs & ſingulos nuncios: dicti cōis: & eis audiēti bō legi facere oia & ſingula ordinamēta: ad quæ obſeruāda & exequēda dicti nuncii tenētur: & eis præcipere: quod prædicta debeāt obſeruare.

Rubrica de poſtiſs nō tollēdis per nuncios. xv.

STatutum & ordinatum eſt: quod nullus nūcius: ſeu officialis poſſit uel debeat accipere uel eleuare: ſeu eleuari facere aliqua de cauſa aliqua hoſtia alicuius domus: uel capannæ pro ipſo hoſtio alibi exportando: nec poſſint dicta

ta hostia de gangheribus seu cardinibus eleuari: sine speciali licentia alicuius iudicis: de qua in actis appareat sub pœna librarũ quinquaginta den. auferendarum de facto nuncio per Potestatem: uel Capitaneum seu Commissarium uel utrunq; eorum: uel officiales: seu sindicos: qui sindicabunt eundem: nec sigillari possit hostium alicuius apotecæ sub dicta pœna. ¶ Quælibet tamen persona permittat se pignorari a nuncio communis Pistorii: quando uadit ad pignorandum mandato uel licentia alicuius officialis communis Pistorii: & qui contrafecerit puniatur in solidis uiginti pro qualibet uice. ¶ Et non intelligantur contemnere pignus hii: qui personaliter uenire uoluerint: & uenerint cum nuncio coram officiali: cuius officio pignus uellet: saluis tamen dispositis in præcedenti statuto: & de contradictione: uel negatione pignoris in ciuitate Pistorii: stetur dicto nuncii cũ uno teste extra familiam rectorum. ¶ Extra uero ciuitatem stetur iuramẽto nuncii: & lamuli coram iudice præstito: hoc apposito: quod causa pignorandi hostia frangi non possint: nec per fenestras ingredi domum in ciuitate Pistorii: & qui nuncii portent birectum cum armis cõmunis Pistorii.

Rubrica dẽ officio & administratione pignorũ grauatorũ. xvj.

COnsiderato essere di somma necessita per conseruatione cosi delli debitori come delli creditori: il prouedere alla cura: reggimento: & amministratione: del camarlingatico de pegni: & bestie grauate per le corti della citta di Pistoia: & uolendo: in quanto si puo: prouedere alla indemnita di ciascuno: & che nessun patisca piu: che dalle leggi: o: statuti ordinato sia: prouiddeno & ordinorono in questo modo. ¶ Che delle borse ad cio deputate: & ordinate: da chi n'hauesse autorita: si debba trarre una politia habile di eta di anni trenta al meno: elquale cosi tratto: s'intenda essere: & sia camarlingo de pegni: & bestie grauate per un'anno proximo futuro: da incominciare il primo di di gennaio di qualunq; anno: & da finire come segue: la qual tratta far si debba quindici giorni innanzi almeno: alla sua entrata. ¶ Elqual camarlingo non possa ne debba domandare: ne conseguire salario: o: emolumento alcuno dal comune di Pistoia per esercitare tale offitio, ma solo habbia & hauer debba quello & quanto disposto & ordinato disotto sara: che lui possa pigliare dalli pegni: & bestie grauati: da distribuir si in questo modo et forma cioe. Che tutto quello che si trouerra auanzare: detratto prima il costo de libri: fogli inchiostro: lumi: pigione & ogn'altra spesa pertinente a detto camarlingatico: sene aspetti a detto camarlingo sol di dieci per qualunche lira: & al fattore soldi sei & denari otto per lira: & sol di tre & denari quattro all'proueditore: oltre a quello che a detto proueditore sara assegnato di sotto. ¶ Delle borse accio deputate come di sopra si tragga: una politia habile di eta di anni trẽtacinq; almeno finiti: elquale cosi tratto s'intẽda essere & sia proueditore de pegni & bestie grauate p un'anno proximo futuro: da comiciare: & finire quando quello del camarlingo: l'offitio del quale sia stimare tutti e pegni grauati: & che si consegneranno al camarlingo: secondo che allui parra giusto & conueniente:

& secondo tale stima detto camarlingo habbia a pagare e diritti a Rettori: che tali grauamenti haranno fatti: e nō altrimenti. ¶ E delle spese esso camarlingo ualer si debba da tale grauamento: quando si uendesse: o dal debitore che quello riscotesse: non potendo domādare el camarlingo alcuno salario come di sopra. ¶ Saluo che d'ogni pegnio: che sara stimato da lire quattordici in giu: habbia hauere denari quattro dell'uno: e da lire quattordici in su soldi uno: e d'ogni pegno che si uendera all'incanto den. quattro per grauamento: e questo oltre alla rata assegnatali nello antecedente capitolo. ¶ Item delle borse accio deputate si tragga una poliza habile di eta di anni uenticinque finiti: quale cosi tratto sintenda essere e sia garzone de pegni e bestie grauate a compagnia del camarlingo & proueditore: et sia a loro obediente nelle cose spettanti & pertinenti al loro offitio: ne possa domandare alcuno salario: ma solo si gl'aspetti quello & quanto nel primo capitolo si contiene. ¶ Item sierino tenuti & obligati detti camarlingo et proueditore et garzone sodare per ducati trecēto d'oro in oro: per ciascuno di loro per sufficienti malleuadori da essere approuati per li approuatori delle gabelle: o: da altro: che in loro luogo deputato fusse: di fare & esercitare el loro offitio bene: & diligentemente secondo la forma de presenti capitoli senza dolo: o fraude alcuna. ¶ El qual sodamento far debbino infra tre di: dal di della tratta exclusiue: & mācando: chi mancasse: s'intenda hauer perso el suo offitio: & altri in suo luogo si tragga: & obseruisi el medesimo. ¶ Possinsi tali offitii rifiutare infra dua giorni dal di della tratta senza alcuno pagamento. ¶ E fatto tal sodamento debbino immediate giurare in mano del cancellieri della communita et a la presentia delli magnifici signori priori & gonfalonieri di giustitia: o di altri: che tale offitio rappresentasse: di fare & esercitare bene e diligentemente e loro offitii: & di osseruare e capitoli: quali di loro parlasseno: et sotto le pene: che in essi si contengano. ¶ Sierino tenuti detti Camarlingo & proueditore & ciascuno di loro tenere uno giornale: sul quale di per di scriuino tutti e pegni grauati: li quali sarāno loro consegnati per le corti della citta: scriuendo el nome et p. nome del grauato di che comune et luogo: et ad instantia di chi e grauato et per quanta stima: le quali partite raguaglino a uno libro: el quale chiamino libro Grosso: sul quale tēghino conto alla Venetiana: facendoli debitori delle spese pagate alla corte de rectori: e di quelle: che a loro s'aspettano per uirtu de presenti capitoli. ¶ Similmente debbino fare dua alfabeti per ciascuno in su uno de quali scriuino e nomi de creditori: ad instantia de quali saranno fatti e grauamēti: et in su l'altro el nome delle persone grauate. ¶ Et un libro: el qual si chiami libro delle sorte: in sul quale ciascuno di loro debba scriuere uolta per uolta li pegni: quali metteranno in sorte p uendersi, scriuendo el nome del grauato: & ad instantia di chi: e perche somma: & a rimpetto mettere il precio che sara uenduto: et a chi: et la qualita: et quantita de pegni: li quai libri: e altre spese pagare si debino per detto camarlingo: nel modo et forma: che nel primo capitolo si dispone. ¶ Quali camarlingo proueditore & garzone debbino fare la lor residentia a tempi cōgrui: et conuenienti nella casa del cōmune di Pistoia dietro al horto del palazzo

lazzo delli magnifici signori Priori:doue al presente tale offitio s'essercita: o in altro luogo:doue da la communita:o da chi n'hauesse autorita fusse deputato. ¶Non possino detti Camarlingo Proueditore et garzone eser citare e loro offitii per interposta persona:ma lo debbino esercitare loro p prii senza mettere scambio:saluo in caso di necessita:& a lhora otte nghino prima la licentia da e Magnifici signor Priori:& gonfalonieri di iustitia:o da altro offitio o magistrato:che quello representasse: sotto pena di lire uē nicinq; per ciascuno & ciascuna uolta si contrafacesse:applicati per la meta alla opera di sancta Maria dell'humilta:per il quarto al Rectore:che quel la cō effetto fara riscuotere et uenire i entrata:et un quarto allo accusatore. ¶Sierino tenuti detti camarlingo & proueditore:et ciascuno di loro mo strare tutti e libri et alfabeti di detto camarlingatico:cosi alli debitori:co me a li creditori immediate saranno loro chiesti:& mancando:si intendino essere & sierino incorsi in pena di lire uenti per ciascuno:& ciascuna uolta da applicarsi per la meta a tale domādante:& gli fussino denegate:un quar to al Rettore che la facesse riscuotere:et un quarto alla detta opera dell'hu milta: et credasi a tale domandante cō sino giuramēto:et uno testimone:et sierino tenuti giorno per giorno tenere raguagliare le scritture:accio che li debitori e creditori possino uedere le loro ragioni. ¶Sierino tenuti detti Camarlingo et Proueditore pigliare la consegna di tutti e pegni sarāno gra uati per le corti de rectori della citta di Pistoia:Et non possino accettare la consegna l'uno senza l'altro di alcuno di detti pegni: sotto pena a chi con tro facessi di lire uenti:per ciascuna uolta:da applicarsi per la meta alla par te osseruante:un quarto alla sopra scritta opera: & un quarto al Rectore: che quella con effetto riscuotere fara. ¶Et per conseruatione della indē nita cosi delli creditori come delli debitori si prouede & ordina:che al tem po della soprascritta cōsegna da farsi:el proueditore sia tenuto:& debba fa re la stima di tutti e pegni:saranno consegnati loro giustamente secondo la loro ualsuta:non porendo fare stime se non a lire intere:saluo doue el richia mo fusse posto a lire & soldi:a l'hora se'l pegno ualesse piu che il richiamo debba quello stimare per lo intero di tale richiamo:& per le spese:ma se ua lesse meno:stimi a lire intere:& secondo tali stime paghi el diritto el camar lingo:secondo la scala ordinata de directi:o che di nuouo si ordinasse: e pa gando piu uadi a suo danno. ¶Et incaso che al tempo:che tali pegni si uē deranno:essi pegni non si uendesslino almeno soldi quindici per lira di quel lo che furno stimati oltre alle spese:esso proueditore sia tenuto & obligato tutto quello:che manchasse insino a detta somma & spese:rifarlo di suo pro prio:et li pegni di soldi uenni:& da indi in giu gli habbi a fare buoni per lo intero della stima al creditore oltre alle spese. ¶Et sia tenuto detto Proue ditore:quando fara le politie al camarlingo che paghi al creditore e denari de pegni a sua instanna uenduti:dire in detta politia el nome & pronome del debitore:& di che commune:& el numero: & la stima del pegno fatta: & quanto ha a pagare per la uendita di quel pegno:o pegni: accio ciascuno possa apertamente uedere le sua faccende sotto pena di lire dieci: perciasche duno nome:& ciascuna uolta che controfacesse applicati per la meta a tale

BIBL. ROMA

creditore: un quarto alla detta opera & un quarto al Rectore: che quella fa cesse risquotere. ¶ Et habbino hauere per loro salario fatica: & mercede di tali pegni: & grauamenti per in fino alla somma di lire dieci incluſiue ſoldo uno per grauamento: & da lire dieci in ſu ſoldi dua per grauamento o ltre al lo emolumento conceſſo al proueditore per conto della ſtima: et del beſtia me hauer debba quello: che di ſotto ſi dira. ¶ Non poſſino detti camarlin go & proueditore pigliare inconſegna uno medeſimo pegno per piu: che una poſta ſola: & controfacendo ſi intendino eſſere incorſi in pena di lire dieci per ciaſcuno di loro: & ciaſcuna uolta applicata per la meta alla opera ſopraſcritta: un quarto al accuſatore: & un quarto al Rectore: che quella cō effetto faceſſe risquotere: & poſſino li ragionieri: che riuederanno tale ragione: condennarli in detta pena: & conſeguiſchinne el quarto aſſignato al lo accuſatore: & queſto in caſo che prima non fuſſino ſtati condennati: & la condennagione riſcoſſa. ¶ Et quando la ſtima de pegni non fuſſe fatta per lo intero del richiamo poſto & ſpeſe: ſia lecito & poſſa el creditore im mediate di nuouo fare grauare el ſuo debitore per la ſomma manchaſſe a detto richiamo: non obſtante che ꝑl pegno non fuſſe anchora uenduto. ¶ Et perche alcuni grauamēti ſi fanno in beſtiame coſi groſſo come minuto: ſi prouede & ordina: che eſſi camarlingo & proueditore: ſieno tenuti et debbino pigliare la conſegna di tutte le beſtie: ſi grauaſſino per le corti de rettori della citta di Piſtoia & quelle diligentemente cuſtodire: quali uendere debbino paſſato ſubito otto di: dal di ſaranno loro conſegnate eſcluſiue: uendendole ſul getto del commeſſario a ſuono di tromba: precedente pero prima el publico bando per li ſoliti luoghi. ¶ Et per fatica cuſtodia & gouerno di tali beſtie hauer debbino per ogni beſtia pecorina o caprina den. quattro dell'una fra di & notte inſino al numero di beſtie trēta: & da indi in ſu ſoldi dieci per branco fra di & notte. ¶ Delle uaccine: bufaline ca ualline o muline ſoldi dua dell'una fra di & notte: & delle aſinine ſoldi uno & den. quattro dell'una fra di & notte: & de porci den. cinq; dell'uno fra di & notte: & quando tali beſtie ſteſſero ſolo el di: o la notte: paghino per me ta: & paſſato el ſopraſcritto tempo di giorni otto: non poſſino ne debbino domandare: o conſeguire alcuno ſalario: ma ſolo gli ſi aſpetti per detto tem po di otto giorni & non piu la. ¶ Li pegni & grauamenti morti: quali gli fuſſero conſegnati come di ſopra: ſierino tenuti quelli uendere & deliberare a chi piu ne dara alli tempi: che di ſotto ſi dira: li pegni grauati nel conta do per debiti priuati immediate paſſati dua meſi dal di de la conſegnia. ¶ Eli grauati per camarlingatichi prouenti: paſture: gabelle o altri debiti di comune: immediate paſſati e quaranta giorni: dal di della conſegnia: & li grauati nella citta per qual ſi uoglia debito o cauſa: immediate paſſati die ci giorni: dal di di tal conſegnia: ſaluo ſe il grauato uoleſſe: che ſi uendeſſe no innanzi a detto tempo: o ſe di uolōta del debitore: & creditore gli ſopra teneſſe: apparendo ne l'uno & ne l'altro caſo politia di loro mano: & non altrimenti. ¶ Et quando leueranno: le ſorte ſierino ſempre tenuti non laſ ſare in dietro alcuno pegno: del qual fuſſe uenuto il tempo: come di ſopra: ſaluo ſe per comandamento di alcuno giudice: che di cio haueſſe autorita

gli

gli fusse in scriptis prohibito il uendergli:o: di commissione'delle parti come e detto sotto pena di lire cinque:per qualunche pegno: mancasseno di mettere in sorte: e per qualunche uolta applicata per la meta al creditore: un quarto all'accusatore: & un quarto al Rettore: che quella con effetto facesse riscuotere. ¶Et li ragionieri che riuedranno tali ragioni possino cõ dennargli in tali pene:& guadagnino el quatto assegnato allo accusatore: & questo in caso che non fusseno prima stati condennati: & la condennagione riscossa. ¶Dichiarando pero che sempre:ch'haranno messo in sorte cinquanta pegni delli piu antichi:de quali fusse passato il tempo: come di sopra s'intendino hauere osseruato & adempiuto quanto di sopra si dice non ostante:che di maggior numero di pegni fusse uenuto al tempo di uendere. ¶Liquali pegni uendere si debbino:al luogo della residentia del loro offitio:o in altro luogo:che si ordinasse per piu utilita de poueri: uendẽdo in giorno feriato:ma non festiuo:& non altrimenti precedente el publico bando per la citta:allaquale uendita interuenire debba el proposto de gl'operai di sancto Iacopo:& in suo defetto el proposto delli offitiali di sapientia:& mancando tali offitii:ui interuenga el proueditore di sancto Iacopo:& in suo defetto el proueditore di sapientia:& se tutti mancasseno: il piu uecchio delli offitiali della pieta:& mãcãdo: detti officiali il ,pueditore di detta pieta succeda:& habbia quello tale:che ui andra: soldi sette per ciascuna uolta,: che a tale uẽdita interuerra da pagarsi uolta p uolta p il camarligo generale a politia del camarligo & ,pueditore de pegni & nõ altrimẽti non potendo fare politia se nõ giorno per giorno:e sia tenuto quel tale che interuerra a detta uendita scriuere la sorte di sua mano:che quel giorno si sara uenduta sotto pena di lire tre per ciascuna uolta mancasse di scriuerla applicate per lo intero a i ragionieri:& sene possa contro di lui fare executione de fatto come debito di comune. ¶Et perche la esperientia ha dimostro che il non pagare li comperatori de pegni il precio immediate:o almeno lassare arra conueniente:ha fatto molto danno cosi alli debitori come alli creditori:uolendo accio ouuiare: si ordina che chi sara comperatore di alcuno di detti pegni:o bestie grauate sia tenuto & debba immediate pagare el pretio di essi:o almeno in nome di arra lassare a ragione di soldi quatro per lira di tale compra. ¶Laquale arra el camarlingo: & proueditore immediate debbino mettere & scriuere sotto la partita di tal pegno uenduto:& il restãte debba pagare fra otto di dal giorno della compera esclusiue: & non facendo detto intero pagamento:tale arra s'intẽda essere & sia persa:& di nuouo tali pegni:che cosi fusseno restati:riuendere si debbino:& in caso si uendesseno el medesimo pretio o piu:tale arra cosi persa s'intenda essere & sia applicata per la meta alla opera di sancta Maria dell'humilta:soldi sei per lira sene aspetti al camarlingo e proueditor de pegni:soldi dua per lira agl'operai di sancto Iacopo:o altri:che in suo luogo fusse stato presente a tale uendita:che hauesse scricta la sorte:& soldi duoi per lira al proueditore di detta opera dell'humilta:in caso che facci uenire in entrata e soldi dieci per lira:quali si gli applicano:& mancãdo di pagare a detta opera detta rata:li ragionieri sierino tenuti:& debbino cõdenare e detti camarlingo

& Proueditore a pagare tale ſomma alla detta opera in fra otto dì dal dì del la letta ragione ſotto pena di ſoldi quattro per lira a utilita di detta opera. ¶Et li ſoldi dieci per lira quali ſi aſpettaſſeno al camarlingo & proueditore: operario: & altri: come e detto: & al proueditore di detta opera per lo intero ſaſpettino a eſſi ragionieri: da pagarſi alli tempi & ſotto le pene: che di ſopra e detto. ¶Et uendendoſi tal pegno meno: che prima non ſi era uenduto: quel meno: che ſi uendeſſe: ſi ſuppliſca cō la detta arra in ſino alla ſomma della detta prima uendita: e quello: che ſoprauāzaſſe: ſi diſtribuiſca nel modo & forma: che di ſopra e detto. ¶De quali pegni non ſi poſſino in al cuno modo ne ſotto alcuno queſito colore & ſi Camarlingo: Proueditore: garzone: operaio: & altri aſtanti alla uendita come diſopra comperare: o far comperare ſotto pena di lire dieci per ciaſcuna uolta: & ciaſcuno pegno: applicata per la meta alla detta opera: un quarto allo accuſatore: e uno quarto al rettore: che la fara riſcuotere: & non altrimenti non poſſino detti camarlingo: proueditore: o garzone uendere: o far uendere alcuno pegno: che nō fuſſe ſuto grauato per le corti ad cio deputate & conſegnato come diſopra: ne conſentire: o permettere: che altri uene uenda: o facci uendere ſotto la ſo praſcritta pena: come di ſopra applicata. ¶Sia tenuto el proueditore che tempo per tempo ſara fra dodici dì dal dì della uendita de pegni fare le polize de pegni uenduti: & mandarle alli creditori per e tauolaccini del palazzo: li quali ſierino tenuti: & obligati: el medeſimo di portarle a ciaſcuno la ſua: & debba mettere el nome del grauato del padre: & del comune: donde ſara: & il numero della poſta del pegno: & quanto fu la ſtima al tempo della conſegna: & di poi tragga fuori la ſomma de e denari: quali el camarlingo debbe pagare al creditore. ¶El quale camarlingo ſia tenuto immediate: che dal creditore gli ſaranno preſentate tali polize: quelle pagare el medeſimo dì: ſotto pena di lire dieci per ciaſcuna poſta non pagaſſe: applicata per la meta al creditore di tali denari: un quarto alla ſopraſcritta opera: & un quarto al Rettore: che quella cō effetto fara riſquotere: & credaſi a tale creditore con ſuo giuramento & uno teſtimone di hauerli domandati: & non gl'eſſere ſuti pagati: & debba el creditore: poi che hara riceuuto el pagamēto di ſua mano o di altri in ſuo nome: ſe non ſapeſſe o poteſſe ſcriuere: ſotto ſcriuere la poliza: quale gli ſara ſtata pagata: & altrimenti pagare non poſſa ne debba. ¶Et perche molti pegni ſi uendano per conto di condennagioni & per poca diligentia di quelli: a quali s'aſpetta acconciare: el ritratto di tali pegni nō ſi ſcriue a conti di eſſe condennagioni: onde ne ſegue: che uno per il medeſimo conto e grauato piu uolte: & uolendo a tale inconueniente porre rimedio: ſi prouede & ordina: che le polize de pegni di tali condennagioni detto proueditore: mandare le debbe al notaio di camera: el quale immediate riceuuta la poliza acconcia ciaſcuna poſta da ſe quel tanto: che ſara el ritratto di tali pegni: & di poi di ſua mano ſottoſcriuerla & portarla al camarlingo della comunita: che riſquota e danari: & gli metta in entrata ſotto pena a detto notaio di lire dieci per ciaſcuna uolta & poſta: che manchaſſe: applicata come di ſopra: la meta alla ſopraſcritta opera: un quarto al Paccuſatore: & un quarto al rettore. ¶Et perche accade nel uendere tali

pegni

pegni ualerſi de trombetti del comune tanto per mandare e bandi innanzi che ſi uenda: quanto dipoi nell'incantargli: ſi ordina che eſſi trombetti ſierino tenuti & debbino a ogni richieſta del camarlingo o proueditore mettere il bando per la citta ne luoghi ſoliti & conſueti: come ſi haranno a uendere: & deliberare e pegni meſſi in ſorte: & di poi al tempo quelli deliberare & uendere a chi piu ne dara. ¶ Et per loro fatica premio e ſalario: hauere debbino da detto camarlingo per ogni grauamento uendeſſino da lire cinque in giu den. quattro: da lire cinque a dieci, denari otto: da dieci a uenti ſoldi uno: & da lire uenti in ſu: ſia qual ſi uoglia ſomma: ſoldi dua de l'uno: & non piu & ſe piu pagaſſi uadia a ſuo danno: de quali pagamenti detti camarlingo: & proueditore faccino debitori ciaſcuna poſta da perſe al ſuo cõto: & uaglinſene & rimborſinſene del ritratto di detti pegni. ¶ Et perche molti pegni ſi riſcuotano per concordia de debitori & creditori: ouero per ſententie date da chi ne ha autorita: ſi diſpone: che qualunche uorra riſquotere e ſuoi pegni debba portar la polizia della licenza al proueditore: el qua le la debba acconciare al rincontro della partita della conſegnia: e dipoi la ſcriua di ſua mano: dicendo al camarlingo: che tale pegno renda facendo noto al debitore quanto hara a pagare di ſpeſa: & rendendo detto camarlingo altrimenti eſſi pegni ſi intenda eſſere & ſia incorſo in pena di lire dieci p ciaſcuno pegno: & ciaſcuna uolta: applicate per la meta alla detta opera: un quarto alli ragionieri: che ne lo condennaſſeno: & un quarto al prouedito re de pegni predetto. ¶ Et a cauſa che detto camarlingo poſſa pagare e diritti: & altre ſpeſe: quali occorrono tempo per tempo: ſi diſpone: che el camarlingo del comune di Piſtoia ſia tenuto & obligato qualunche anno da re & pagare in nome di preſtanza al camarlingo de pegni lire trecento delle pecunie di eſſo comune pagando la meta per tutto di quindici di gennaio. di qual ſi uoglia anno & laltra meta per tutto di quindici di febraio di detto anno ſotto pena a detto camarlingo di ſoldi tre per lira di qnello: che mancaſſe di pagare a detti tempi a utilita di eſſo camarlingo de pegni. ¶ Lequali lire trecento ſia tenuto reſtituire la meta per tutto di quindici di gennaio. ꝓxime futuro e laltra meta per tutto di quindici di febraio in di futuro: e cosi oſſerui ſucceſſiuamente di anno in anno ſotto pena di ſoldi cinque per lira: p la quale pena ſierino obligati ſeco inſolido e ſuoi malleuadori etiã alli ſtracci delli officii: come gl'altri debitori di comune. ¶ Sierino tenuti detti camarlingo proueditore & garzone pagare al camarlingo generale del comune di Piſtoia ciaſcuno anno lire quaranta per pigione della caſa: & ſtanza: doue al preſente ſanno la reſidentia pagando la meta ogni ſei meſi ſotto le pene & obligationi predette. ¶ Sia anchora tenuto el proueditore fare le politie alli creditori di tutti li auanzi: liquali reſtaſſeno in mano al camarlingo de pegni grauati nella citta: detrattone quello: che ha ad hauere el creditore: & le ſpeſe: & mãdarle loro per li tauolaccini: come dell'altre e detto: lequali politie eſſo camarlingo ſia tenuto pagare come de l'altre de pegni uẽduti ſi diſpone: & ſotto dette pene in tutto & per tutto. ¶ Et perche molti ſono li auanzi de grauamenti fatti nel contado: & non e poſſibile a ciaſcuno mandare le politie per li tauolaccini pero ſia tenuto & debba eſſo

proueditore ogni ſei meſi almeno una uolta mandare per e uicarii de comuni: donde fuſſeno li creditori di tali auanzi: & a eſſi uicarii dare inſcriptis li nomi de gl'huomini del ſuo comune: li quali debbino i di feſtiuo tale liſtra far leggere alla meſſa narrando il nome del creditore: & la ſomma & coſi letta farla ſottoſcriuere di mano del prete che la leggera: & di poi riportarla al proueditore: el quale la debba infilzare cõ le altre polize: accio che li ragionieri la poſſino uedere facẽdo pagare a eſſi uicarii dal ſuo camarlingo denari otto per qualũche poſta: e faccine debitore eſſa poſta: & il camarlingo debba pagate tali reſidui al tempo: et ſotto le pene che di ſopra ſi dice. ℂ Et tutti e reſidui: liquali al fine del loro offitio nõ fuſſeno pagati alli ueri creditori: ſia tenuto & debba detto proueditore fare poliza al camarlingo: che quelli paghi al monte della pieta: & per eſſo al ſuo camarlingo con ordine del ſuo proueditore: liquali pagare debba a tempi & ſotto le pene ſopraſcritte: & pero ſia tenuto el proueditore della pieta in ſu un libro ad cio deputato fare creditore tutti e nomi di tali reſidui: ſcriuẽdo el nome loro: del padre & del luogo tenendolo per alfabeto. ℂ Et debba eſſo monte & ſuo camarlingo con ordine del proueditore a tali deſcritti per creditori: a ogni loro requiſitione & uolonta pagare liberamẽte tale loro credito: ne poſſa per uia o modo alcuno eſſer loro ritenuto: inteſito: o ſequeſtrato: etiam ſe fuſſe per debito di comune ℂ Debbino detti camarlingo proueditore & garzone al fine del loro offitio tutti e pegni: quali fuſſeno auanzati loro in mano: conſegnare alli loro ſucceſſori infra otto di: dal di del finito offitio: ſotto pena di lire cinq; per ciaſcuno pegno non conſegnato applicate per la meta all'opera ſopraſcritta: un quarto alli ragionieri: & un quarto al Rettore: che la riſquoteſſe. ℂ Et non poſſino detti uecchi miniſtri conſeguire di eſſi pegni alcuno ſalario: o emolumento: ma in tutto s'aſpetti alli nuoui miniſtri: li quali ſierino tenuti rimborſare el uecchio camarlingo de diritti: liquali haueſſeno pagati di tali pegni in fra quindici di: dal di della conſegna: ſotto pena di ſoldi dua per lira: a utile di tal uecchio camarlingo. ℂ Et non poſſino conſegnare e pegni: de quali fuſſe paſſato el tempo del uenderſi un meſe e mezo: de quali pegni ſierino tenuti pagare lo intero della ſtima alli creditori: non obſtante: che tanto nõ ualeſſino: e ſia nientedimeno in liberta del grauato potere ridomandare el ſuo pegno & pagar la ſtima & ſpeſe infra ſei giorni dal di del finito offitio & non piu la: & domandandoli ſierino tenuti & obligari dargli e detti pegni. ℂ Preſentino eſſi camarlingo proueditore & garzone tutti e loro libri: alfabeti: giornali: & polize infra uenti di dal di del depoſto offitio in mano de magnifici ſignor priori: & gonfaloniere di iuſtitia o altri: che quelli rapreſentaſſeno ſotto pena di lire cinquanta per ciaſcuno applicate per la meta all'opera ſopraſcritta: ſoldi quattro per lira a ragionieri: che riuedranno la ragione: & ne gli condanneranno: ſoldi quattro per lira al rettore: che la fara riſquorere: & ſoldi dua p lira al proueditore di detta opera: in caſo che facci uenire a entrata la rata ſpectante a eſſa opera: & non altrimenri. ℂ Equali magnifici ſignori: o altri: liquali in loro luogo fuſſeno: debbino nel primo indi ſeguente conſiglio della borſa a cio deputata fare trarre quattro ragionieri habili con ſalario di lire uen-

tuna

tuna per ciascuno di loro: a quali cosi tratti in fra quattro giorni debbino consegnare tutte le scritture: lequali gli erano state presentate da detti camarlingo proueditore & garzone sotto la soprascritta pena: & applicate. ¶Debbino detti ragionieri hauere riueduta & in saldo posta & hauer presentata in mano de detti Magnifici Signor priori: o di chi quelli rapresentasse: tale ragione in fra quattro mesi dal di de la consegna de le scritture sotto pena di perdere el loro salario: & in oltre priuati per tre anni a lhora prossimi futuri d'ogni offitio. ¶Et sierino tenuti detti ragionieri: & debbino in quello: che essi ministri hauessino mancato de la osseruantia de presenti capitoli o altri: che per l'auuenire si facesserio: condemnargli particolarmẽte & distintamente cosa per cosa: sotto le pene & applicatione: che di sopra si dice. ¶Laqual ragione cosi presentata debbino detti Magnifici Signor Priori: o li rappresentãti quelli: fare leggere nel primo indi seguente consiglio: sotto la pena di lire cinquanta per ciascuno: & ciascuna uolta applicate come di sopra. ¶Et letta che sara sierino tenuti & debbino e ragionieri il seguente di notificare in scriptis per li Tauolaccini sopra scritti a tutti quelli: a chi si aspettasseno le pene o crediti: in che fussino condennati: notificãdo el nome del condennato: & in che somma: & la rata: che si glen'aspetta: accio ciascuno possa conseguire quello: che si gl'appartiene: sotto la soprascritta pena a ciascuno di loro: come disopra applicata. ¶Item qualunche persona si sentira grauata da li detti camarlingo: proueditore & garzone della inosseruantia de presenti capitoli habbia ricorso a li Magnifici Signor priori & gõfaloniere di iustitia: o altri in loro luogo subrogati & dia la domanda in scriptis di quello si querelasse: li quali sierino tenuti quella accettare & procedere & terminare condennando: & assoluendo secondo la forma de presenti capitoli: & ordinamenti. ¶Laqual sententia inuiolabilmente osseruare si debba: & per ogni rectore defatto exequire si possa: & debba: sotto pena di lire uenticinque per ciascuno di loro non giudicando applicata per la meta a la detta opera un quarto al querelante: & un quarto al Rectore: che la risquotesse. ¶Dichiarando che a tutte le soprascritte pene s'intenda sempre obligato el principale: & li suoi malleuadori in solido: & che sene possa fare la executione de fatto: come de debitori di comune: & sierino sottoposti alli stracci delli offitii della citta di Pistoia: come e suoi debitori.

Quod Sindici Potestatis Capitanei seu Commissarii: & capitanei Montanee debeant venire ad ciuitatem Pistorii per duos dies ante finitum officium. Rubrica. xvii.

STatutum & ordinatum est: quod sindici: qui debent sindicare Potestatẽ: iudicem: militem: notarios: & familiam capitanei: & commissarii: ciuitatis Pistorii debeant uenire ad ciuitatem Pistorii per tres dies ante finitum officium cuiuslibet dictorum Rectorum: & officialium: & primo mittere: seu mitti facere proclama: & in prima die: qua dicti rectores exierint de officio:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

debeãt dicti ſindici abſoluere & condẽnare dictos rectores & miniſtros & dictis tribus diebus ultimis cuiuslibet rectoris officium dictorum rectorũ quieſcat: tam in cauſa ciuili: quam criminali: & aliquem condemnare uel abſoluere: detinere: uel torqueri non poſſint: ſed dictis tribus diebus: Potestas & eius iudex & familia & etiam iudex: & familia domini capitanei & cõmiſſarii: & capitaneus montaneæ: & eius familia debeant ſtare ad ſindicatum ſub ipſis ſindicis communis Piſtorii: in dicta ciuitate Piſtorii: & hoc ſtatutum notificetur cancellario communis Florentiæ.

De ſalariis tollẽdis & nõ accipiendis p nuncios Rubrica. xviij.

SAncimus: quod nuncii communis Piſtorii poſſint accipere & habere infraſcripta ſalaria & non ultra modo aliquo uidelicet pro qualibet citatione ambaſciata & præcepto facto in ciuitate Piſtorii: tam de ciuæ quam de comitatino habeant & habere debeant ſolidum unum. ¶ In comitatu uero infra unum miliare ſolidos duos: & ultra dictum miliare ſolidum unũ pro quolibet miliare: & in montanea ſuperiori ſolidos duos pro quolibet miliare: ſaluo quod ſi plures haberet citandos pro eadem perſona: ſoluatur in totum ſolidus unus in comitatu: & duo in mõtanea: ut ſupra pro quolibet miliare: & ſolidus unus pro quolibet citando. ¶ Et nil ultra petere: aut recipere poſſint: etiam ſi portarent cœdulas & facerent præcepta. ¶ Item nullus nũcius dictæ ciuitatis poſſit aliquid percipere: uel habere ab aliquo comitatino de citatione uel ab aliqua communitate ratione ſui ſalarii: niſi habeat commiſſionem ſibi factam de citando pignorando: uel capiendo talẽ comitatinum communitatem: uel eius ſindicos ſcriptam manu notarii officialis: de cuius cõmiſſione ipſa citatio: pignoratio: uel captura fieri debeat: & etiam ſubſcriptã manu ipſius notarii: & eius nomine: & ſui officii: & qui contra fecerit: puniatur pro quolibet & qualibet uicæ: in libris quinq; den. per Dominos Poteſtatem: Capitaneum: ſeu commiſſarium & ſindicos ſuprascriptos: & quemlibet ſeu alterum eorum: & quilibet poſſit denunciare: & teneatur ſibi credentia: & habeat dimidiam condemnationis. ¶ Et nuncius: qui condemnatus fuerit in futurum pro baracteria: uel falſitate: dolo: uel fraude commiſſis: non poſſit ulterius facere officium nuncii ſub pœna librarum centum den. ¶ Et quia ualde contingit: quod præcepta: & citationes: quæ fiunt in comitatu foretaneis ſeu diſtrictualibus ciuitatis Piſtorii tam officialibus terrarum: quam ſingularibus perſonis uerbotenus fiũt per nũcium ad domum abſq; cedula: ex quo reſultat: quod tales citati quid habeant facere pœnitus ignorant. ¶ Ideo uolentes prædictis de ſalubri remedio prouidere: prouiſum & ordinatum eſt: quod Poteſtas: Capitaneus: ſeu commiſſarius ciuitatis Piſtorii: Iudex maleficiorum: & damnorum datorum: ipſi Notarii: & officiales deputati ſuper reapcatione uiarum & fluminum: officiales deputati ſuper exactionibus condemnationum: & quilibet alius officialis communis Piſtorii: qui autoritatem & iuriſditionem aliquam habeant præcipiendi: uel de criminalibus cognoſcendi: teneantur & debeãt omnes: & ſingulas citationes: & præcepta ſeu mãdata: quas & quæ

fieri

fieri uoluerint de aliqua cõmunitate uel singulari persona districtus Pistorii mittere per nuncium cõmunis Pistorii cædulam in scriptis: in qua contineatur nomen requisiti: seu cui præceptum fieret: & causa: & nomen officialis: & terminus: quã cædulã nuncius prædictus dimittat penes citatũ: uel cui præcipitur: & si plures fuerint citati: uel pluribus præcipiatur de una uilla uel terra: factis primo ipsis citationi bꝰ uel præceptis: & notificatione per nunciũ: cui cædulã intendat relinquere: penes unũ eam dimittat excitatis: seu ex officialibus dictæ uillæ uel terræ. ¶ Si uero occasione aliqua occurrerit quod citari debeat cõmunitas: uel aliquid præcipi cõmunitati: debeat solum citari sindicus seu uicarius dictæ terræ uel ei præceptum fieri, & plures de tali uilla uel terra citari non debeant uel pluribus præcipi.

De his ad que tenentur fornaciarij. Rubrica xix.

STatutum & ordinatum est: quod fornaciarii teneantur facere & fieri facere ad uendendum calcinã & tenere bene cottam: & sufficienter gubernatam & purgatam & tegulos & mattones: gubernatos purgatos & cottos secundum mensuram formam: & modonos existentes in sacristia Sancti Iacobi: per ipsos fornaciarios accipiendos ab operariis sancti Iacobi: qui modoni tenendi per fornaciarios sint & esse debeant ferrati super archis eorum: & esse debeant stampati signo & stampa per operarios dictæ operæ ordinandis. ¶ Et quod nullus fornaciarius audeat uel præsummat tenere aliquem modonum prædictarum rerum uel alicuius earum: nisi ferratum & stampatum: ut dictum est: & ad dictam mensuram: sub pœna librarum decem den. pro quolibet & qualibet uice & quolibet modono: sic reperto non ferrato & stampato: & quod officiales: qui ibunt ad uidendum cottas dictarũ fornacium: debeãt rimari de prædictis: & quod notarius dicti domini Potestatis: & dominini Capitanei seu commissarii deputatus super ponderibus & mensuris possit etiam de prædictis modonis scrutari: & repertos culpabiles referre: & puniantur & condemnentur pœna prædicta, & credatur & stetur eius relationi pro ut fit de ponderibus & mensuris.
¶ Et non possint nec debeant ipsi fornaciarii: nec alia quæ uis persona uendere calcinam ad mensuram: sed ad pondus dum taxat: computando scafiglum noningentarum librarum ad rectum pondus: sub pœna solidorum quadraginta pro qualibet uice: & quilibet fornaciarius teneatur & debeat dictam calcinam põderare cum statera sigillata sigillo communis sub dicta pœna solidorum quadraginta. ¶ Item ad obuiandum malitiis: statutum & ordinatum est quod nullus fornaciarius: uel qui artem fornacis exercet: facit uel fieri fecerit ad uendendum: possit tenere seu miscere mattones quadruccios: uel planellas biscottas seu malecottas cum bene cottis: & tegulos bene cottos cum male cottis: nec possint tenere iuxta piram seu massam bene cottorũ male cottos ꝑ quatuor bracchia: & si aliquis fornaciarius dederit alicui mattones: quadruccios: planellas: uel tegulos male cottos ꝑ bene cottis: teneaꝯ illos recãbiare & dare bñ cottos expẽsis ipsiꝰ fornaciarii: & qd̃ nullus uecturalis audeat uel ꝑsũmat reducere seu cõducere mattones: qua-

druccios: planellas: uel tegulos male cottos cum bene cottis sub dicta pœna: & quod dominus Potestas ciuitatis Pistorii: & capitaneus seu commissarius: qui pro tempore fuerint: teneantur uinculo iuramenti: & sub pœna librarum uigintiquinq; den. auferendarum eidem per sindicas: qui cum sindicabunt: quolibet mense semel ad minus mittere suum militem socium: siue unum ex suis notariis ad omnes & singulas fornaces existentes in ciuitate Pistorii uel prope ipsam ciuitatem per unum miliare ad inquirendum & rimandum: si contra prædicta ordinamenta fieret ullo modo: & si quæstio oriretur inter officiales scrutantes de prædictis & aliquem fornacciarium de laborerio bene cotto: stetur declarationi operariorum operæ sancti Iacobi Apostoli de Pistorio: & uacante eorundem operariorum officio: spectabiles domini procuratores dictæ ciuitatis succedant. ¶ Item prouisum & ordinatum est: quod uectigales & quælibet alia persona: quæ reduceret ad præcium mattones: quadruccios & tegulos a fornacibus siue a fornellis teneantur & debeant cum eorum bestiis reducere centinarium mattonum: quadrucciorum: & tegulorum in tribus salmis tantum sub pœna librarum quinq; den. pro qualibet uice auferenda: & aportare calcinam in bigongiis & non in alia re: & qui eam deferrent super curribus debeant habere tabulas circum circa currum prædictum ad altitudinem spõdarum eiusdem sub dicta pœna. ¶ Item ordinatum est: quod officialis: uel Iudex damnorum datorum communis Pistorii pro tempore existẽs possit teneatur & debeat de prædictis & quolibet eorum: ac etiam Iudex maleficiorum: cognoscere: condemnare: & punire cum accusatione & dennnciatione cuiuscunq; personæ palam & occulte: & ex officio: uel per inquisitionem sine aliqua accusatione uel denuncia: & teneatur & debeat sub pœna librarum uigintiquinque den. quolibet mense semel ad minus facere solemnem: & diligentem inquisitionem in ciuitate & comitatu Pistorii contra fornaciarios: & uendẽtes: & uendi facientes de rebus prædictis: & contra uectigales & curriculas prædictos non deferẽtes calcinam: mattones: quadruccios: & tegulos: modo & forma prædictis: & repertos culpabiles punire & condemnare pœnis prædictis: & in quolibet casuũ prædictorũ stet dicto accusatoris cũ uno teste bonæ opinionis de uisu: & talis ꝓbatio habeat ꝓ plena & legiptima ꝓbatione: & quod a cõdẽnatione seu sẽtẽtia cõdẽnationis fiẽdæ & terẽdæ de prędictis: uel aliquo eorũ nõ possit appellari: uel de nullitate opponi: & q̃d prædictæ res artis prædictæ: male actæ & gubernatæ sint in prouidentia iudicis cognoscentis de debito: cum consilio operariorum sancti Iacobi prædicti: seu spectabilium dominorum procuratorum: ipsorum operariorum officio uacante: & quod quælibet persona possit & sibi liceat prædictos fornaciarios & artem facientes ut supra ad uendendũ: & uectigales: & ad præcium reducẽtes de rebus prædictis fornacis facientes cõtra capitula & ordinamenta prædicta: & quẽlibet eorũ secrete denũciare: & dictus Iudex possit teneat & debeat ꝓcedere & inquisitionẽ facere: & repertos culpabiles punire & cõdẽnare pœnis in suprascriptis capitulis contentis: & etiam ex officio p inquisitionem: de prædictis omnibus & quolibet prædictorum cognoscere punire & condemnare possit iudex maleficiorum: & damnorum datorum.

Quod

Quod Capitaneus seu Commissarius teneantur emi facere ligna. Rubrica xx.

STatuimus quod Potestas: Capitaneus seu Commissarius ciuitatis Pistorii: & omnes alu officiales dictæ ciuitatis teneantur & debeant facere sibi emi ligna & suæ familiæ oportuna in ciuitate uel comitatu Pistorii: & non grauare aliquem ad portandum sibi ligna: fœnum uel paleam uel cogere ad aliquid prædictorum faciendum aliquem: nec ad comodandum eis aliquas bestias occasione prædictorum: & si contrafecerint: & non obseruauerint puniantur pro qualibet uice in libris decem den. per sindicos: qui eos sindicabunt. ¶ Nullusque alius ad portas ciuitatis Pistorii possit petere uel recipere ligna uel aliquod aliud ab ingredientibus ciuitatem sub dicta pœna pro quilibet uice: & qualibet: qui sic grauatus fuerit: uel comodauerit bestiam: uel apportauerit ligna uel alia ut supra etiam animo donandi possit petere pro qualibet bestia: & qualibet salma solidos decem den. & credatur iuramento eius.

De consignatione fienda actorum per notarios ad ciuilia deputatos. Rubrica xxj.

ORdinatum est quod omnes & singli notarii: qui deputati sunt uel fuerint ad aliquod officium causarum ciuilium communis Pistorii: teneantur & debeant consignare deputatis ad custodiam actorum cameræ communis Pistorii infra quindecim dies post depositum eorum officium omnia & singula acta & scripturas factas per eos: uel aliquem eorum in ipsis officiis: quæ sint in libris couertatis: intitulatis & publicatis per eos scripta: & inquaternata: & de ipsa consignatione & traditione facere fieri publicum instrumentum continens numerum cartarum: in fine uero dicti libri fiat mẽtio de nomine notarii: qui ipsum instrumentum confecerit manu ipsius notarii sub pœna librarum decem den. cuilibet cõtrafacienti uice qualibet auferenda: & nullus ex notariis custodiæ actorum possit uel debeat libros talium actorum uel ipsa acta: nisi sint scripta: intitulata & publicata: ut dictũ est: nec in aliquo loco q̃ in camera communis Pistorii: recipere & confiteri & non patiantur nec permittant aliquem notarium in actis per eum consignatis post ipsam consignationem scribere: addere corrigere: uel emendare nisi processerit demandato alicuius iudicis: ad quem iuris dictio pertineat: siue pro consulis collegü notariorum ciuitatis Pistorii partibus inter quas processus factus foret adhibitis: uel citatis sub pœna suprascripta in casu quolibet auferenda. ¶ Nec possint dicti notarii ad ciuilia deputati: infra dictos quindecim dies eis datos ad consignandum acta utsupra: summere seu copiam dare uel eleuare aliquorum actorum sub pœna librarum quinquaginta dena. communi Pistorii pro quattuor quintis partibus: & pro residuo Notariis seu officio conseruatorum cameræ dicti communis

applicanda. ¶Notarii etiam dominorum priorum: & iustitiæ Vexilliferi teneantur suis successoribus acta & scripturas: quas fecerint pro communi infra dictum terminum Cancellario communis Pistorii reassignare sub pœna prædicta. ¶Et sin dici: qui eos: aut alterum eorum sindicabunt: debeant generalem inquisitionem formare contra dictos notarios post depositũ eorum officium: & repertos culpabiles pœnis prædictis punire & condemnare: nec possint ipsi notarii eorum salarium habere: nisi prædictis adimpletis. ¶Et quod dicti notarii causarum ciuilium non possint aliquas scripturas originales alicui commodare uel dimittere extra se: sed copiam dent omnibus petentibus: quorum interest: & habeant pro eorum salario ipsarum scripturarum pro quolibet folio simplici solidos duos: qui sit linearum uigintiquinq; ad minus pro qualibet facie: saluo quod de sententiis habeant solidos quatuor pro quolibet folio: qui habeat lineas uigintiquinque: sub pœna pro qualibet uice: qua contra fecerint librarum xxv den. & debeant scribere omnia acta: quæ fierent ad bancum ipsa die: qua fierent: qua die ela ipsa æa scribere non possint: uel in actis ponere sub pœna prædicta: ad hoc ut pericula: quæ propter obliuionem: & damna: iurgia: & scandala: quæ oriri possent: cessent: & negligentes solliciti fiant: & quod de quolibet teste examinando iudici soluantur solidi quinq;: & solidi tres notario actorum. ¶Item quod Iudex causarum ciuilium communis Pistorii: & Iudex domini capitanei: seu commissarii si contingeret aliquem ipsorum accedere ad aliquem locum differentiæ: ad quem accedere deberet secundum formam statutorum communis Pistorii: percipere possint: si accederent ad aliquem locum in ciuitate Pistorii solidos quadraginta pro qualibet uice: & si accederent ad aliquem locum extra ciuitatem Pistorii habere & percipere possint tantummodo solidos septuaginta pro qualibet dieta: & expensas uictus: & aliud percipere nullo modo possint sub pœna librarum ducentarum pro qua sint suppositi conseruatoribus legum communis Florentiæ.

Quod nullus cogatur recipere officium. Rubrica xxij.

CEnsemus quod nullus de ciuitate Pistorii cogatur recipere aliquod officiũ: ad quod esset uel fuerit electus: extractus seu deputatus exceptis prioribus seu eorum loco subrogatis: collegiis: consiliariis: & rationeriis: & aliis de quibus per consilium seu aliter per habentes autoritatem prouideretur non posse renunciari sub pœna librarum decem.

De magistris lignaminum: & lapidum eligendis pro igne extinguendo. Rubrica xxiij.

STatutum est quod inqualibet porta Ciuitatis Pistorii: quolibet anno de mense Ianuarii eligantur per operarios Sancti Iacobi: & ipsis uacantibus per Spectabiles Dominos Procuratores sub pœna librarum uigintiquinque dena. in quam ipso facto dicti operarii seu Domini Procuratores incurrant pro quarta parte applicanda rectori exigenti:

& reliqua

& reliqua parte communi Pistorii: duo magistri lignaminis seu lapidum: qui teneantur de die & nocte trahere ad ignem extinguendum in quocumque loco fuerit in ciuitate Pistorii: ita quod ipsi omnes in qualibet porta trahere teneantur: & quicunque non traxerit incidat in pœnam solidorum quadraginta: & quilibet ex officialibus Potestatis: Capitanei seu Cõmissarii possint & debeant ipsos reassignare: & uidere an essent: & punire non trahentes. ¶ Et commune Pistorii teneatur & debeat facere exemptos & immunes dictos duos magistros suæ portæ ab oneribus sibi contingentibus respectu solum & dumtaxat suæ testæ: & nihilominus debeat habere a quolibet in cuius domum fuerit ignis apprehensus: & ad quem ipsi traxerunt: si steterint ibi de die: ita quod perdant operas suas: solidos decem pro quolibet: si uero steterint per spatium duarum horarum uel minus: ad ignẽ extinguendum: habeant solidos quinq; & quicunque acceptauerit officiũ non possit infra annum renunciare: & electi renunciare minime possint.

Quod nulla ars possit facere statuta. Rubrica. xxiiij.

CVm officium domini Potestatis ciuitatis Pistorii: & Capitanei seu Cõmissarii eiusdem nõ debeat: nec possit diminui: statutũ est: quod nulla ars possit facere statuta: uel habere: per quæ a dictis officiis & eorum iurisdictione: aut iudicio eorum & communi Pistorii eximatur: sed sub illis possit & ualeat quilibet conueniri non obstantibus aliquibus statutis artis conditis uel condendis: & quicquid fieret incontrarium: non ualeat: & insuper contrafaciens cadat in pœnam librarum ducentarum. f. p. ad opus communis Pistorii. ¶ Cum hac additione: quod ars lanæ habeat illa priuilegia: & ordinamenta dictæ arti concessa antiquitus per consilium communis Pistorii & quod quilibet ciuis & comitatinus: ciuitatis & comitatus Pistorii possit & sibi liceat libere: & impune conducere: & conduci facere pannos laneos cuiuscunq; manerei & conditionis & loci de quocunq; loco in ciuitate: & comitatu Pistorii: hoc expresse declarato quod per præsens capitulum in aliquo non derogetur uel præiudicetur infrascriptis uidelicet. ¶ Nulla communitas: uniuersitas: ars uel collegium aliquod ciuitatis aut comitatus Pistorii quoquomodo audeat uel præsummat facere seu componere aliquod statutum: prouisionem uel ordinamentum: nisi primo & ante omnia approbetur in consilio populi ciuitatis Pistorii quibuscumq; statutis uel ordinamentis incontrarium non obstantibus: debeantq; soluere taxas consuetas pro approbationibus ut supra a consilio fiendis: & ultra tempus in approbationibus præfixum non durent: nec ualeant: quæ quidem capitula antequam approbentur debeant prius examinari per duos ciues pistorienses: a magnificis dominis Prioribus eligendos uel eorum loco subrogatis: qui ciues habere debeãt pro tali examinatione solidos quadraginta pro quolibet eorũ: a nulla: arte: collegio: & cõmunitate seu uniuersitate capitula facientẽ. ¶ Quibus capitulis: & ordinamẽtis p consiliũ populi: addi & minui possit: put sibi uidebitẽ: & placebit: ex quibus quidẽ capitulis utsupra approbãdis cõmune Pistorii nullatenus lædi possit: & capitula & ordinamẽta aliter seu

alio quouismodo præterquam a consilio populi ciuitatis Pistorii: & ut supradictum est approbata: sint: & esse intelligantur nulla: & non ualeant & obseruari uel executioni mandari non debeant: nec possint: & sint nullius effectus efficaciæ roboris uel momenti: & pro infectis habeantur.

Quod nullus de collegio possit capi durante eius officio. Rubrica. xxv.

STatutum est: quod Magnifici domini Priores: & Vexillifer iustitiæ: necnõ spectabiles domini procuratores: ipsis dominis Prioribus uacantibus: collegæ seu duodecim ciuitatis Pistorii: consiliarii consilii ciuitatis Pistorii die pro qua erit bannitum cõsilium præmissa deliberatione per dominos priores & collegas: uel subrogatos dictis dominis prioribus: & collegis: seu etiã in qualibet die ueneris per dños priores: uel eis subrogatos tantũ cõgregeẽ cõsiliũ: nec nõ ciues graduati: seu alii quicunq; uocati ad cõcionẽ graduatorũ seu ad practicam pro ea die qua uocati sunt: nõ possint: nec aliquis eorũ possit per aliquem rectorem ciuitatis aut comitatus Pistorii uel Florentiæ cogi: compelli: grauari: uel molestari: realiter uel personaliter in persona uel bonis: sed secure & libere ire possint: & possit ad consilium populi & cõciones prædictas: & inde discedere & libere & secure dicta die stare: domini priores uero & eorum loco subrogati prædicti & collegæ durante eorum officio: sub pœna librarum trecentarum den. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice. ¶ Inquam pœnam etiam nuncii & famuli curiæ mercantiæ seu alterius magistratus ciuitatis Florentiæ: qui contra fecerint incurrant: applicanda pro una quarta parte rectori exigenti & residuum communi Pistorii: & contra facientes sint suppositi officio conseruatorum legum ciuitatis Florentiæ.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

STATVTORVM PISTORIENSIVM LIB. SECVNDVS.

De modo procedendi in ciuilibus. Rubrica j.

Statuimus q̃ tempora cauſarum ciuilium & mixtarum ſint & eſſe intelligantur quadraginta ſeptem dierum iuridicorũ incipiendorũ a die primæ citationis: quæ tempora intelligantur eſſe & ſint prafixa non ſolum Iudici & officiali: coram quo uentilarentur: ſed etiam inſtantiæ talium cauſarum ad eas expediendas coram quibuſcunq; iudicibus & officialibus forenſibus ciuitatis Piſtorii proponerentur & uentilarentur: ¶ Et q̃ omnes quæſtiones & cauſæ prætatæ de cetero mouendæ in curiis quorumcunq; officialium forenſium ciuitatis Piſtorii intelligantur eſſe & ſint ſummariæ: & in eis procedi poſſit ſummariæ breuiter de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicii: ſeruata tamẽ forma præſentis legis uidelicet: ¶ Quod qui agere uoluerit cõtra aliquem teneatur & debeat exhibere ſuam petitionem coram collaterali domini Poteſtatis: uel eius loco ſubrogati: & coram quo litigare uoluerit: & copiam talis petitionis teneatur tranſmittere parti: contra quam agere intẽdit: perſonaliter uel ad domum extenſam ſuis ſuntibus & a notario actorũ dictarum cauſarum ſubſcriptam & reſcontratam: cui ſoluere teneatur pro qualibet copia ſubſcripta & reſcontrata ſolidos quatuor den. Et ſi domum uel habitationem non haberet in ciuitate comitatu & diſtrictu Piſtorii: eo caſu fiat citatio & copia talis petitionis dimittatur infixa ianuæ reſidentiæ palatii domini Poteſtatis ciuitatis Piſtorii uel eius loco ſubrogati: de qua quidem citatione tranſmiſſione & relatione ſtetur: & ſtari debeat relationi ſimplici alicuius & nunciis communis Piſtorii in actis iudicis: coram quo talis cauſa uel quæſtio uentilabitur deſcriptæ: qui referre debeat diem citationis & dimiſſionis per eum factæ: alias ſi aliquid ex prædictis deficeret lis ſeu cauſa non intelligatur rite mota. ¶ Et pars conuenta & citata modo & forma prædictis habeat: & habere intelligatur ipſo iure terminum trium dierum iuridicorum proxime futurorum a die dictæ citationis factæ ad opponendum quicquid uoluerit: & potuerit contra perſonam & petitionem: & reſpondendum ipſi petitioni: ſi uoluerit: ac etiam ad opponendum omnes exceptiones declinatorias & dilatorias: ſiue mixtas: quas uoluerit proponere: quas exceptiones Iudex recipere & in actis ſcribi facere & ponere tenearur: ¶ Et ex aduerſo actor habeat ipſo iure terminum duorum dierum iuridicorum immediate ſequentium poſt dictos tres dies ad ſummendum copiam: replicandum: & obiciendum contra perſonam rei: & prępoſitas per eum exceptiones: & quicquid allegare: & obicere uoluerit contra producta & præpoſita pro parte rei. ¶ Poſt quos quinque dies a die dictæ primæ citationis: in caſu in quo exceptiones: ſeu replicationes ſic opponi contingat in cauſa: lis habeatur: & ſit ipſo iure legitime conteſtata: ſi uero reus per ſe

uel per alium non comparuerit legitime ad opponendum aliquid infra dictos tres dies: tunc & eo casu post lapsum dictorum trium dierum habeatur lis pro legitime contestata: & exceptiones: & replicationes: siquæ infra dictum terminum fuerint oppositæ: intelligantur: & sint ipso iure reseruatæ post litem contestatam: uel pro contestata habitam decidendæ & terminandæ: nisi decisæ fuerint ante litem contestatam uel pro contestata habitam p Iudicem causæ. ¶ Quas quidem exceptiones: seu replicationes sic reseruatas Iudex possit quandocunq; usq; ad diffinitiuam sententiam: seu commissionem fiendam super diffinitiua sententia decidere: & terminare: non obstante aliqua petitione consilii sapientis: quæ fieret in causa: quod consilium super prædictis: etiam si fuerit petitum: Iudex dare non teneatur: etiam ante litem contestatam: nisi procederet de communi consensu utriusq; partis. ¶ Post quam litem contestatam uere uel ficte: ut dictum est: intelligatur esse: & sit statutus terminus ipso iure utriq; parti octo dierum iuridicorum ad probandum per testes iuratos in causa: & ad producendum & exhibendum omnia capitula: & intentiones: quas quælibet partium exhibere uoluerit in causa: hoc declarato: q; si testes examinandi fuerint descripti super scriptura capitulorum præsentata infra dictum terminum: intelligantur esse & sint ac habeantur pro legitime iuratis. ¶ Et post dictos octo dies habeat: & habere intelligatur ipso iure utraq; pars sex dies Iuridicos ad faciendum deponere testes: & ad probatum habendum quicquid uoluerit: & potuerit per testes (ut supra dictum est) iuratos in causa: & notarii causarum ciuilium teneantur apponere diem examinationis testium sub pœna periurii: quibus terminis elapsis testes habeantur ipso iure pro legitime publicatis: nec aliqua publicatio requiratur. ¶ Et post dictam publicationem testium siue fiat a iure: siue fiat a iudice: quælibet partium habeat: & habere intelligatur ipso iure terminum quatuor dierum Iuridicorum ad accusandum: & redarguendum testes de falso: & ad producendum eos secundum formam statutorum Pistorii: & similiter habeat ad reprobandum tales testes ciuiliter dictos quatuor dies. ¶ Ad quos testes ciuiliter reprobatos: ex aduerso ciuiliter reprobandum: & reprobatum habendum: habeat et habere intelligatur a iure quælibet partium terminum quatuor dierum iuridicorum post dictos quatuor dies immediate sequêtium. ¶ In omnibus tamen prædictis casibus: siqua partium uellet producere testes existentes: seu quos diceret se habere in alio territorio: q̃ territorio & districtu olim & etiam nunc Ciuitatis Pistorii: iudex causæ (si ei uidebitur) possit: & debeat ad hoc statuere terminum competentem suo arbitrio moderandum secundum loci distantiam: qui terminus non computetur in termino instantiæ: dummodo illa talis persona: quæ diceret se habere testes in alieno territorio infra quartam diem proxime futuram a die litis contestatæ uere uel ficte in causa comparuerit: & asseruerit iuramento suo præsente parte aduersa: uel legitime citata: se prædicta non dicere seu proponere in fraudem: uel pro dilatanda causa: & si huiusmodi dilationis petitio inuenta fuerit calumniosa: puniatur petens (cuius causa agitaretur) in libris quinquaginta den. dandis & soluendis camerario cameræ communis Pistorii pro ipso communi re

cipienti

cipienti: etiam si per generalem procuratorem: uel per aliquem alium legiti mum mandatarium: seu administratorem petitum fuisset: quæ pœna possit & debeat per quemlibet officialem & rectorem communis Pistorii exigi: & intelligatur dicta petitio fuiusse calumniosa: si infra dictum terminum non ostenderit pars se aliquos ex prædictis testibus (ad quos producendum de alieno territorio dilationem habuerit a Iudice) corã Iudice produxisse: & in tali causa examinari feciſſe testes: quorum dicta seu testimonia facerẽt ad causam. ¶ Hoc declarato q̃ petitiones: responsiones: exceptiones: replicationes: & quælibet alia acta: tempore: quo fierent: debeant dari actualiter in scriptis notario causarum ciuilium communis Pistorii: alias non admittantur: pœna notario admittẽti librarũ quinq̃ den. pro qualibet uice.

¶ Qui notarius debeat esse rogatus de omnibus: & quibuscunque causis: quæ uentillarentur coram quocunq̃ rectore seu officiali communis Pistorii uigore quorumcunq̃ rescriptionum: literarum cuiuscunq̃ officii: seu magistratus iurisditionis concessæ tam per statuta ciuitatis Pistorii: q̃ uigore quorumcunq̃ rescriptionum & literarum officii: seu magistratus ciuitatis florentiæ: nec non de omnibus & quibuscunq̃ causis: & actis faciendis in causis literarum: seu suplicationum quarunlibet suæ excellentiæ Illustrissimæ: in quibus contineatur: q̃ administretur ius: & iustitia: & acta in dictis causis: aut aliqua earum per alium notarium: q̃ per ipsum notarium causarum ciuilium communis Pistorii: seu ab eo substitutum rogata: & scripta: sint ipso iure nulla: & notarius de ipsis rogatus incidat in pœnam librarum uiginti quinq̃ applicandam conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ. Et quicunq̃ iudex contra faciens incidat in pœnam ducatorum decem applicatorum ut supra: Et insuper quælibet persona: & etiam eius procurator: negociorum gestor: seu alius: qui in dictis causis quoquo modo interuenerit & actitauerit contra formam prędictam faciendo rogatum alium notarium de ipsis actis (q̃ supra dictum est) incidat in pœnam librarum trecentarum den. pro qua sit suppositus conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ: cuius pœnæ dimidia sit cõmunis Pistorii: quarta pars dicti officii: & reliqua quarta accusatoris. ¶ In quibus quidem causis delegatis & commissis sit: & esse debeat instantia sexaginta dierum continuorum: incipiendorum a die primæ citationis: nec requiratur in eis seruare terminos & dilationes in præsenti statuto præfixas: sed procedi possit iuxta terminos arbitrio iudicis delegati moderandos & ordinandos. ¶ Post quos terminos & dilationes quæ in dicta causa ordinaria immminerent secundum supra narrata: & etiam q̃ non uterentur: nihilominus currant & labantur: anteq̃ ad infrascriptos actus deueniatur: quælibet partium habeat: & habere intelligatur ipso iure terminum quatuor dierum iuridicorum ad producendum omnia instrumenta & iura: quibus uti uoluerit: facientia ad causam prædictam coram iudice causæ: quæ: si diceret se habere extra territorium ciuitatis Pistorii: dari possit sibi maior dilatio: ut dictum est de testibus: & eadem pœna similiter immineat: si huiusmodi instrumenta infra dictum terminum non produxerit Iudici dictæ causæ: quæ dilatio non computetur in termino instãtiæ: ut est dictum supra de testibus de extra territorum producendis. ¶ Et post

dictos quatuor dies habeat: & habere intelligatur quælibet partium quatuor dies iuridicos ad dicendum cõtra iura producta alterius partis. ¶ Et post lapsum dictarum dilationum immediate intelligatur esse & sit ipso iure in causa conclusum ab utraq; parte: & terminus statutus a iure trium dierum iuridicorum ad allegandum: & consilium sapientis petendum super tota causa. ¶ Quando autem pars cõsilium petere uoluerit debeat tunc notificari parti aduersæ: uel eius procuratori personaliter: uel ad domum per cedulam una die pro alia: nisi fuerit præsens: quod consilium iudex causæ omnino dare teneatur expensis petentis: reficiendis sibi in casu victoriæ: & causam consulendam committere iudici utriquæ parti confidenti: & salariũ taxare: & partem petẽtem pignoribus captis & mulcta indicta: & omnibus aliis iuris remediis ad salarium deponendum: & ad mandata iudicis soluendum infra duos dies a die petitionis consilii realiter: & personaliter cogere: & scripturas acta & iura partium: ac allegationes sibi infra duos dies præsentari facere: & consultori per nuncium partibus non suspectum transmittere ¶ Et in eligendo consultorem talis modus seruetur uidelicet: q, quælibet partium det in una cedula octo doctores de ciuitate Florentiæ uel Pistorii: dummodo in qualibet cedula ad minus sint quatuor: qui aduocent in ciuitate Florentiæ: & si non concordarent in prima scripta: tunc dentur in secũda scripta usq; in numerum decem & septem cõfidentium pro qualibet partium: qui sint de locis prædictis uel accomandatis communi Florentiæ: & de eius territorio & districtu: seu de ciuitate Bononiæ: & Senarũ: & de aliis locis propinquis ciuitati Pistorii per quinquaginta miliaria citra: & omnes tam primi: q̃ secundo confidentes sint in loco: & si concordauerint: ille: de quo in concordia erunt: sit & intelligatur electus: sin autem: quælibet pars accipiat unum de confidentibus partis aduersæ in scriptis datis: & illi duo sorte mittantur: & qui sorte euenerit: intelligatur: & sit electus: nisi partes aliter de uno eligendo concordes essent: & cogantur partes ad prædicti cõsultoris electionem faciendam infra duos dies post petitionem consilii omni exceptione & cauillatione postposita. ¶ Si qua uero partium: postquã consilium fuerit petitum modo prædicto: recularet in dando suspectos & cõfidatos: ut supra: præcedente bina citatione ad minus una die pro alia & cũ cedula: iudex eligat unum ex octo confidentibus datis per partem comparentem: illiq; consultori sic electo die sequenti transmittat acta: & scripturas causæ: quæ coram ipso producta erant: & iudex: qui prædicta non seruaret: executioni non mandaret: & non faceret incumbẽtia pro parte sua: incidat in pœnam librarum centum: pro qua sit suppositus conseruatoribus legũ ciuitatis Florentiæ. ¶ Et idem obseruetur in causis appellationum. ¶ Et habeat terminum talis consultor ad consilium reddendum quindecim dierum continuorum a die præsentationis actorum sibi per nũcium factæ: de qua stetur relationi dicti nuncii: & si dictus consultor infra terminum prædictum suum non reddiderit consilium: eligatur alius in consultorem modo superius dicto: nisi partes concordauerint de prorogando terminum dicto consultori primo electo: qui quindecim dies: & etiam tempus prorogatum consultori primo: uel secundo eligendo: non computentur in termino

instantiæ

instantiæ dictorum quadraginta septem dierum iuridicorum: sed exceptua ti sint a dicto termino instantiæ xlvii dierum. ¶ Et iudex causæ teneatur sententiam ferre secundum formam consilii: & aliter lata nullius sit effectus seu ualoris. ¶ Et prædicta locum habeant in causis & quæstionibus cuiusc unq; quātitatis uel extimationis a quinquaginta libris supra: & prædicta omnia & singula locum habeant & obseruentur etiam in causis appellatio num & nullitatum a quinquaginta libris supra. ¶ A quinquaginta uero libris infra expediantur: & terminentur dictæ causæ infra uiginti dies iuri dicos: in quibus procedatur: & procedi possit summarie & de plano: sine strepitu: & figura iudicii terminos & dilationes abreuiando: pro ut iudici uidebitur: dummodo instantia dictæ causæ non excedat terminum uiginti dierum iuridicorum: quæ instātia uiginti dierum iuridicorum intelligatur esse præfixa instantiæ: iudici: causæ & parti: duntamen in dictis causis in ap pellationibus intelligatur consilium petitum per partes: ad quod consiliū dandum iudex appellationum: & nullitatum procedere teneatur eo modo, quo supra: tamen expensis utriusq; partis reficiendis uictori in causa uictoriæ: Et quæ dicta sunt supra circa electionem consultoris: & consilium referendum: & eius tempora in præsentibus locum habeant: & eodem modo in omnibus causis: in quibus licet appellari: & de nullitate proponi: & iudex teneatur sententiam ferre secundum formam dicti consilii: & sententia aliter lata: sit ipso iure nulla. ¶ Saluo q; si partes renunciarent consilio: tunc iudex ipse appellationum possit per se ipsum sententiam ferre: & etiam quæ dispositæ sunt supra in causis principalibus: locum habeant in causis restitutionis in integrum: & reductionis ad arbitrium boni uiri. ¶ Et eadē tempora: & idem ordo seruetur: & fiat: prout supra disponitur in causis: de causis: & circa causas principales: saluis: & exceptis temporibus ordinatis secundum formam statutorum Pistorii ad interponendum: & prosequendum appellationem & nullitatem: & porrigendum super appellatione: & nullitate petitionem: quæ tempora remaneant in suo statu. ¶ Et quilibet agere uolēs: seu petere teneatur adire iudicem & collateralem domini Potestatis: & eo uacante: iudicem domini capitanei seu commissarii: uel alium iudicem eius loco subrogatum: & alium adire non possit: seu possint. ¶ Et si per procuratorem: tutorem: curatorem: sindicum hiconomum: aut aliquē alium mandatarium agere: defendere: tueri uel experiri uel prosequi se agere contingat: in primo actu per huiusmodi personam faciendo: seu cum primum interuenire uoluerit in causa: teneatur suis expensis facere copiam sui mandati: & eorum: quæ expediuntur ad ligitimationem suæ personæ parti aduersæ: hoc modo uidelicet: relinquēdo pœnes iudicem causæ in filza notarii dicti iudicis originalia instrumenta mandatorum: procuræ: actorum sindicorum: tutelarum: curarum: & cuiuslibet alterius baliæ: faciendo mentionem in productione & dimissione manu cuius notarii sint publicata: an num: mensem: & diem rogationis apponendo: uel eorum copiam (ut infra dicitur) scriptam. ¶ Et sufficiat producere instrumēta publica originalia dictorum mandatorum: & aliorum facientium ad legitimationem personæ uel sumpta ex eis in publicam formam manu alicuius notarii matriculati in

arte iudicum & notariorum ciuitatis Pistorii: asserētis in sua subscriptione: se sumpsisse fideliter: & absq; mutatione talium: quæ intellectum: uel effectum negocii habeant aliqualiter alterare: cui sumpto: & exemplo stari debeat tanq̄ originali: absq; ulla alia solennitate circa prædicta necessaria obseruanda inter: & quo ad partes litigantes: Emancipationes uero & notificationes earum non requirātur de necessitate produci tempore productionis dictorum mandatorum: & iudex: corā quo talis causa uerteretur: & eius notarius: dictorum instrumentorum productorum diligentem custodiam habere teneantur. ¶ Et teneatur talis notarius curiæ in instrumentis dictorum mandatorum: uel super eis scribere annum: mensem: & diem: quo fuerint producta: & facere facultatem liberam cuiliber (etiam cuius non interest) summendi: & disponendi copiam ex eis: & tali sumpto: seu exemplo per notarium publicum matriculatum in arte iudicum & notariorum ciuitatis Pistorii in forma publica subscribentem copiato ex dictis instrumētis productis in actis stetur: quo ad partes litigātes: & illos: quorum intererit: & de iure spectabit per dictum iudicem collateralem tanq̄ originali documento absq; obseruatione alterius solennitatis. ¶ Triginta uero dies statuti in præcepto de disgomberando remanent firmi ad probandum incūbentia utriq; parti secundum formam ipsius statuti: si uero per aliquam partium aliquid esset dictum propositum: uel allegatum infra dictum terminū triginta dierum: propter quod alteri parti aliqua probatio facienda immineret: tunc octo dies & alii termini sequentes supra assignati a die comparitionis: contradictionis: allegationis: & propositionis succedant: & obseruari debeant: testes uero examinati in causa immissionis & præcepti de disgōberando post quatuordecim dies utiles a die contradictionis: allegationis: & propositionis numerandos ut supra: sint ipso iure publicati. ¶ Et omnes & singulæ dilationes: & tempora in præsenti statuto apposita intelligātur peremptoria: & nequeant prorogari: & tempus datum consulto: i nullo modo possit prorogari: nisi ut supra disponitur. Aliæ uero dilationes de cōsensu utriusq; partis libere possint prorogari: & aliter non: dummodo non excedant tempus instantiæ quæ quidem instantia etiam de partium litigantium consensu prorogari potest. ¶ Et sententiæ latæ per dictum Iudicem collateralem: & alium quemcunq; autem communis Pistorii datæ in quibuscunq; causis ciuilibus: uel etiam criminalibus: ubi in dictis causis criminalibus quis esset condemnatus ad restituendum: uel soluendum aliquid alteri parti: executioni mandentur: & mandari debeant summarie: & de facto incipiendo etiam a captura personarum post decem dies inde proxime futuros: nisi fuerit legitime (cubi alias non fuerit prohibitum) pronocatum uel de nullitate oppositum: & contra dictam talem sententiam nulla alia exceptio admittatur: nisi de re iudicata transacta: uel finita: uel solutione: quę tamen probari debeat per publicum instrumentum infra tres dies utiles: postquam oppositum fuerit. ¶ Qui iudex collateralis in dictis causis ciuilibus uictum uictori in expensis condemnare teneatur in sententia diffinitiua: uel interlocutoria uim diffinitiuæ habente: quas in ipsa sententia: uel quandocunq; (postquā transierit in rem iudicatam) taxare teneatur dictus

Iudex:

iudex: nisi aliqua iusta causa excusaret uictum: quæ exprimi debeat in sententia. ¶ Et nisi refectis expensis (si taxate fuerint: ut dicitur) non audiatur reus uel actor: qui condemnatus fuerit: nec ad eius instantiam proceda tur in causa: ad quarum restitutionē nihilominus possit procedi omnibus iuris remediis: etiam incipiendo a captura personæ: & contra non restituentem possit procedi: tanquam contra contumacem. ¶ Actore autem causam deserente: uel eam non prosequente intelligatur instantia perempta ex culpa & defectu ipsius actoris: nisi ambæ partes renunciauerint instantiæ: uel aliquid aliud fecerint: propter quód causa expediri nō possit: & tūc actor deserta instantia intelligatur ipso iure condemnatus in expensis, quas iudex taxare & refici facere teneatur: nihilominus possit iudex pronūciare instantiam desertam: & actorem in expensis condemnare: & ad eamdem restitutionem seu refectionem ipsum cōpellere remediis iuris quibus supra: sub pœna dicto iudici contrafacienti librarum centum den. cameræ cōmunis Pistorii applicandarum. ¶ Et in causis instrumentorum guarantigiā continentium: sententiarum per iudicem ferendarum: seu latarum: laudorum seu arbitramentorum per arbitratores: & amicos cōmunes: & omniū: & singulorum iurium executionem merentium: & quæ habent executionē paratam secundum formam statutorum Pistorii: si post ipsam executionem inceptam fieri pars: contra quam fieret executio: seu facta esset: contradiceret: & seu ad reuocationem comparuerit: aut de nullitate dixerit: uel proposuerit: iudex teneatur procedere eo modo: & forma: quo supra dicitur: & dispositum est in & de causis librarū quinquaginta: & ab inde infra: & infra dicta tempora causam diffinire teneatur: & illa sint & esse intelligantur tempora instantiæ dictæ causæ: & incipiat a die contradictionis: seu petitionis reuocationis: aut nullitatis: adeo & taliter: q̄ quouis tēpore grauatus uel captus: seu is: cōtra quem facta esset executio: ad reuocationem comparuerit: seu contradiceret: efficiatur actor: & talis instātia per lapsum uiginti dierum iuridicorum (ut supra) illi pereat: & intelligatur condemnatus in expensis uel condemnetur (ut supra dictum est) per iudicem causæ ipsa instātia deserta. ¶ In quibus causis: si fuerit maior quantitas: aut extimatio librarum quinquaginta: iudex possit: teneatur: & debeat dare consilium sapientis super diffinitiua talis causæ: seu sententia: quæ negocium habeat diffinire: si fuerit petitum per aliquam partium infra duos dies post terminum per iudicem dandum ad allegandum: expensis tamen petentis: & pro ut dispositum est superius: & modus supra traditus in eligendo consultorem seruetur: & sententia feratur secundum consilium: & etiam ipsa tempora ad cōsilium reddendum consultori statuta non computentur in termino instantiæ: pro ut supra dispositum est. ¶ Citationes autem: quæ in dictis causis suprascriptis & earum qualibet fieri occurrerint: fiant & fieri debeāt de mane ante tertias pro sero: quando de sero redderetur ius: & de sero pro mane, & die sequenti: & si ad domum uel aliter q̄ personaliter fierent: fiant: & fieri debeant cum cedulæ dimissione cōtinentis effectum citationis: & ad cuius instantiam: & cuius iudicis mandato: & si aliter factæ essent: acta exinde facta non ualeant: & ex eis nullum præiudicium parti inferatur. ¶ Notarii

uero ad ciuilia quomodolibet deputati possint: & cis liceat substituere ad tale officium unum ex aliis notariis ciuitatis Pistorii: qui fuerit approbatus per dominos Priores: uel eorū loco subrogatos: & acta & scripturæ sic per talem substitutum rogatæ & rogata ualeant: ac si ab ipso notario deputato rogata essent in omnibus & per omnia.

Delle questioni de mercanti cittadini & artieri di Pistoia. Rubrica ij.

VOlendo in quāto si puo prouedere alle superflue: & immoderate spese: quali si fanno per li creditori: che domandano alli loro debitori: & cosi per li debitori per la loro difesa: Si prouede & ordina: che qualunche mercante: artieri: cittadino o habitante nella citta di Pistoia uorra contra alli suoi debitori procedere & domandare osserui: & osseruare debba quanto di sotto si dira. ¶ Che qualunche sara creditore della somma di lire dieci o da indi in giu possa & gli sia lecito comparire dinanzi a qualunche giudice o officiale della citta di Pistoia alle cause ciuili deputato: & fare citare el suo debitore l'un di per l'altro in persona o alla casa della sua habitatione: quale cosi citato comparire debba personalmente o per suo legitimo procuratore: quale comparso: el creditore faccia la sua domanda in uoce summariamente producendo el suo giornale & libro bene legati corredati & soscritti come di sotto si dira: & mostri le partite al suo debitore una o piu che fusseno: pure che fra tutte non passino o trascendino la detta somma di lire dieci: & giuri di tāta somma se essere creditore. ¶ Le quali cose fatte sia tenuto il rettore o ufficiale: innanzi al quale tal causa pendesse: assegnare tempo tre di seguenti al debitore a pagare o uero mostrare la causa: perche pagare non debba: & passati detti tre di: non lo mostrando per el suo libro o giornale o per un testimone almeno degno di fede di ogni exceptione maggiore: con ogni rimedio oportuno debba tal rettore & officiale fare strignere di fatto tale debitore a pagare essa somma: & le spese: cominciando dalla cattura personale o grauamento reale: come meglio & piu spediente gli parra: non ostante alcune serie. ¶ Et chi fusse creditore della somma di lire uenticinq: o da indi in giu possa: & a lui sia lecito comparire per se o suo legitimo procuratore al banco delle cause ciuili: & fatta citare la parte aduersa l'un di per l'altro come di sopra: & per listra di sua mano o in uoce faccia la sua domanda contro alli suoi debitori uno o piu che fusseno sommariamente senza libello o altra scrittura: la qual domanda el notaio di dette cause sia tenuto descriuere al suo libro scriuendo el nome del creditore: padre: & casata: & la somma domandata & el simile el nome: & nomi del debitore o debitori. ¶ Et comparendo el debitore: & confessando el debito: s'intenda assegniatoli tempo otto giorni a pagare: & passato detto tempo: sia lecito al creditore quello far mettere al bastardello al notaio detto per farsene l'esecutione reale: o personale per li ad cio deputati. ¶ Et se comparendo negasse: sia tenuto el creditore produrre el suo libro & giornale come di sopra: quali produtti trouato

uato che sia debitore di tutto o parte della somma domandata: debba esso giudice assegnaire tempo al debitore sei di utili a fare sua difesa: quali passati: non hauendo mostro se non essere debitore di tal somma: debba esso giudice concedere licentia: che sia realmente & personalmente grauato per la somma: di che fusse debitore: & se fra detto tempo comparisse con alcuna ragione: sia tenuto & debba detto giudice infra sei di utili poi sequenti per sua sententia dichiararlo debitore: o non debitore: & di che somma: dalla qual sententia appellare opporre o di nullita dire in modo alcuno non si possa: bene sia lecito a chi si teneste grauato da quella: hauere ricorso alli Magnifici signori Priori & gōfalonieri di iustitia di Pistoia o altri in loro luogo surrogati: & infra tre di dalla data sententia allegare la causa di che & perche si sente grauato: quale accettare debbino: & infra otto di correnti dipoi sequēti giudicarla: douendo almeno per tal conto tre uolte raunarsi: & udire le ragioni di ciascuna parte sotto pœna a ciascuno di loro di lire xxv & per ciascuna uolta: & benche non si raunasseno: & non giudicasseno altrimenti: la sententia dal giudice data resti ferma: & in caso di tal ricorso sia tenuto & debba quello: che ricorre fare citare l'altra parte l'un di per l'altro: & farne fare raporto appresso el notaio di dette cause ciuili: el quale sia anchora in tali cause attuario & quello che per loro sara giudicato si debba osseruare: non ostante che non fusse in tutto o in parte cōforme: alla prima sentētia.

¶ Et a causa che non s'habbi adomandare el ricorso: se non nelle cause: dove alcuno fosse stato grauato indebitamente: si dispone: che auanti: che tale ricorso si possa ammettere o accettare: sia tenuto & debba quel tale: che ricorre: depositare in mano di un depositario da eleggersi p la parte auuersa & in suo defetto da detti Magnifici signori Priori o loro surrogati: la quātita: in che sara stato condennato: & di piu a ragione di soldi dua per lira: & essendo conferma la prima sententia in tutto o parte pagare si debba al creditore quel tanto: che giudicato fusse: & cosi li soldi duoi per lira a sua utilita per la rata sopradetta in nome di pœna. ¶ Quelli che fussēno creditori dalla somma di lire xxv: a lire cinquanta inclusiue: possino & a loro sia lecito comparire: procedere: & domandare nel modo & forma: che di sopra delle lire xxv e detto: & nel medesimo modo: & tempi spedire: & giudicare si debbino: essendo pero lecito: a chi da quelle si sentisse grauato: appellare: a quei tempi modi & luoghi: che per gli statuti si dispone: & e permesso.

¶ Li creditori da lire cinquanta a lire dugento per mercantie: traffichi: & con e loro lauoratori per affitti: amezi & altre rendite: denari prestati per ben lauorare: per grano: uino: olio: o altre loro ricolte: o denari prestati per causa di mercantia: bestiame insocciato: o uenduto: o pigioni possino: & a loro sia lecito nel medesimo modo come di sopra e detto procedere: & domādare: & esequire si debba in tutto & per tutto. ¶ Saluo che a prouare el suo credito se'l debitore negasse: oltre alla produtione del giornale & libro debba el giudice dinanzi al quale tal causa pendesse fra tre di dal di della domanda constrignere le parti ad eleggere un ragionieri per ciascuno di loro pratico: & esperto: di buona conditione & fama: quali ragionieri sieno tenuti uedere & diligentemente esaminare le ragioni di ciascheduno: & infra

dieci di seguenti dalla loro elettione raportare in scriptis a banco: & tanto quanto per loro sara raportato debba detto giudice senza aggiugnere o diminuire cosa alcuna giudicare & sententiare: & se detti ragionieri non fusseno daccordo infra detto tempo: all'hora & in quel caso debba esso giudice costrignere dette parti a eleggere un terzo in questo modo: che ciascuna delle parti facci una scritta: mettendo sei nomi di homini di buona cõditione & fama: & el primo: che si riscontrasse intenda essere terzo a compagnia di detti duoi ragionieri: & non si scõtrando: debbino di nuouo farne un'altra di detto numero: & non si scontrando nella seconda: nel medesimo modo si facci la terza: & se in alcuna di esse non si scontrasseno: constringa le parti a pigliare uno per ciascuna delli nominati da l'altra parte: quali cosi eletti s'imborsino: & per il iudice sene debba trarre uno: el quale cosi tratto: s'intenda essere: & sia eletto el terzo ragioniere: alli quali insieme si intẽ da essere assignato tempo dieci di dal di della elettione o tratta exclusiue a raportare nel modo detto di sopra: sotto pena a detti ragionieri: che non rapportasseno: di lire xxy: da esserne di fatto stretti come debitori del comune di Pistoia: & a utilita di esso comune: & altri in loro luogo si elegghino: & nel modo & sotto le pene sopradette: & quello: che per loro o dua almeno daccordo raportato sara: si debba per il detto giudice giudicare: & per sua sententia confermare: dalla quale sententia o confermatione di raporto appellare si possa secondo la forma de gli statuti. ¶ Et chi fusse creditore di detta somma o da indi in giu per uirtu di polize di mano del debitore o di altri in suo nome non sapendo scriuere: o per soscrittione di sua mano o di altri in suo nome al libro o giornale del creditore: possa di fatto el suo debitore fare strignere & grauare realmente & personalmente: come a lui parra, si come se fusse debitore per contratto guarantigiato: douendo pero prima farlo citare l'un di per l'altro a riconoscere la poliza o scritta se l'e di sua mano: o no: & se di sua uolonta fu scritta: & riconosciuta: & confessata esequire si possa: come di sopra & in caso che negasse essere di sua mano: & si giustifi casse per parãgone di altre sua scritture o pruoua legiptima essere di sua mano: incorra in pena di falso: & di soldi dua per lira della quantita contenuta in detta poliza o scritta: a utilita del creditore: & dicendo di sua uolonta nõ essere scritta & si prouasse per confessione dello scriuente o parangone: come di sopra: incorra nelle medesime pene & applicatione. ¶ Et trouando si tali scritte non essere uere nel modo detto di sopra: tale producente o domandante incorra in pena di falso: perda el credito: che hauesse: & incorra in pena di soldi cinq per lira di quello: che in tale scritta si contenesse: a utilita di quello: a chi fusse domandato. ¶ Prouedendo & ordinando: che qualunche sara grauato: preso: tensito o sequestrato per alcuna delle sopradette cause: & uolesse che la cattura: grauamento: tensina o sequestro si giustificasse: sia tenuto & debba notificare per cedula cõtenente el nome di tale: che uolesse essere giustificato al suo creditore: che infra duoi di iuridici all'hora seguenti debba giustificarlo: & fra detto tempo esso creditore sia tenuto giustificare detta cattura: grauamento: tensina o sequestro: bastando produrre al notaio di bãco el libro & giornale: doue sara el reo debitore

o uero

o uero la poliza o scritta di sopra nominata: & quiui el notaio faccia nota di tale produtione: pigliando el libro & le carte: doue sara tal debitore: o la copia di tale poliza o scritta: & fatta tale produtione in termino sia & habbisi per piena & legittima giustificatione. ¶ Li creditori di qual si uoglia somma oltre a le lire dugento: uolendo da li loro debitori riscuotere: debbino procedere secondo la forma degli statuti: & ordinariamente domandare. ¶ Dichiarando che le scritte di mano del debitore in foglio intero & soscritte di mano di duoi testimoni o scritte di mano di un terzo & soscritte di mano di duoi testimoni habbino l'essecutione parata di fatto: come se el debitore per cõtratto guarãtigiato fusse obligato. ¶ Questo espressamente dichiarato che l'essecutione come di sopra data a le soprascritte polize: scritte & soscritioni s'intenda essere & sia præscritta & tolta uia da la morte del debitore passati dieci anni: ma rimãghino in tal caso al creditore le sue ragioni di potere cõseguire el suo credito ordinariamẽte secondo la forma degli statuti. ¶ Li debitori p camarlinghatichi: pasture: prouẽti: gabelle o cose di comune possino essere stretti di fatto da qualunche rectore manu regia: uenduta la uerita del fatto senza fare scrittura alcuna: & esequire si debbino nõ osseruata alcuna solẽnita da gli statuti o ragione ricerca: & a libri di tali camarlingatichi: pasture: prouẽti: gabelle o cose di comune si presti indubitata fede nõ ostante: che nõ habbino giornale: saluo: se el cõtrario fusse pauato dal debitore: nõ derogãdo pero p questo a la legge de la prescritione de le gabelle: laquale osseruare si debba: si come in essa si cõtiene. ¶ Et p tutte le somme: & cose di sopra narrate nõ solo quelli de la citta: contado: & distretto di Pistoia possino essere stretti: presi: & grauati nel modo detto di sopra: ma ogni altro etiã nõ suddito a la iurisditione di Pistoia possa nel modo detto di sopra essere preso: stretto: & grauato per qualũche debito cõtratto o che cõtrahesse: nella citta cõtado o distretto di pistoia: come li debitori p cagione di affitti: nõ ostante alcuna feria o e giorni del publico mercato. ¶ Et una sola contumacia o sentẽtia cõtro a ciascuno debitore: o alcuno di essi basti senza hauere di nuouo a reiterare: & duri: durare debba: & habbia forza: & uigore insino a tãto: che nõ hara interamẽte pagato: & satisfatto la somma: pche fu cõtumace: o per sentẽtia condẽnato: per la quale cõtumacia possa essere preso: & grauato. ¶ Qualunche psona fusse preso p̃sonalmẽte per le dette cause o altre ciuili: & li uolesse da tal cattura rileuare al legando essere male preso: possa & a lui sia lecito fatto prima citare el suo creditore l'un di per l'altro: a uedere fare el deposito della quãtita: per la quale fusse preso: & cõparendo el creditore: gli si debba innãzi a ogni altra cosa pagare le spese insino a quel di fatte ne la causa: & in oltre deposi tare tal somma in mano del depositario da eleggersi per il creditore: & in sua cõtumacia s'elegga per il Iudice: innanzi al quale tale causa pendesse: & fatto tale deposito sia relassato da le carcere: & passato el tempo prefisso da gli statuti a giudicare tal causa: se non fusse giudicato essere suto male preso: si debba immediate per detto Giudice licentiare el deposito al creditore. ¶ Et qualunche persona: quale fusse presa o grauata per alcuna causa o somma possa adomãdare: che quello ad instantia del quale e preso mostri gli instru

menti o ragioni: p uigore de lequali lo haueſſe fatto pigliare o grauare: & ſi offeriſca pagare & ſatisfare al creditore quello: perche è preſo o grauato: & ſe tale pigliare o grauare faciente infra tre di cõtinui: dal di de la citatione & notificatione a lui fatta in perſona: o a caſa de la ſua habitatione con la cedula: non moſtra inſtrumenti o ragioni ueri & uere: per le quali: & per uigore de le quali: e fatta l'eſſecutione auanti al giudice: etiam che non ſedeſſe pro tribunali infra detto tempo: tale preſura o grauamento in continente ſi debba licentiare: & detto tale: che haueſſe fatto pigliare o grauare ipſo facto & ipſo iure caſchi: & caduto eſſere ſi intenda in pena di ſoldi dua per lira di quello: perche haueſſe fatto la preſura o grauamento: a utilita del preſo o grauato: & contra di lui ſene poſſa fare eſecutione di fatto: come de debitori di comune: & col medeſimo diritto: & ſe le produceſſe & el giudice trouaſſe che le fuſſeno ragioni liquide: etiam che haueſſeno qualche dubitatione: eſſo giudice habbia a laſſare procedere in detta cauſa ſicõdo la forma degli ſtatuti. ¶ Cõtro a gl'heredi: heredita & poſſeſſori de beni di tali heredita: etiãdio che tale heredita preſa nõ fuſſe: & fuſſe iacẽte: ſi poſſa ꝓcedere: ſentẽtiare: grauare: ſequeſtrare & pigliare beni in pagamẽto: & ogni altro atto fare: ſi come ſi poteua cõtro al principale: quãdo era uiuo: & ſi potrebbe ſe uiuo fuſſe: douẽdo pero eſſere citati detti here di heredita: & poſſeſſori di beni p le coſe nõ liquide l'un'di p l'altro a la caſa doue habitaua tale defunto al tẽpo de la ſua uita & morte cõ cedola breuemẽte cõtenendo el nome di chi la fa citare: & la quãtita: ſenza nominare el nome di chi ſia herede: ma ſolo p nome appellatiuo: le quali coſe oſſeruate ſi poſſa cõcedere licentia di eſequire & grauare p cõtumacia: ma p le coſe liquide come di ſopra ſi ꝓceda & ꝓcedere ſi poſſa: & debba nel modo & forma diſopra ordinato & diſpoſto. ¶ Et qualunche pſona uorra e ſuoi libri & giornali ꝓdurre in giuditio: ſi debba a quelli preſtare indubitata fede p le coſe diſopra narrate: ſendo bene legati: corredati: intitulati: & approuati p legali: & buoni da gl'operai di ſanto Iacopo o da chi quelli rapreſentaſſe: de laquale approbatione apparíſca fede ſu detti libri & giornali p mano del notaio di detta opera o di quello che gli rapreſentaſſe: douendo mettere ſotto la ſoſcritione fatta ſotto'l tirolo de lib.i & giornali el nome di chi e il libro & de compagni: & che libro ſi chiama: ſotto che ſegnio: & di quante carte: & di tale approbatione farne nota nel quaderno corrente de contratti di detta opera o di chi gli rapreſentaſſe: accio ſempre ſi poſſa el tutto uedere: & e libri ſottoſcritti & approuati una uolta: non habbino biſognio di altra approbatione inſino a tanto che durano. ¶ Itẽ qualunche perſona ſara creditore di alcuno per denari preſtati: robbe: o beſtiame uenduto: opere date: o per qualunche altra cauſa de la ſomma di lire dieci in giu: & non haueſſe libro poſſa & ſiagli lecito tal debitore fare citare l'un di per l'altro dinanzi a qualunche rectore: o uffitiale alle cauſe ciuili deputato: & fare la ſua domanda: & comparendo el citato: & confeſſando: habbia tẽpo ſei di a pagare: & negãdo ſia tenuto el creditore giurare ſe eſſere creditore de la q̃tita domãdata & ꝓuarlo per uno teſtimone degnio di fede di ogni excetione maggiore: qual teſtimone dipõga di eſſere ſtato p̃ſente a uedergli

dergli dare le cose domãdate: o di hauerlo udito altra uolta da la parte cõue nuta: bẽche extraiudicialiter & absẽte creditor: el che fatto sia tenuto: & deb ba esso Iudice ne l'uno & altro caso strignere el debitore con ogni rimedio di ragione oportuno in hauere & psona a fare tale pagamẽto: dalquale giu ditio: presura: o grauamento appellare: opporre o di nullita dire non si pos sa in modo alcuno: saluo se auanti la dichiaratione uolesse prouare el cõtra rio: & nõ altrimẽti: procedendosi in tali cause sommariamẽte di fatto & ma nu regia: senza alcuna solẽnita osseruare: solo ueduta la uerita del fatto sen za alcuna scrittura per cio da farsi: non intendendo le predette cose procede re: & hauere effetto o luogo in aleuna quantita: che fusse domãdata per ca gione di mercede & opere manuali & mercennarie: sopra le qnali fusse pas sato el tempo di tre anni: dal di che dicesse hauerle date o fatte: ma in quel le si habbia a procedere: come di sotto si dispone. ¶ Et se da lire dieci a lire xxv alcuno dicesse essere creditore fatto citare la parte auuersa come di so pra: debba dinanzi al notaio di banco fare la sua domanda in uoce: la qua le esso notaio debba scriuere al suo libro: & el citato comparendo habbia tẽ po: se confessa: otto di a pagare: & non pagando possa essere preso & graua to come debitore per sententia passata in cosa giudicata: & negando debba detto creditore fare esaminare & prouare per dua testimoni al meno degni di fede: & di ogni excetione maggiori: come della causa da lire dieci in giu e detto li quali esaminati immediate publicate si debbino: & se el reo gli uo lesse riprouare: lo possa fare fra tre di utili dal di della publicatione: & passa to detto tempo del riprouare: debba esso giudice sententiare: & dichiarare tale reo essere debitore della quantita domandata o prouata: dalla qual sen tentia appellare opporre o di nullita dire non si possa in modo alcuno: ma si possa esequire realmente: & personalmente come meglio si potra a uolun ta del creditore da qualunche deputato alle esecutioni. ¶ Et di si sentisse grauato da tali sententie possa nondimeno & gli sia lecito hauere ricorso al li Magnifici Signori Priori & Gonfalonieri di iustitia della citta di Pistoia o altri in loro luogo surrogati nel modo & forma: & si & come di sopra si e detto & ordinato in tutto & pertutto ne l'altre cause di detta somma.

Qualiter procedatur contra contumaces. Rubrica iij.

STatutum & ordinatũ est: qꝑ siqua persona: uniuersitas: uel locus reclamare uoluerit de aliqua persona: uniuersitate: uel loco possit eam nulla data peti tione uel libello facere requiri per aliquẽ nunciũ ciuitatis Pistorii psonali ter uel ad domũ suæ solitæ habitationis: si habitare consueuit in ciuitate pi storii uel districtu ipsa persona uel sua familia: si uero non habitauerit ipsa p sona uel sua familia in ciuitate Pistorii uel suo districtu: scilicet in iurisditio ne supposita in ciuilibus Potestati Pistorii: possit eam citari facere publice & alta uoce in platea cõmunis Pistorii. ¶ Si uero uoluerit reclamare de aliquo loco: uel uniuersitate possit facere requiri uicarios: uel consules: uel castaldos ipsius loci: uel uniuersitatis personaliter uel ad domũ eorũ habi tationes: & ipsum locũ publice palã & alta uoce ad ecclesiã principalẽ talis loci: uel uniuersitatis. ¶ Et si dicta uniuersitas: uel locus citatus: & citata ad

iustitiā faciēdū i termino citationis nō cōparuerit: possit: & debeat ad instā tiā & petitionē psonæ uel loci: q uel quæ eā uel eū citari fecerit ipsā uniuersitarem uel locum sic citatū: uel citatā tacere poni in bāno pro debito: & habeat terminū octo dierum in bāno: & tunc bāno elapso: si nō cōparuerit: & respondiderit de iure: possit ipsam nniuersitatē: uel locū: & uicarios: consules: & castaldos eiusdem: & eiusdē singulares personas facere pignorare: possitq; de ipsorū bonis fieri tensina uel sequestratio: ac etiam personaliter capere uigore dictæ contumaciæ. ¶ Er simili modo proceda possit: & debear in contumaciā quarumcunq; particulariū personarū citatarū in suprascripto termino primæ citationis non cōparentium: contra sic citatos & cōtumaces. ¶ Er quandocunq; neniens uoluerit audiri: de banno cancelletur: & præstito prius idoneo fideiussore: uel fideiussoribus de iudicio sisti: & iudicaro soluendo: & refectis expensis factis occasione banni uel contumaciæ: audiatur: & aliter non relaxetur captus: nec grauamen aliquod libe retur: & fideiussor: qui sic fideiusserit intelligatur principalis & possit conueniri: sicut ille: pro quo fideiussit: principali amisso: ¶ Qua fideiussione præstita: & expensis restitutis debeat illico relaxari: & quodlibet grauamen pænirus liberari: & deinde in causis procedatur: & termini & dilationes seruentur: prout disponit̄ p formā statutorū singula singulis cōgrue referēdo.

De datione i solutū fiēda de bonis in tenutā datis. Rubrica iiij

STatutum & ordinatū est: q; si accepta fuerit tenuta uigore alicuius iuris exequibilis: uel aliter secundū formā statutorū iudicis licēcia: decreto: cōmissione uel mādato possit ille: cui data esset dicta tenuta: uel per quem fuisset accepta ex primo decreto: elapsis decē diebus a die dictæ aprehensæ renutæ: ipsa bona in solutū accipere hoc modo uidelicet. ¶ Quod petat sibi dicta bona in solutum adiudicari per iudicem pro quantitate debiti & expensis. ¶ Qui iudex petitione recepta faciat ad petitionē creditoris citari debitorē personaliter uel ad domū suæ habitationis: si habitaret Pistorii: aut in loco subiecto iurisditioni ipsius iudicis: & si in dictis locis non habitauerit: sufficiar citari publice palam: & alta uoce in platea ciuitatis Pistorii: quatenus infra tertiā diem proxime futurā iuridicā cōparear corā ipso iudice ad opponendum: & contradicendū quicquid uulr: quare petita per creditorem prædictum fieri non debeāt: & ipsi debitori copia petitionis transmittat̄: & tradatur: si repertus fuerit: uel affigarur hostio domus habitationis ipsius: si uero nō habitauerit ut supra: affigatur ad portas palatii residentiæ ipsius iudicis. ¶ Quo debitore cōparente: intelligatur assignatus terminus octo dierū iuridicorū ad soluendū sorte & expēsas: aut ad probandū: & probatū habendū sibi incūbentia per omne genus probationis: quare soluere nō teneatur: & dicta bona in solutū adiudicari nō debeāt: & si nō cōparuerit: p̄cedat̄ cōtra eū in eius cōtumaciā secundū modū suprascriptū & infrascriptū. ¶ Er nihilominus fiat & fieri debeat p̄clama in platea ciuitatis Pistorii: & sup sala eiusdē infra octo dies p̄dictos p unū ex p̄conib⁹ cols Pistorii publice palā & alta uoce sono tube præmisso infrascripti tenoris uidelicet qualiter

Ser

SER IOANNES DESIDERII DE FORTIGVERRIS CANCELLARIVS DICTAE CIVITATIS creditor Antonii petit uigore sui crediti sibi in solutū dari de bonis dicti. Acoram ipso iudice: & q̄ siquis est: qui uelit aliquid dicere petere uel contrariare: quare petita per dictum ser Ioannē fieri nō debeant: compareat infra octo dies iuridicos ad dicendum: petendum: uel contrariandum tunc proxime uenturos. ¶ Et siquis comparuerit infra dictum terminum banni: tunc infra octo dies iuridicos post dictum terminum banni elapsum probare teneatur per omne genus probationis sibi incumbentia ad excludendū dictum petentem. ¶ Possintq̄: & eis liceat: creditores quicunq̄ non habentes iura liquida comparere infra dictum terminum banni: & postea infra alios octo dies iuridicos: ut supra lsquidare: quo termino elapso: testes: siqui inducti & examinati erunt: intelligantur publicati: & pro publicatis habeantur. ¶ Et etiam possit quilibet creditor talis debitoris infra dictū terminum banni uigore instrumenti guarantigiati: laudi: præcepti a iudice facti: uel sententiæ concurrere ad commodum dictæ executionis: licet non fuerit ille: ad cuius petitionem factum foret: & si infra dictum terminum p̄batorium creditores tam pro iuribus liquidis q̄ liquidandis ut supra: ostēderint se habere potiora: & meliora iura aliis creditoribus: tunc ipsi: aut aliquis eorum in dicta executione præferantur: & eisdem uel eidem dari possint: & debeant in solutum per dictum iudicem talia bona quamuis prius tenutam ex primo decreto non habuerint uel habuerit. ¶ Et si nullus infra dictū terminū banni comparuerit: iudex adiudicet dicta bona dicto creditori secundum formā infrascriptam: uidelicet. ¶ Elapsis terminis quæ secundū superius dicta imminebunt iudex teneatur eligere duos bonos ciues ciuitatis Pistorii: qui non sint cōsanguinei uel socii tam creditoris q̄ debitoris: & eos coram se facere cōparere: & eis iuramentum præstare: q̄ cum omni legalitate sibi per iudicē cōmittenda facient: & referent: & cogere omnibus iuris remediis dicta bona extimare: quam extimationē facere teneantur infra quinq̄ dies post acceptationē p̄ eos factā. ¶ Et si dicti extimatores nō essent cōcordes de tali extimatione facienda: & nō referrēt: teneatur: & debeat dictus Iudex infra tres dies iuridicos immediate sequētes elegisse unū tertiū extimatorē ad petitionē alterius partis: altera parte legitime citata: & ipso electo: post iuramentū p̄ eum præstitū: possit fieri ipsa extimatio p̄ duos ex eis tribus cōcordes: altero etiā absente: & nō citato: uel præsente & cōtradicente: debeant tamen partes in omni casu extimationis fiēdæ moneri de interessendo in loco tēpore eorū accessus. ¶ Qua extimatione facta & relata Iudex teneatur infra octo dies iuridicos dicto tali creditori: aut altero creditori ut supra cōparenti habēti potiora & meliora iura in solutū dare p̄ q̄titate debiti cōcurrētis & expēsis: quas iudex taxare debeat. ¶ Et si debitor: siue possessor bonorū prædictorū: & siue titulū & causam habēs a debitore infra annū a die dictæ adiudicationis in solutū uoluerit: ipsa bona recuperare possit a dicto creditore: soluēdo sibi primo dictū debitū & expēsas p̄dictas: & nihilominus creditor lucret fructus p̄ rata tēporis decursi a die adiudicationis taliū bonorū. ¶ Et datio adiudicationis p̄dictæ supra-

dicto mõ facta piudicet oibus creditoribus nõ cõparẽtibus: adeo q; postea uolẽs dicta bona recuperare: oporteat eum agere cõtra talẽ: cui adiudicata erãt: hipotecaria: uel rei uẽdicatione: seu publiciana: & elapso anno nullus audiatur ad dicta bona in solutũ data: exceptis minoribus decẽcto annis & absentibus a ciuitate & districtu Pistorii tempore dictæ dationis in solutum: & mulieribus constante matrimonio: quibus omnibus sit ius saluum & eis talis datio in solutum non præiudicet: quibus minoribus dictum cõpletis decemocto annis: & absentibus de absentia reuersis: & mulieribus soluto matrimonio: incipiat currere annus de quo supra fit mẽtio: quo elapso etiam ipsis præiudicet: ut aliis suprascriptis. ¶ Siqua uero persona uel locus uoluerit sibi satisfieri de bonis defunctæ personæ: uel de eius bonis acipere in solutum: faciat requirere filios uel filias: siquos uel siquas dictus defunctus habuerit legitimos & naturales: uel aliquos ex propinquis: quos prima causa succeßionis tangit dicti defuncti: si filios uel filias non habuerit personaliter uel ad domum suæ habitationis: si habitare consueuit: uel si habitant in ciuitate Pistorii uel districtu: uel si non habitant: ad domum: ubi stabat: seu habitare consueuit dicta defuncta persona in ciuitate Pistorii uel districtu: q; infra tertiam diem compareant coram iudice: coram quo quæstio erit ad dicendum si sunt heredes: uel si faciunt se heredes personę defunctæ: & si uenerit uel uenerint aliquis uel aliqui: qui faciant se heredes: & steterint in iudicio: procedatur & fiat prout procedi deberet contra ipsum defuntum si uiueret: & compareret: & iuri staret. ¶ Si uero nullus uenerit de prædictis infra dictum terminum trium dierum: qui se faciat heredem dicti defuncti: fiat per aliquem nuncium communis Pistorii proclamatio publice palam & alta uoce in conuicinia ubi dictus defunctus habitare consueuerat in ciuitate Pistorii uel districtu: q; siqua persona est: quæ sit heres dicti defuncti: uel quæ uelit se heredem facere: ueniat infra tertiam diem iuridicam coram Iudice ad dicẽdum: si est heres: uel se heredem facit: & si aliquis uel aliqui comparuerint & se heredes fecerint: procedatur ut supra. ¶ Et hoc si prædicta persona defunta habitabat: uel habitare consueuit in ciuitate Pistorii uel districtu: si uero defuncta persona non habitabat: uel habitare consueuit in ciuitate Pistorii uel districtu: & poterit conueniri in foro communis Pistorii: tunc fiat prædicta requisitio: citatio: & proclamatio publice & alta uoce in platea & sala communis Pistorii. ¶ Et siquis uel aliqui cõparuerint: qui faciant se heredes: & iuri steterint: procedatur ut supra: si autem infra prædicta tempora nullus compareuerit: qui faciat se heredem: iudex: coram quo quæstio erit: faciat per unum ex præconibus ciuitatis Pistorii in platea & sala dictæ ciuitatis præconizari alta uoce: & simile bannum mittere pro ut fieri debet: cum bona uiuentis uolunt capi in solutum ex forma suprascripta: & simili modo & ordine procedatur ad dãdum in solutum de bonis defunctæ personæ secundum formam superius prætaxatam. ¶ Et q; prædictus processus fieri possit & bona defunctæ psonæ possint capi in solutũ & pagamentũ p creditores secũdũ dictã formã: etiã si nõ cõparcãt: uel etiã si cõparẽãt: qui se faciãt: & facere uelint se heredes dictæ defunctæ psonę & si sint minores decẽcto annis: nisi cõparuerint cũ legitimo tutore uelcuratore

ratore ad lites ſibi pupillo: uel curatore uel procuratore adulti: & defendere uelint bona defunctæ perſonæ: & de iure reſpondere uelint: & reſpondeant: creditori uel creditoribus talis defunctæ perſonæ: qui minores legitimi ſint uel fuerint facti heredes: uel fiant infra tres dies iuridicos a tempore dictæ comparitionis computandos: procedatur. ¶ Et prædicta omnia & ſingula ualeant & obſeruentur contra quaſcunq; perſonas maiores uel minores cuiuſcunq; ætatis: etiam infantes: & ratione ætatis prædictus proceſſus: uel datio inſolutum fienda ſecundum formam prædictam: non poſſit: nec debeat retractari: infringi: uel annullari. ¶ Et liceat heredibus & creditoribus: ſi heredes non uellent: & habentibus titulum & cauſam a debitore: poſſeſſoribusq; talium bonorum: ut ſupra dictum eſt: talia bona defunctæ perſonæ adiudicata redimere infra unum annum: ſoluendo debitum & expenſas: pro quibus data fuerint inſolutum: & creditor lucretur fructus pro rata temporis: ut ſupra: & in omnibus obſeruetur: & fiat: & fieri debeat de redemptione dationis in ſolutum uiuentis ut ſupra. ¶ Et ad tollendum ſcandala: quæ plerunq; oriri ſolēt propter ſimiles dationes in ſolutum: quæ fiunt de bonis immobilibus alicuius debitoris ex conſortibus alicuius domus uel ſtirpis: Sancimus q; ſi debitor: cuius bona immobilia ſunt habita uel accepta: ut præfertur: & eius heredes nollent dictam emptionem: uel redemptionem facere: uel non extarent: tunc & eo caſu liceat cuilibet ex conſortibus ipſius debitoris ex latere patrimonii emere: ſeu redimere talia bona conſortis ſui habita & accepta in ſolutum pro præcio extimationis prædictæ infra dictum tempus: dūmodo proximiores in gradu talis debitoris ſucceſſiue cæteris præferantur in emptione ſeu redemptione prædicta: ſi ipſam emptionem: ſeu redemptionem facere uoluerint: & teneātur qui dicta bona habuerint: & acceperint: & eorum heredes: & quilibet habens cauſā ab eo & eis: talia bona infra dictum tempus uendere: & tradere tali conſorti uel conſortibus: ſi indefuerint requiſiti: & cartam ex inde facere ſub pena librarum centum den. ſemper uice qualibet auferenda cuilibet contrafaciēti: & nihilominus præciſe teneantur ad dictam uenditionem & reuenditionem faciendam: & ſummarie compellatur: dummodo talis uendens ſeu reuendens nō teneatur ad euitionem: nec ad præcii reſtitutionem: niſi de ſuo dolo & facto tantum. ¶ Hoc declarato q; creditores ut ſupra poſſint recuperare dicta bona reſtituendo primo creditorii creditum ſuum: & in quolibet caſu primus creditor: cui fuerit facta adiudicatio: lucretur fructus taliū bonorum pro rata temporis: & præferantur debitori & heredibus eius.

De precepto de diſgomberando. Rubrica v.

DOminus Poteſtas ciuitatis Piſtorii: & eius iudex & collateralis requiſiti teneātur: & debeant ad petitionem cuiuslibet: cui eſſet data tenuta uigore alicuius iuris exequibilis ſecundū formā ſtatutorū: & curiæ cōmunis Piſtorii in bonis & ſuper bonis aliquibus: facere præceptū de diſgōberādo ipſam tenutā: & etiā dare licētiā cuilibet nūcio dicti cōmunis faciēdi tale præceptum: in quo præcepto fiēdo debeat apponi annus: dies: & mēſis pnūcia

tionis tenutæ: & immissionis in bonis: in quibus committeretur: seu fieret tale præceptum: & nomen & pronomen immissi: & quod secus fieret: sit ipso iure nullum. ¶ Et si cui ex mandato: & cõmissione domini Potestatis: uel alterius ad hoc iurisditionem habentis: uel iudicis & collateralis factũ fuerit præceptum per nuncium communis Pistorii semel personaliter: uel bis ad domum habitationis sub diuersis diebus: ecclesiæ & uicinis & semper cum dimissione cædulæ (& aliter non ualeat) de disgombrando tenutã datam infra triginta dies a die dicti facti præcepti immediate sequentes nõ disgomberauerit dictam tenutam: seu comparuerit: & non ostenderit se uel eum: pro quo possidere dixerit: & quem possessorẽ in iudicio prædicto nominauerit: possidere secundum tempus pronunciationis: & immissionis factæ: uel habere dicto tempore pronũciationis & immissionis iustam causam detentionis: uel sine titulo tempore dictæ pronunciationis: tenutæ & ante per quadriennium continuum: ita q̃ non sufficiat probatio ipsius solę possessionis secundum tempus pronũciationis: sed oporteat probare se uel eum: quem in iudicio nominauerit: seu pro quo tenere & possidere allegauerit: possedisse dicto tali tempore & ante saltem per quadriennium continuum: uel cum titulo: uel se iustam habere causam possessionis: & seu detẽtionis: puniatur in libris centum: & nihilominus cogatur ad dimissionem possessionis prædictæ. ¶ Si uero infra dictos triginta dies a die facti præcepti probauerit dictam possessionem quadriennalem uel cum titulo secundum tempus pronunciationis & immissionis: uel iustam causam possessionis: uel detẽtionis habere: quæ probatio fieri possit etiam per eum: qui ut supra dicitur: fuerit in iudicio nominatus: obtineat in causa præcepti: hoc tamen non prosit: nec extendatur ad eum: qui tanquam in eius bonis immissio facta esset: uel eius heredum sane intelligendo. ¶ Quod si allegaretur: uel probaretur per aliquem: cui factum esset præceptum de disgomberando: uel nominatum ab eo: uel aliquam personam aliquis titulus: uel aliqua causa procedens: seu quæ procedere appareat ab eo: uel facto eius: qui esset debitor: in aliquibus bonis: in quibus facta esset immissio: uel data tenuta contra talem debitorem: a quo uel cuius facto emanasset talis titulus uel causa: non excusset uel releuet eum: per quem: uel pro quo talis titulus uel causa allegaretur: uel probaretur: uel eum uel eos: qui eum: uel eos nominasset in possessorem uel tenutariũ: nisi talis titulus uel causa præcedat debitum: uel sit prius debito: pro quo facta esset pronunciatio uel immissio sed procedatur & fiat: ac si non esset probatum uel allegatum contra quem liber ipsorum. ¶ Et in causis prædictis possit discuti: & terminari de prioritate: & potioritate iuris utriuslibet partis: & ea: quæ non sint deducta in possessorio: salua remaneant in petitorio & ordinario iudicio: & similiter: qui non comparuerit infra terminum præcepti: remaneant iura sua salua in dicto ordinario & petitorio iudicio. ¶ Eo uero casu: quo reus ex sola possessione quadriennali uel maiori sine titulo solum in iudicio obtineat in causa præcepti: teneatur tanq̃ possessor in iudicio reali postea mouendo per creditorem: in cuius fauorem factum fuerit dictum præceptum: uel habentem causam ab eo: infra annum a tempore: quo sic obtinuerit: ut infra de protestatione

ſtatione dicetur: ac ſi proteſtatus ſuiſſet: ſibi reſpõdere: & nulla proteſtatio, ſeu alius actus: qui fieret ad impediendam alicuius inſtrumenti debiti executionem: ſeu ſententiæ ſeu alterius iuris exequibilis pro debito exigendo: quo minus fiat ſummarie uel extraordinarie in aliquibus bonis immobilibus tanq̃ in bonis debitoris: ſeu tali debitori obligatis: ualeat: nec effectũ aliquod habeat: etiam ſi fieret cum petitione conſilii ſapientis: uel allegatione poſſeſſionis talium bonorum ſecundum tempus pronunciationis proteſtationis uel talis executionis: ſed opponi & allegari oporteat in huiuſmodi proteſtatione uel actu poſſeſſionem quadriennalem: uel cum titulo: uel iuſtam cauſam detentionis ſecundum: & pro ut ſupra diſpoſitum: & dictum eſt in ſuis caſibus ſibi locum uẽdicantibus. ¶ Et in cauſis huiuſmodi præcepti de diſgomberando: quæ fient: ubi ille: cui factum fuerit tale præceptũ per ſe uel eius procuratorem comparuerit: & præcepto contradixerit: & negauerit ad eum tanquam in cuius bonis immiſſio facta fuerit: bona in præcepto contenta pertinere: ſeu pertinuiſſe: ſeu dicta bona fuiſſe in bonis talis debitoris: teneatur pars fieri faciens tale præceptum probare: q̃ ille: tanquam in cuius bonis immiſſio facta fuerit: & tenuta pronunciata: aliquando poſſederit: uel tenuerit per ſe uel alium ante tempus talis pronunciationis pro ſuis uel tanq̃ ſua bona in præcepto contenta: uel eorum titulum habuerit: qua probatione deficiente ſuccumbat in cauſa præcepti: niſi is: cui fuerit factum præceptum: uel nominatus ab eo: eſſet ipſe debitor: ſiue eius heres: uel titulum uel cauſam (ut ſupra dictum eſt) habẽs. ¶ Et in dictis etiam caſibus proteſtationis de prioritate: & potioritate iuris poſſit diſcuti: & examinari: & pronunciari: ut ſuperius dictũ eſt in cauſis præcepti & aliis: & a ſententia lata in dictis cauſis in quæſtione immiſſionis: & præcepti: & reuocationis ipſorũ: & proteſtationis appellari poſſit. ¶ Et q̃ in iudicio hipotecario: uel reali: quod infra annum continuum a die primæ citationis factæ in cauſa talis proteſtationis uel actus moueretur ſuper talibus bonis per eum: qui citatus reperiretur ad talem proteſtationẽ uel actum: ſeu eius ſucceſſorem: habeatur huiuſmodi proteſtationem ſeu actum faciens ſeu ille cuius nomine fieret: pro poſſeſſore: uel detentore bonorum: quæ ſe dixerit ſeu per procuratorem dictum fuerit poſſidere per quadriennalem ſine titulo: & cauſa iuſta: ut ſupra dictum eſt: & ex hoc ſolo poſſit tanquam poſſeſſor: ſeu tanquam: qui dolo deſiit poſſidere: non obſtante aliqua probatione: quæ in contrarium fieret: conueniri: condemnari: & arreſtari ad reſtitutionemq; cogi liquidato iure ex parte actoris in tali iudicio: & in omnibus prædictis poſſit allegari poſſeſſio: & uti acceſſione temporis ſui autoris.

¶ Et ſiquis: cui factum eſſet præceptum de diſgomberando: comparuerit: & opponeret: & allegaret ſe poſſidere nomine alterius: qui non ſubſit iuriſditioni communis Piſtorii: non audiatur: nec admittatur talis comparitio uel defenſio: niſi ille: pro quo comparuerit: & dixerit ſe poſſidere: cum eo cõueniat: & hoc aſſerat: q̃ pro eo poſſideat. ¶ Si uero quis allegauerit pro ſe: uel alio tenere & poſſidere: & ipſe poſſeſſor uel detentor: uel is: cuius nomine dixerit ſe poſſidere: non eſſet ſuppoſitus iuriſditioni communis Piſtorii: niſi comparuerit (& ut dictum eſt) de ſuo iure docuerit: & ſatisfederit ſe

cundum formam statutorum pistorii: eo casu de facto cogatur ad disgombe randum renutam: & possessionem: de qua ageretur. ¶ Saluo q; si talis: cui præceptum factum fuerit: esset laborator: fictaiuolus: uel pensionarius bonorum: de quibus petitur fieri disgomberatio: & uelit ipla bona tenere: & laborare: seu habitare: & de fructibus: affictu: & pensione respondere tali creditori: & infra dictos triginta dies confiteretur talia bona pro ipso credi tore tenere: tunc disgomberare non cogatur. ¶ Er q; ille: cui dabitur: uel data fuerit tenura in futurum a curia communis Pistorii super bonis uel in bonis sui debitoris: fructus ipsorum bonorum lucrerur pro damnis: expen sis: & interesse usq; in libris quinq; pro centennario pro primo anno: & ela pso primo anno nihil de fructibus lucretur: sed fructus in sortem computa re debeat: donec ipsa bona in solutū & ex secundo decreto acceperit: & præ dicta locum habeāt etiam pro tenutis acceptis: & pro præteritis: & futuris: dummodo annus: pro præteritis incipiat currere a die approbationis præ sentium statutorum: & si fructus uel prouentus ipsorum bonorum excede rent libras quinq; pro centennario: ut dictum est: debeat creditor in sortē computare. ¶ Teneaturq; Potestas: & eius iudex: si petitum fuerit ab eo: cui data esset tenuta iam dicta: dare eidem nuncium cōmunis Pistorii pro laborerio faciendo: & recolligendo fructus quandocunq; non obstantibus feriis: dummodo fructus capere: auferre: uel percipere non possit: nisi cum licentia iudicis: & parte citata ad licentiam prædictam. ¶ Er si quis habue rit a curia communis Pistorii aliquas possessiones a licuius sui debitoris in tenutam: & alius creditor eiusdem petierit etiam ipsas possessiones in tenu tam: & uoluerit soluere debitum: pro quo ipsas possessiones in tenutam ha buerit: teneatur cedere ipsi creditori omnia iura crediti: & hipotecæ: & te nutæ prædictæ: pro quo dictas possessiones in tenutam habuerit: facta ei dem solutione ipsius debiti: nisi is: qui præmissas possessiones in tenutam habuerit, uoluerit soluere creditum secundo creditori, quo casu ipse secun dus creditor teneatur iura sui crediti cedere & hipotecæ facta eidem prius sui debiti solutione. ¶ Er dicti officiales: & quilibet eorum teneantur: & debeant manutenere: & defendere quemlibet possessorem in possessione quousq; fuerit de iure ab eo auocata: seu recuperata: saluo iure cuiuslibet al terius personæ. ¶ Triginta uero dies suprascripti intelligātur statuti utri que parti ad probandum sibi incumbentia in causa præcepti: quibus trigin ta diebus elapsis: neutra pars audiatur: nisi secundum q; dictum est supra in statuto. De modo procedendi in ciuilibus: & eadem probatio requiratur in causa tenutæ: & reuocationis ipsius: quæ requiritur in causa præcepti.

De notificatione litis motae. Rubrica vj.

AD tollendas expensas inutiles: quæ sæpe fiunt occasione alicuius litis mo tæ: & siue denunciationis: quas fieri contigerit in futurum: Sancimus & ordinamus: q; de cætero in notificationibus: & denunciationibus litium prædictarum sufficiat: si talis notificatio fieret de commissione iudicis cau sarum ciuilium communis Pistorii cum cædula. & dimissione cædulæ conti

nentis

nentis effectum qualitatis litis motæ per quem: & ex qua causa: & coram quo Iudice: absq; eo: q; transmittatur copia instrumentorum: & actorum in lite mota factorum: teneatur tamen: quicquid gestum est: exprimere: & de prædictis fiat relatio in actis causę iudicis causarum ciuilium communis Pistorii: quas notificationes: intimationes, & requisitionis iudex committere teneatur, & fieri possint & ualeant quocunq; tempore: etiam feriato, non obstantibus quibuscunq; feriis. ¶Et fieri possint & ualeant, si notificatæ & factæ fuerint notificationes quandocunq; ante sententiam ferendam super lite mota. ¶Et si autor notificari facientis, & ille, cui sic fuerit lis notificata: in iudicio non comparuerit: & causam super se sumpserit: ipse reus cōuentus: & notificari faciens nō teneatur a sententia super tali lite ferenda appellare: aut aliter causam in uitus prosequi: sed elapsis terminis datis ex forma statutorum ad appellandum: & appellationem præsentandum: si autor eius a tali sententia non appellauerit: & appellationem prosequtus fuerit: possit: & ei liceat agere contra talem autorem suum pro uera sorte rei: super qua esset lis mota: & pro suis damnis: expensis: & interesse incipiendo etiā a captura personæ & grauamine reali: & pro ut sibi utilius fuerit: etiam q; non dum fuerit spoliatus de bonis: & re: super quibus lis esset mota.

Quod procurator non teneatur satisdare de defendendo dominum. Rubrica .vij.

PRocurator: si pro actore interuenerit: non cogatur satisdare de defendendo illum: pro quo agitat in causa conuentionis: uel reconuentionis: si uero pro reo interuenerit: non cogatur satisdare iudicatum solui: uel docere se a constituto releuatum: & nihilominus: his non obstantibus: procurator tam actoris: q; rei tanquam legiptimus in causa admittatur: nisi talis procurator pro aliquo non subiecto iurisditioni communis Pistorii litigare uoluerit agendo uel defendendo: quo casu etiam si a constituto fuerit legiptime releuatus: non audiatur: nisi satisdederit de iudicio sisti: & iudicato soluendo cum clausulis suis secundum quantitatem negocii de quo agitur: & de soluendo in causa reconuentionis secundum infra disposita. ¶Item quælibet persona uniuersitas: conuentus: capitulum: ecclesiastica: religiosa: uel secularis: religiosum uel religiosus: seu forensis: qui uel quæ: seu quod non fuerit suppositus iurisditioni communis Pistorii: uel eius officialibus agere uel experiri uolet: aut conuenire in causa ciuili uel mixta: uel etiam aliquid in eius fauorem fieri: etiam per officium iudicis teneatur: & debeat satisdare in causa conuentionis: & reconuentionis de iudicio sisti: & iudicato soluendo a die petitionis de satisdando infra duos dies iuridicos: quod si fecerit: utatur & uti possit beneficio statutorum communis pistorii: & secundū dicta statuta eis ius reddatur: hoc declarato q; intelligantur: & habeantur tanquam forenses quilibet non subiectus seu subiecti in ciuilibus iurisditioni Potestati Pistorii.

De dando aduocatum vel procuratorem. Rubrica viij.

DOminus Poteſtas: Capitaneus: ſeu Commiſſarius: & Iudex cauſarum ciuilium: a quo petitum fuerit: teneantur petenti dare aduocatum: & procuratorem: quem petierit in quæſtionibus: ſeu cauſis: quas haberet, uel habere intenderit cum moderato ſalario: & qui procurator, ſeu aduocatus ſic datus a Poteſtate Capitaneo, Commiſſario, ſeu Iudice teneatur, & debeat uinculo iuramenti ſibi ab eis, ſeu aliquo eorum deferendi ſub pena librarum uigi ti quinq; bene, legaliter, & bona fide adiuuare talem petẽtem in ſuis cauſis & quæſtionibus. ¶ Et etiam teneantur dicti Poteſtas, Capitaneus, ſeu cõmiſſarius, & Iudex cauſarum dare petenti notarium ſufficientem, quem petierit ad faciendum inſtrumenta, & alia teſtamenta, & ultimas uoluntates appellationis, ſeu denũciationis, proteſtationis, requiſitionis, obligationis. interditionis, & prohibitionis, cum plerunq; notarii propter metum, & timorem odii recuſent talia inſtrumenta facere, & qui notarius ſic datus teneatur uinculo iuramenti & ſub pena librarum decem ire & teſtamenta, & alia inſtrumenta conficere, de quibus habuit in mandatis a Iudice bene, legaliter, & bona fide, & ſi notarius timeret facere prædicta, Poteſtas, Capitaneus, ſeu Commiſſarius, & ſeu Iudex teneantur, & debeãt ſibi de familia dare pro ſui ſecuritate, prout expedierit, & ſi pauperrima perſona fuerit faciat inſtrumentum ſine præcio. ¶ Et nullus aduocatus, ſeu procurator aliqua ratione uel cauſa, niſi fuerit unicus aduocatus uel procurator partis contrariæ: quem peteret in aduocatum uel procuratorẽ: recuſare poſſit: ſub dicta pena de facto: & ſine aliqua condemnatione auferenda recuſanti: aut non obtemperanti: omni appellatione & oppoſitione ceſſante.

Quod nullus ſindicus vniuerſitatis communis Piſtorij duret vltra annum. Rubrica ix.

NVllus ſindicus communis Piſtorii: uel alicuius uniuerſitatis: communis ciuitatis Piſtorii: & comitatus: & diſtrictus eius: qui deinceps fieret: duret: uel durare debeat infra annum a die conſtitutionis ipſius computandum: & antea factus a die confirmationis præſentium ſtatutorum: & ab ipſo anno in antea talis ſindicatus euaneſcat: & nullius ſit efficaciæ & effectus: uel ualoris: niſi in ſindicatu: & eius conſtitutione maius tempus eſſet appoſitũ uel declaratum. ¶ Et infra id tempus talis ſindicus poſſit agere: exequi: & explicare cum effectu omnia & ſingula in ſuo mandato contenta: & omnis contractus: uel quaſi: & quilibet alius actus: qui per talem ſindicum infra id tempus fierent ſecundum poteſtatem ei traditam ualeant: & teneant & roboris obtineant firmitatem. ¶ Et ſindicus factus ad agendum uel ſimilia pro communis Piſtorii non poſſit durare ultra ſex menſes: & ab ipſis ſex menſibus in antea non ualeat: nec ualere debeat: & ſiquid a dicto anno uel ſex menſibus in antea uigore: uel prætextu huiuſmodi ſindicatus: uel alicuius eorum fieret contra prædicta uel aliquod prædictorum: non ualeat ipſo iure.

De conſiliis

De consilijs dandis per iudices: & scripturis faciendis sine precio. Rubrica x.

QVia interdum communi Pistorii occurrunt quæstiones: super quibus expedit habere consilium sapientis: sancimus: q̃ ad requisitionem dominorũ Priorum & Vexilliferi iustitiæ ciuitatis Pistorii: uel eorum loco subrogatorum conuentus iudicum dictæ ciuitatis: & ipsi iudices teneantur: & debeãt sub pena librarum uigintiquinq; auferenda per Potestatem: seu Capitaneũ ciuilibet dictorum iudicum: consulere in dictis causis cõmunis in scriptis: & sine scriptis sine aliquo salario petendo uel habendo a dicto communi. ¶ Et omnes notarii: qui sunt: uel pro tẽpore fuerint in officiis ciuitatis Pistorii: teneantur scribere omnes cartas: & scripturas originales: quæ pro ipso communi scribende occurrerint in eorum officio sine aliquo pracio sub eadem pena.

Quod Iudex faciat consentire patrem filio agenti uel fugienti. Rubrica xj.

ORdinamus q̃ exhibito libello: seu petitione coram iudice actor dicat iudici: ut faciat patrem eius: qui conuenerit: si credit eum uiuere: consentire filio agenti uel fugienti: & reus dicat iudici: ut faciat patrem eius: a quo conuenitur: si credit eum uiuere: consentire filio agenti uel fugienti: & iudex certum terminum assignet actori uel reo: ut consensus huiusmodi præsteturr quo elapso: & cõsensu non exhibito: rite possit in causa procedi: q̃ si neuter litigantium dixerit ante litem contestatam: uolens postea dicere uel allegare. seu negare patrem suum mortuum esse: non audiatur: & nihilominus in stantia iudicii teneat.

Quod debitor alicuius conuentus non possit alienare de bonis suis post citationem de eo factam. Rubrica xij.

ORdinatum est: q̃ nullus debitor alicuius conuentus: uel requisitus: post citationem de se factam possit alienare de bonis suis immobilibus: uel obligare aliquid: & si contra fiat: non ualeat: & procedatur: ac si facta non foret: quantum ad illum uel illos: ad cuius: uel quorum petitionem citatus fuerit & hæc locum habeant: si ipse actor infra mensem post citationem inceperit prosequi ius suum contra talem debitorem conuentum: licet non sit expeditus processus.

De non computando diem: quo assignatur terminus & de citatione ad sententiam. Rubrica xiij.

VT omnis dubitatio: quæ quotidie nascit tollatur: statutum est: q̃ in omnibus terminis & dilationibus: uel citationibus uel requisitionibus: in quibus datur: uel assignatur terminus uel dilatio plurium dierum per iudicem

uel officialem communis Pistorii: uel eius parte & mandato: dies fecte citationis: uel requisitionis: uel dati termini & dilationis non computetur in termino uel dilatione: & hæc locum habeant in ciuilibus & criminalibus quæstionibus. ¶ Citationes uero & requisitiones: quæ fierent de mandato alicuius iudicis uel rectoris iurisdictionem habentis ad audiendam: uel uidendam ferri sententiam diffinitiuam uel interlocutoriam: uel præceptū fieri debeant die præcedenti talem sententiam: præceptum uel commissionem uel ante: dummodo non excedātur tres dies utiles: quo uero ad alios actus: de quibus nō reperirentur determinata statuta: fiat citatio de mane pro sero: uel de sero pro mane sequenti: secundum q̄ Iudex sedebit: & aliter facta non ualeat.

De productione articulorum & iuramento & examinatione testium. Rubrica xiiij.

INqualibet causa quæstione uel facto ciuili uel mixto coram quocunq; officiali forensi ciuitatis Pistorii uertente: quicunq; petierit seu uoluerit examinari facere testes: debeat exhibere capitula: articulos & positiones: & infra tempus siue terminum datum ad faciendum testes iurare: & postea non admittatur per iudicem ad dandū capitula: articulos: seu positiones huiusmodi: per hoc tamen non tollatur facultas faciendi interrogationes: quæ de iure fieri possunt ubicunq; æquitas mouerit Iudicem: seu examinatores alios deputatos: & super eis non recipiantur nec examinentur testes. si exhibērētur post terminum datum ad faciendum iurare testes. ¶ Et testes: qui in aliqua causa & facto recipiuntur: debēāt iurare et testificari & dicere: quæ nouerint super his: de quibus fuerint interrogati: & articulis: & tota causa: & debeant examinari a Iudice uel ab examinatoribus legitime electis a partibus in concordia: uel Iudex tantum cum notariis actuariis examinare debeat super his: super quibus inducti & producti fuerint: & super quibus actor: uel reus interrogari petierit eos: de his: quæ ad materiā: & super causa: & lite possunt contingere: & interrogentur etiam de omnibus: quæ uisa fuerint iudici: uel examinatoribus interrogari debere: & per ordinem scribātur dicta testium: & debeant esse secreta apud iudicem & examinatores & notarios: donec fuerint publicata: & testes publicati: & dicta testium publicata teneatur dictus Iudex utrique parti facere tradi ad exemplandum: quādo uoluerint. ¶ Nec possit uel debeat ipse Iudex committere iuramentū uel examinationē testium alicui: uel aliquibus notariis: uel personis in causis: seu de causis ciuilibus: uel mixtis: nisi de uoluntate partium nō coactarū: ¶ Saluo & reseruato q̄ in testibus producendis extra territorium secundū formam statuti de modo procedendi in ciuilibus: possit fieri commissio secundum ipsius statuti formam: & commissio aliter facta nō ualeat: & si partes non erunt concordes: tunc Iudex examinet & notarius causarum ciuilium ipsos testes & eorum dicta scribat propriis manibus. ¶ Et si partes in concordia existentes uoluerint eligere duos notarios ultra Iudicem neutri earum suspectos: qui interfint examinationi testiū: eis liceat: alias solus

Iudex

Iudex cum notario actuario examinet. ¶Et si aliqua ex dictis partibus requisita ex cõmissione alicuius iudicis ad uidendum examinationem uel iuramentum testium conmittere: ut supra dictum est: non comparuerit corã eo: tunc ipse Iudex possit ad instantiam partis petentis: uel etiam motu proprio ea committere duobus ex notariis legalibus ciuitatis Pistorii: qui testes recipiant: & examinent expensis dictarum partium: & ex dictis notariis eorum alter depositiones scribat: notarii uero non cogantur recipere commissionem prædictam: & quod factum fuerit per eos super prædictis sit firmum. ¶Et si partes uel altera earum produxerit articulos: & positiones citata parte aduersa una die pro alia personaliter: uel domi suæ solitæ habitationis ad respondendum eisdem per uerbum credit: uel nõ credit: & pars citata in termino nõ compareret: & citetur iterum una die pro alia: in eius contumaciam: dicta parte aduersa non comparente: & non respondente: si citationes prædictæ factæ fuerint de ea personaliter etiam per unam uicem ex dictis duabus citationibus: Iudex teneatur: & debeat ad uoluntatem ponentis pronunciare eas: & eos haberi pro confessatis uel negatis: ut fuerit utilius ipsi ponenti: dummodo una ex dictis citationibus facta fuerit personaliter: & non aliter: ut supra. ¶Nullus tamen aduocatus uel procurator moretur in causis: quando fit interrogatio: uel positio per sacramentum calumnie de ueritate dicenda: & aduocatus de lege: uel usu: uel coadiutor ipsius causæ quicunq; fuerit: quando interrogatus erit: non doceat illum: qui iurauit per sacramentum calumniæ: aliquid: sed permittat eum dicere: & respõdere: secundum: q; hii: qui iurauerint: uoluerint: nisi super hoc interrogatio uel positio uideretur iniusta & impertinens: uel pendens: & qui contrafecerit puniatur ad opus communis Pistorii in libris decem den. quoties culpabilis fuerit.

De pena negantis filiationem paternitatem & huiusmodi. Rubrica xv.

PRouisum & ordinatum est: q; de morte patris alicuius: uel alterius personæ: uel de tempore mortis: q; quis fuerit tabellio siue notarius: & q; attem notariæ exercuerit: & q; quis sit uel fuerit Iudex: & filiatio: paternitas & legiptimatio filiationis: & paternitatis: & q; quis sit uel fuerit uir uel uxor: & q; quis sit potestas: uel Iudex alicuius curiæ: & q; quis sit: uel fuerit officialis: & q; quis sit: uel fuerit operarius operæ sancti Iacobi apostoli maioris ecclesiæ uel altaris ecclesiæ: & q; quis sit: uel fuerit rector alicuius capellæ possit probari per publicam famam infra quinq; dies utiles post terminum datum ad opponendum contra instrumenta: & iura: & pro legiptima & plena probatione in dictis causis famæ probatio habeatur. ¶Et quicunq; per se uel suum procuratorem etiam iurauerit in aliquo actu cuiuslibet causæ: & super articulis: & positionibus cõtinẽtibus prædicta uera esse: aut aliquod prædictorum: intelligatur probasse plene intentionem suam: absq; aliqua alia probatione per testes: seu aliter de publica fama. ¶Quod si pars aduersa expresse negauerit respondendo: aut opponendo positionibus: uel ar

ticulis prædictis: aut alicui eorum teneatur: & debeat talis negans probare contrarium iuxta formam statutorum: quod si nō probauerit legiptime negata per eum: puniatur in penam librarum decem pro quolibet articulo: & positione negata: & non probata. ¶ Et si in contrarium eius quod articulatum super suprascriptis: aut aliquo eorum: uel similibus fuerit: probauerit tunc & eo casu actor: seu is: qui ita posuerit: & articulos dederit: incidat in penam librarum uiginti pro qualibet positione: & articulo reprobata: & reprobato. ¶ Et simili pena puniatur: si aliquis per se uel procuratorem suū in aliqua causa: seu quæstione negauerit instrumentum: processum: uel scripturam esse scriptam: uel scriptum manu publicæ personæ uel manu eius: qui scripserit: uel subscriptus esset in eis; uel negauerit aliquem fuisse nuncium: præconem: uel officialem: si postea probatum fuerit: ut dictum est: quam penam in quolibet casu prædictorum possit: & debeat Iudex: coram quo negatio facta esset: & eius successor auferre & solui facere camerario cō munis Pistorii: pro ipso communi recipienti de facto: & sine aliqua condēnatione inde facienda ad instantiam: & requisitionem partis: contra quam fuerit ipsa negatio facta: seu probauerit ut supra sub pena librarū xxv den. ipsi Iudici auferenda tempore sui sindicatus: non obstante aliquo cursu tēporis. & non obstante: q̄ talis procurator non habuerit ad prædicta speciale mandatum.

Que probationes sufficiant in causa hipotecaria. Rubrica xvj.

IN seruiana uel quasi hipotecaria qualibet: uel ubicunq; diceretur aliqua bona uel res obligatæ: uel hipotecatæ ultra modos inductos a iure communi ad probandum dominium: uel rem: uel bona fuisse in bonis debitoris: sufficiat: si probetur debitorem: cuius bona: uel res esse: uel fuisse dicerentur: possedisse: & tenuisse per se: uel autores suos: ita q̄ possessio sui & autoris iungi possit: per decem annos continuos: uel sufficiat probare: q̄ possessor conuentus habuerit titulum: uel causam a debitore: uel eius successore uniuersali: uel singulari dictorum bonorum: & rerum: saluo tamen aduersario iure probandi: seu etiam si plenius probaret: contrarium.

De restituendis expensis creditori. Rubrica xvij.

STatuimus q̄ si qua persona ciuitatis: uel districtus Pistorii non soluerit debitum: seu creditū: uel res in termino sibi præfixo: uel in termino inter eos posito a potestate: & creditor: cui res deberetur: fecerit inde aliquas expensas: illas omnes expēsas: quas fecerit: & uecturas facta taxatione per Iudice: debitor ei restituere teneatur.

De heredibus & hereditate debitoris cōueniendis. Rub. xviij.

MAior masculus annorum uiginti: cui hereditas de iure uel bonorum possessessio: uel successio aliqua ex testamento: uel ab intestato delata fuerit: qui

quomōcunq;

quomodocunq; possederit, uel tenuerit post quindecim dies a morte defuncti hereditatē prædictā, seu bona quæcunq; ipsius hereditatis, uel possessiones īmobiles ipsius tēpis, uel possessas per defunctū tēpore suæ mortis, uel bona immobilia quæcunq. quę talis defunctus possidebat tempore suæ mortis si bona ipsius hereditatis non exierit, seu deperierit, hereditatē ipsam adiisse. & successionē agnouisse intellig. & tanq̄ ex uera agnitione & uerus successor sit obnoxius & obligatus omnibus hereditatis oneribus, & ad legata, & fideicōmissa effectualiter, realiter & personaliter cōuenirī possit nec prętestu dotis maternæ uel auitæ, seu repudiationis, seu abstinētia dicta successionis, aut aliquo alio iure talia bona, uel se defendere possit, nec etiam quantū ad debita hereditaria sub prætextu inuētarii, aliquo in contrarium non obstante. ¶ Teneaturr tamē, & debeant potestas, & eius iudex ad petitionē quorūcunq; creditorū alicuius hereditatis fieri facere descriptionē bonorū mobiliū defunctæ personæ, ne bona interim defraudētur immediate facta requisitione sub pena librarū quinquaginta den. pro quolibet ipsorū, & qualibet uice, pro qua pena sint suppositi constetuationibus legū ciuitatis Florētiæ ¶ Et quilibet qui aliquo modo dictā descriptionē recusaret & facere nō permitteret, aut aliquo modo retineret bona defunctæ personæ talē post eius mortē post quindecim dies, etiā q̄ non esset cōiuncta persona, sed penitus extranea, si requisitus non promiserit talis res uel bona apponi in tali descriptione inuētarii, tunc, & eo casu incidat in penā dupli, nec propterea intelligatur obnoxius debitis hereditatis. ¶ Et quicunq; quomodolibet accipiet hereditatē cum beneficio inuentarii intelligatur esse & sit ipso iure priuatus omnibus officiis, & beneficiis cōmunis Pistorii ad quæ nō possit restitui, nisi per consiliū populi dictæ ciuitatis ex partito obtinendo per nouem ex decem congregatis, mediantibus tamen & præcedentibus solitis & ordinariis prouisionibus primo loco firmandis per habentes autoritatem. ¶ Quilibet masculus xviii annorū usq; ad ætatē uiginti annorū cōpletorū cui de iure deferretur hereditas: uel bonorū possessio & testamento: uel ab intestato; si renuerit: uel possederit hereditatem: successionem: uel bona ipsius: uel quę talis defūctus tenebat & possidebat tēpore suæ mortis. & a creditore hereditario: uel legatario tequisitus: q̄ debitū: uel legatū soluat: uel successionē: aut bona prædicta dimittat: cessauerit soluere: aut possessionē: uel detētionē dictorū bonorū dimittere: & postea inueniatur ea bona: uel aliqd eorū qūocunq; possidere: aut tenere: intelligatur omnibus oneribus debitis: & creditis hereditariis: fideicōmissis: & legatis realiter & personaliter effectualiter soluēdis ut uerus successor obligatus: aliqua exceptione: relaxatione: & dimissione dictorū bonorū postea facta non suffragāte. ¶ Mulier uero de. & octo annorū cōpletorū usq; ad uiginti annorū cōpletorū tenens: uel possidēs successionē: uel bona: qeæ aliqua persona defuncta tē pore suæ mortis tenebat: uel possidebat ei iure hereditario delata ut supra si requisita non soluerit: aut nō dimiserit ut supra infra mētem a die requisitionis intellig. hereditatē. & successionē agnouisse. & in cibus: & pecūia, ut dictū est: ac masculo: ut uera heres omnibus debitis hereditariis effectualiter sit obnoxia. ¶ Et quicūq; tāq̄ heres: uel successor: etiā si esset mulier p

se uel procuratorē:tutorē:curatorē:uel actorē hereditatem uel successionē agnouerit:debitū:aut creditu hereditariū exegerit:uel finierit:uel iura hereditatis cessserit per instrumentum:scripturā:seu acta publica: tanq̄ uerus successor omnibus debitis legatis & fideicōmissis:& oneribus hereditariis sit effectualiter obligatus:& realiter & personaliter:ut heres conueniri possit:etiam citra pronunciationē:q̄ fuerit heres. ℂ Et cōuentus uel citatus ad petitionē creditoris uel legatarii ut heres:uel successor alicuius defunctæ personæ corā Iudice requirente cōparere teneatur:& præcedente interrogatorio partis continēte caulam:ex qua apparere possit:utū interrogāti interfit:infra quinq̄dies utiles a die primæ citationis:uel requisitionis tactæ per se uel per procuratorē habentē speciale mandatū ad negandū tantū: uel ad cōfitendū tantū & non alternatiuo:uel disiuntiuo modo respondere teneatur:utū talis requisitus sit heres:uel successor necne personæ:cuius esse heres proponeret̄:etiā si talis procurator ad præparatoria causæ tantū admitti uellet:qui procurator:nisi mandatū tale ante omnia produxerit:non audiatur:aliterq̄ gesta sint ipso iure nulla. ℂ Et si negauerit se heredē:uel successorē fore:omnibus iuris remediis illico ad instantiā petētis satisdare cogatur sub bona fideiussione de ea quantitate:quæ uidebitur arbitrio iudicis inspecta qualitate facti:& cōditione psonæ taxanda:quæ non excedat libras quinquaginta:& nō sit minor quinquaginta librarū:in qua condēnetur talis negans:si probatū fuerit ipsum esse heredē:uel successorē uniuersalem:uel bonorū possessorē. ℂ Si uero requisitus cū interrogatione: ut supra:non cōparuerit:uel cōparens:non respōderit infra terminū suprascriptum:prius ultra assignato termino aliorū triū dierū iuridicorū per præconem in publico bannimento facto in platea magnia:in platea sala:& in cōuicinia talis requirere debentis:ex eius cōtumacia pronuncietur heres: bonorum possessor:uel successor per iudicē causæ supradictæ:& tali pronūciatione facta cōtra eum procedatur tanq̄ cōtra heredē:uel bonorū successorē etiā quo ad legata:& fideicōmissa:& eo modo:quo poterat cōtra defunctū: & eo modo sit obnoxius in rebus:& persona:quæ pronunciatio aliquo iuris remedio appellationis:uel nullitatis impugnari nō possit: & prædicta a .§. & conuētus uel citatus & non uendicēt sibi locū in habitātibus extra ciuitatē comitatū & districtū Pistorii. ℂ Filius tamen:uel nepos cum matre uel auia:quæ bona paterna:uel auita insolutū pro dote earū ceperint: habitans:& cum ea:uel eis præfatis bonis utens:& fruens non intelligatur p hoc hereditati paternæ:uel auitæ se immiscuisse:uel ad eorū debita: legata: & fideicōmissa aliqualiter obligatus. ℂ Repudiatio uero:uel abstinentia hereditatis: uel successionis alicui quomodolibet delatæ a die repudiationis:uel abstinētiæ infra duos mēses si repudiatio uel abstinentia facta fuerit in ciuitate:comitatu:uel districtu Pistorii & infra quatuor mēses:si alibi abstinuerit:uel repudiauerit notificari debeat publice in cōsilio populi: & communis Pistorii in sufficienti numero congregato more solito Prioribus & Vexillifero iustitiæ: uel eorum loco subrogatis adstantibus:aliquin non prosit eidem talis abstinentia uel repudiatio, aut alteri: cui ipsa successio deferretur, & hoc si infra dictum tempus congregatum

fuerit: alias in primo consilio fiendo. ¶ Quilibet tamē notificans dictā abstinentiā: uel repudiationē per se uel alium in continenti soluere teneatur: & debeat camerario cameræ cōmunis Pistorii pro ipso cōmuni recipienti solidos uiginti. f. p. alioquin repudiatio: uel abstinētia sit ipso iure nulla: & cā cellario cōmunis solidos quinq; pro lectura: & registratura: & pro quolibet repudiante uel abstinente. ¶ Post quā quidē abstinentiā: & repudiationē filius: uel nepos pro dote materna: uel auita: uel eius augmento bona per ipsum in solutū accepta possidens: seu detinens hereditati maternæ: uel auitæ: seu alterius earū debitis per hoc aliqualiter nō molestetur: uel obligetē. ¶ Hereditas uero uel alia successio iacēs cōueniri possit: & cōtra eā procedi sine datione alicuius curatoris: uel alterius defensoris: eaq; cōdēnari: & cōtra eam possit sententia sequi: & executioni mādari: omniaq; acta: & actitata: & processus cōtra eam facta: etiam eo modo: & forma: qua: & quibus cōtra de suntum fieri possent: & etiā ualuissent: si uiueret: ualeant: & teneant: & cūdem sortiantur effectū: cūmodo porrecta petitione coram iudice: coram quo agitaretur: fiat pro clama in cōuicinia defunctæ personæ dictæ hereditatis: si in ciuitate Pistorii habitauerit dicta defunta plona tēpore mortis: alias in platea cōmunis: & in platea salæ p publicū præconē cōmunis Pistorii sono tubæ præmisso: notificādo publice: palā: & alta uoce: qualiter talis cōparuit coram iudice: & suā petitionē porrexit contra talem hereditatē: & q; quicūq; uult dictā hereditatē defendere: aut petitis cōtradicere: aut cōtra eam aliq̄d dicere: uel opponere: cōpareat infra tres dies proxime secuturos ad uidēdū dictā petitionē: & usum omniū prædictorū: & dicendū: & opponendū q; q; uult: & potest: & elapso dicto termino procedatur: & procedi possit usq; ad sententiā: & ad omnia: & singula suprascripta: & pro ut cōtra defuntū: si uiueret: fieri potuisset: & citationes: & requisitiones: quæ fieri deberent de dicta hereditate: fieri possint hoc modo uidelicet: q; ubi per formā statutorū requiritur transmissio libelli: illa tradatur: & dimittatur illi: uel illis: quos tāgit prima causa successionis psonaliter: uel ad domū si in ciuitate: comitatu: aut districtu habitauerit: uel ad ualuas palatii potestatis ciuitatis Pistorii: & alia copia affigatur hostio domus habitationis: & ubi habitare cōsueuerunt tēpore mortis defunctæ personæ: si in ciuitate Pistorii habitauerit: alias procedatur: ut supra. ¶ Aliæ uero citationes fiant cum dimissione cedulæ ad hostiū habitationis domus dictæ defunctæ plonæ: ut supra dictū est: quos tangit prima causa successionis psonaliter: uel ad domū. ¶ In datione uero insolutū seruetur modus traditus: ut disponit p formā statuti sub rub. de dati. insol. ubi disponitur de datione in solutum de bonis defuncti.

Quod questiones soccitarū terminētur summarie. Rub. xix.

PRo summaria decisione quæstionū ac litium: quæ frequēter oriri solēt occasione soccitarū bestiaminis cuiuscūq; generis: & maneriei sanctū est: q; cōsules Priores & Vexilliferi iustitiæ ciuitatis Pistorii: uel qlibet magistratus loco eorūdē quōlibet subrogatus teneātur ex debite eorū: & cuiuslibet eorū officii singulo quoquo anno per totū mesem decembris eorum solemni partito legipti me inter eos obtinendo cum æffectu elegisse tres bonos & prudētes ciues

Pistorienses: qui sic electi intelligantur uigore præsentis legis habere: & habeant cognitionem: & decisionem: ac autoritatem cognoscendi: & decidendi quæstiones: & lites prædictas duraturam per unum annum a die prima mensis ianuarii inde proxime futuri initiandum: & ut sequitur finiendum. ¶ Qui ciues tales quæstiones: lites: & controuersias occasione bestiarum prædictarum. & dependentium quorumlibet ab eisdem terminare teneantur: & debeant omnino ex libro eorum arbitrio: & prout iuri & iustitiæ cõuenire cõsebunt infra quindecim dies proxime futuros a die: qua coram eis motæ fuerint: quas determinationes & quamlibet earum semper facere teneantur coram domino Potestate Capitaneo: seu Cõmissario ciuitatis Pistorii: seu altero eorum: uel eorum: aut cuiuslibet eorum ludice: & non aliter nec alio modo summarie: tamen simpliciter: & de plano: & nulla iuris solemnitate seruata pręsentibus tamen partibus: aut legiptime citatis una die pro alia ad interessendum (si uolunt) determinationi prædictæ: & ad docẽdum interim de eorũ iuribus: a quibus decissionibus uel earum aliqua nõ possit appellari: de nullitate opponi: aut quouis alio iuris uel facti remedio recedi: sed per unum quemq; debeant inuiolabiliter obseruari: & tanq̃ sententiæ: quæ in rem iudicatam transierunt executioni mandari per quemlibet rectorem: seu officialem Pistorii: ¶ Declarantes q̃ omnes soccitæ bestiarum: quæ fierent: uel factæ sunt ad bonam consuetudinem ciuitatis Pistorii: sint: & esse intelligantur ad medium lucri: & damni in ipsis bestiis cõtingentis: itaq; illi: quibus dictæ bestiæ fuerint locatæ: teneantur: si contingerit in ipsis: uel de ipsis bestiis damnũ accidere: medietatẽ damni soluere locatori: & conuerso lucrum: utilitas: & prouentus ex ipsis bestiis inter locatorem & conductorem æqualiter diuidantur: salui tamen pactis habitis inter partes. ¶ Et nullus: qui habet ab aliquo bestias in soccitam: possit illas alienare sine expressa licentia domini: a quo eas habuit: ad penam furti & contrafaciens teneatur pena furti: & dominus dictarum bestiarum uendi tarum cænseatur retinere dominium earum apud se: etiã post ipsam alienationem sine sua licentia factã: & possit: & ualeat illas: & quamlibet earũ de facto uendicare: & recuperare a qualibet persona illas: uel illam quomodolibet tenente: seu possidente omnibus remediis iuris oportunis. ¶ Et habentes bestias in soccitam teneantur ad omnem uoluntatem locatoris illas ducere in mercatum qualibet die sabbati & publici mercati sub pena librarum uigintiquinq; & credat simplici iuramento locatoris seu domini earũ. ¶ Hoc declarato q̃ omnia mercata in futurũ fienda de quibuscunq; bestiis ad libras denariorũ: intelligantur facta de libris monetæ pro eo tẽpore currentis: & si fierent ad scutos: intelligantur de scutis auri largis in auro: dato q̃ per partes non fuerit aliter expressum. ¶ Et partita: quæ in futurum dabuntur de quibuscunq; bestiis die sabbati: seu die eius loco subrogato: siue fuerint de bestiis aptis ad laborandũ: siue someggiandũ: tunc & eo casu: ille cui datũ fuerit partitũ: habeat: & habere intelligatur ipso iure tẽpus: & terminum usq; ad diẽ lunæ inde proxime immediate sequentẽ ad accipiendũ: uel relinquẽdũ dictas bestias: & ad soluẽdũ præciũ earũdẽ: casu quo illas acceptauerit. ¶ In aliis uero bestiis habeat tẽpus usq; ad diẽ mercurii: a die dicti

dati

dati partiti ꝓxime secuturā ad accipiēdū: uel dimittēdū: & præciū soluēdū: si eas acceptauerit: ut supra: & nō ultra. ¶Si uero partita p̄dicta: uel aliq̄ ipsorum data fuerint de prædictis bestiis: uel aliqua ipsarum extra diem ha bati: uel eius loco subrogati: tunc & eo casu ille: cui datum est partitum: ha beat & habere intelligatur octo dies inde proxime secuturos ad accipiēdū: uel dimittēdū & p̄cium soluendū: ut supra singula singulis cōgrue referēdo. & in quolibet calu prædictorū bestiæ prædictæ deponi debeāt apud tertiū. æligendum a domino talium bestiarum: casu quo aliqua ratione: uel causa, seu suspitione nollet eas interim relinquere penes conductorē: durantibus respectiue terminis supradictis sub eadem pena librarum xxv cuilibet cōtra facienti auferenda: & pro dimidia cameræ communis Pistorii applicanda: pro quarta rectori illam de facto effectualiter exigenti: & pro residuo parti: aduersus quam fuerit contrafactum. ¶Et si acciderit aliquem ex dictis tri bus ciuibus infra annum prædictum decedere: uel longa absentia: aut alio impedimento legiptime impediri ab executione sui officii prædicti in cau sis supradictis: aut iurari suspectus in cognitione: & decisione alicuius ex di ctis causis per aliquam partem habentem aliquod interesse in aliqua quæ stione: uel lite: ut supra coram eo occasione prædictorum uertente: in quo libet casu prædictorum Magnifici domini Priores & Vex. iustitiæ: uel eorū locum tenentes prædicti teneantur: & debeant immediate post habitā no titiam de prædictis: alium ciuem loco talis defunti: absentis uel impediti p residuo temporis dicti anni per eorum legiptimum partitum substituere: & subrogare: & similiter loco suprascripti suspecti alium constituere pro deci sione tantūmodo illius causæ: pro qua: seu in qua iuratus extitit suspectus: ut supra: & non ultra: singula singulis cōgrue referendo sub pena prædictis facere debētibus tales ælectiones tam de mense decembris quolibet anno: q̄ mediis tēporibus & causis suprascriptis scutorum quinq; auri pro quolibet & qualibet uice cessauerint ab obseruantia prædictorū de eorū salario ausc renda ad opus cōmunis Pistorii: in quam similiter incurrat cancellarius cō munis Pistorii pro tēpore existens qui prædicta executioni mandari non procurauerit. ¶Et quicquid per duos ex dictis tribus ciuibus etiam alte ro absente & inrequisito: uel præsente: & contradicente factum: & senten tiatum fuerit: ualeat: & teneat: & executioni mandetur: ac si omnes tres in concordia sententiauerint: & lites determinauerint.

De etate legiptima & obligatione minorum & consensu maio, rum pro bonibus: & restitutione in integrum. Rubrica xx.

ETas decem & octo annorum cōpletorū cuilibet sit: & esse intelligatur legip tima ætas: naturalis uigintiquinq; annorum cōpletorū. ¶Quodlibet iu ramentū præstitū: seu præstandū in futurū per aliquā personā minorē decē octo annorū super contractibus: obligationibus: alienationibus: & dimi nutionibus rerū suarū uel super aliquo prædictorū: & quodlibet suramētū præstitū, seu in futurū præstandū per aliquā mulierē cōstante matrimonio sup aliqua obligatione: uel alienatione alicuius fundi dotalis, seu obligati ad dotes generaliter, seu specialiter, seu sup cōsensu obligationis ipsius fundi

seu super liberatione alicuius debiti dotis, seu super diuidendo ius solidi inter debitores dotis: seu circa aliquod prædictorum nullo modo ualeat: nec obseruetur: tanq̃ præstitum: & factum per dolum: fraudem: & metum: & in cõtrarium nulla possit fieri probatio: nisi tale iuramentum præstitum fuerit coram operariis operæ sancti Iacobi apostoli uel maiori parte ipsorum: etiã aliis absentibus & inrequisitis: uel defunctis: uel contradicentibus: & corã uno legista iudice uidelicet collaterali domini Potestatis: & coram patre talis minoris uel mulieris: uel procuratore dicti patris ad hoc specialiter constituto: & si patre careret: coram curatore talis minoris uel mulieris: in quo casu possit dari curator specialis tali mulieri etiam maiori: ipsis operariis: & patre uel procuratore patris: seu curatore ad sancta dei euangelia tactis corporaliter scripturis iurantibus: & exprimentibus se credere causam: propter quam dictum iuramentum præstitum fuisse ueram: & utilem tali minori: uel mulieri: quam causam exprimere debeant. ¶ Et notarius qui de tali instrumento fuerit rogatus etiam de dicta solemnitate: & expræssione conficiat instrumentum: & similiter iuret: & exprimat: & si aliter conficeret instrumentum, nulla fides ei adhibeatur, & nihilominus talis notarius prædicta non obseruans puniatur in libris centũ den. pro qualibet uice. ¶ Nulla persona decem octo annorum possit in integrum restitutionem petere occasione alicuius lesionis, uel grauaminis, uel alia quacunq; de causa contra aliquam sententiam, uel processum factum in causa principali, uel appellationis post sententiã diffinitiuã quæstionis principalis, uel appellationis. ¶ Et si per iudicem appellationis prima sententia fuerit confirmata, uel pronunciatum in causa appellationis tempora fuisse decursa, tunc dictus iudex appellationum teneatur dictam sententiam executioni mandare, non obstantibus aliquibus petitionibus, uel exceptionibus maxime restitutionis in integrum, uel nullitatis, nisi esset exceptio finis, transactionis, pacti, uel solutionis, quæ reperiretur esse facta, postq̃ sententia transierit in rem iudicatam, de quibus uel aliquo eorum appareret per publicum instrumentum. ¶ Et minores & mulieres extra territorium non possint iurare & tale iuramentum præstitum per talem minorem aut mulierem non ualeat, saluo q̃ ea quæ dicta sunt ad ualidationem alienationis fundi dotalis, locũ habeãt, si tempore alienationis prædictæ supererint in bonis uiri tot bona, quæ sufficiant ad satisfactionem ipsi mulieri talis dotis, secundum formam statuti infra positi Rubrica de consen. & oblig. muli.

De cõtractu prohibito fieri cũ malegerẽtib⁹ facta sua. Rub. xxj.

AD petitionem fratris: patris: cõsanguinei alicuius: qui male gereret negocia sua comparentis coram domino Potestate uel eius iudice collaterali ipsum talem malegerentem facta sua: præfatus dominus Potestas: & iudex teneãtur facere banniri per bannitorem communis Pistorii in locis consuetis dictæ ciuitatis: q̃ nullus mutuet: uel contractum faciat: uel obligationem cũ tali persona: quæ diceretur male gerere facta sua: ut supra: et dictum bannũ duret per unum annum tantum: & scribatur per notarium operæ sancti Iacobi Apostoli in registro instrumentorum dictæ operæ: quem dicti

operarii

operarii teneantur facere, pro dictis bannis scribendis & reassignandis: & notarius copiam faciat cuilibet petenti, & dicti operarii dictum librum reassignare teneantur successoribus corundem: qui similiter scribi faciant in eo dicta banna: in quo apponantur anni domini: mensis, dies: & inditio quando dictum bannum factum fuerit: & nomen notarii, qui illud scripserit, & si bannum prædictum non scriberetur in dicto libro infra tertiam diē postq̄ missum fuerit: dictum bannum pro nullo habeatur, & nullius sit effectus. ¶ Sufficiat tamen dictum bannum fieri ad petitionem patris tantū, & si patrem non haberet, sufficiat fieri ad petitionem fratris tantum una cū alio ex proximioribus talis male gerentis negocia sua, & si duos fratres non haberet possit fieri ad petitionem duorum ex proximioribus suis. ¶ Et q̄ talis persona male gerat negocia sua quantum ad prædicta pro plena probatione habeatur sacramentum patris, fratris, & talis coniuncti seu coniunctorum cum duobus testibus de publica fama deponentibus sine citatione partis. ¶ Et contractus factus, & debitum factum contra formam dicti banni non ualeant, & pignora restituantur, non obstante in prædictis statuto de præcepto guarantigiæ, & quilibet cōtrafaciens ipso iure amittat tale mutuum, & omne ius quæsitum ex contractu, uel ex obligatione, & compelli possit ad rescissionem & cassationem talis instrumenti, & cuiuslibet scripturæ factæ.

De credēcijs nō faciendis filijs familias. Rub. xxij.

STatuimus q̄ nemo de ciuitate Pistorii uel de suo districtu de cetero faciat, uel fieri faciat aliquam credentiam, uel præstantiam alicui filio in patria potestate constituto, & non dum a patre diuiso, nec pagatorem ab eo super hoc recipiat: nec ipsum filium principalem debitorem, nec constitutorem uel fideiussorem super hoc recipiat. ¶ Sed de filiis non diuisis a patre & in patria potestate constitutis excipimus filios, qui sunt iudices, milites, medici, notarii, mercatores, campsores, seu cambiatores, qui sunt uel fuerint, nisi fuissent remoti a patribus a mercantia ante mutuum sibi factum quibus exceptuatis credentia, & præstantia fieri possit sine consensu patruū, quæ omnia locum habeant in mutuis, & in omnibus aliis obligationibus, & contractibus. ¶ Et filiifamilias pro affictibus, laboreriis terrarum, & pēsionibus possint obligari: & obligentur: & in omnibus: & singulis contractibus: & quasi cōtractibus: promissionibus: & stipulationibus: quas facient cum cō mune Pistorii: uel eius sindicis: uel alio rectore uice: & nomine dicti communis: obligentur: itaq̄ quantum ad prædicta præsens capitulum non habeat locum. ¶ Et filiifamilias laboratores terræ in omni contractu obligentur: sicut obligantur publici mercatores: & filiifam. in omni contractu facto: & faciendo intelligantur esse: & sint obligati post mortem eorum patris: itaq̄ efficaciter: & insolidum teneantur: postq̄ fuerint sui iuris: & hoc habeat locum in præteritis: & futuris. ¶ Et siquis filiusfam. ætatis ultra decem octo annorum fecerit aliquod exercitium circa aliquam artem: & illa occasione cōtraxerit debitum non excedens summam xxv librarum: possit ipse filiusfam. pro dicto debito conueniri: non obstante q̄ non interue-

nerit cõsensus patris: quæ intelligantur de filiosam. qui stat ad aliquod exercitium cum aliquo magistro. ¶ Et quilibet intelligatur mercator: qui principaliter: uel ut socius retinebit apotecã apertã ad aliquã artẽ uel mercãtiã.

De tutoribus dandis & inuentario faciendo. Rubrica xiiij.

STatutum & ordinatum est: ꝙ Potestas: & quilibet Iudex causarum ciuiliũ communis Pistorii teneatur: & debeat ad requisitionem cuiuslibet pupilli uel pupillæ: seu pupillorum: siue pupilli sint maiores infantiæ: siue minores: si ipsi pupillo uel pupillis non fuerit relictus tutor testamentarius: uel fuerit relictus minus solennis: si tutor relictus se legiptime excusauerit ipsis pupillis uel pupillo dare propinquiorem: seu proximiorem conuenientem tamen pupillo: uel meliorem: quem habere potuerit: nisi haberet excusationem legiptimam. ¶ Saluo ꝙ si mater recusauerit tutelam: non possit esse tutor pater: uel mater: uel frater carnalis: uel soror dictæ matris pupilli: quę recusauerit esse tutrix: & faciat dictum tutorem promittere: & iurare secundum formam iuris: & inuentarium facere secundum formam præsentis capituli: & faciat eum idoneam cautionem præstare: nisi fuerit tutor testamentarius: qui duntaxat satisdare non teneatur: ¶ Qui tutor teneatur infra unum mensem: postquam datus fuerit tutor: & tutor testamentarius: postq̃ sciuerit se relictum fore tutorem: nisi se legiptime excusauerit: infra eundem terminum diligenter perquirere: & inuestigare bona: & iura pupilli: seu pupillorum: & de ipsis solemniter inuentarium facere: in quo ponantur libri rationum defunti: cui succedat pupillus: siquos habuerit: declarando quot sunt libri: & cuius qualitatis: & quot quaternorum est quilibet libro: & sub quibus annis sit scriptus: & quomodo incipiat: & finiat. ¶ Et teneatur tutor prædictus dictum inuentarium facere registrari per cancellarium communis Pistorii: qui pro tempore fuerit: in uno libro pecudino: in quo talia inuentaria describantur: qui stare debeat in dicta cancellaria: & inde anoueri non possit: qui cancellarius pro tali descriptione petere possit usque ad solidos triginta: & non ultra: & si contigerit eleuari copia ciusdem: debeat accipere solidos duos pro qualibet carta: & si dictus tutor omiserit facere registrari: ut supra: incidat in penam librarum uiginti octo denarium. cuius penæ medietas sit communis Pistorii: & altera rectoris illam exigentis: & ad hoc ut tutor admittatur ad agendum: debeat fidem facere: ꝙ posuerit inuentarium in dicta cancellaria registratum. ¶ Et notarii: qui confecerint instrumenta uidelicet testamenta: & dispositiones: in quibus tutelæ relinquuntur teneantur infra decem dies post obitum testatoris: seu disponentis denunciare tali tutori personaliter: uel ad domum: quomodo relictus est in tali ultima uoluntate tutor talibus pupillis: de qua denunciatione faciat fieri publicum instrumentum expẽsis defunti seu pupillorum. ¶ Qua descriptione facta talis tutor ad instantiam cuiuslibet propinqui uolentis intelligere rationem pupillorum teneatur quolibet anno reddere rationem potestati: & eius Iudici: & tali propinquo: uel propinquioribus: & dare eis scripturas seu rationes exemplatas: & ipsis scripturis: & rationi reddite credatur: & ste

tur

tur contra ipsum tutorem: & si potestas: uel Iudex inuenerint ipsum tutorē in fraudem de administratione: faciat eum emendare damnum duplum: & ab administratione cessare: & reddere scripturas rationum: & inuētarium: & alii tutores dentur. ¶ Quæ quidem omnia: & singula debeant inuiolabiliter obseruari: nec possint: uel debeant quoquo modo remitti per testatorem: uel a dictis tutoribus: uel a iudice prætermitti: sub pena librarum quinquaginta den. cuilibet tutori contrafacienti: si in prædictis uel aliquo prædictorum fraudem: uel malitiam commiserit: & nihilominus de officio expellatur: & librarum uigintiquinq; iudici cōtrafacienti. ¶ Et quæ dicta sunt circa confectionem inuentarii: & rationem reddendam locum habeāt, & seruent in quolibet curatore generali dando quibuscunq; & cuiuscunq; bonis: præter q̄ ad lites:

Quod tutores & curatores testamentarii eorum debita non amittant. Rubrica xxiiij.

QVicunq; est: uel fuerit tutor testamentarius: uel curator alicuius minoris: qui recipere: uel habere debuerit a patre talis minoris: uel eius antecessoribus: antequam tutor esset relictus in testamento: uel datus: talis tutor: uel curator suum creditum nō amittat: nec eo fraudetur: ex eo q̄ tutor uel cūrator extiterit: & quilibet possit dare tutores: uel curatores pupillis: uel adultis: seu coniunctis per lineam masculinam: non obstante: q̄ talis cōiunctus fuerit creditor: uel debitor quondam patris talis pupilli: uel adulti: creditis & debitis in sua firmitate durantibus. ¶ Et quilibet officialis communis Pistorii teneatur sub uirtute præstiti iuramenti defendere: cōseruare: & manutenere sententias: tenutas: & insolutum dationes datas: & dandas in cōmodum siue fauorem pupillorum quandocunq; contra bona: & res ipsorū tutorū occasione rationis administrationis reddendæ tutelæ ipsis pupillis: & contra quemcunq;: non obstante aliqua sententia posteriorum creditorum talium tutorum: uel tenutam: seu possessionem concessam talibus creditoribus.

De executione fienda contra tutores uel curatores qui habuerint de bonis pupillorum. Rubrica xxv.

QVilibet tutor: curator: actor tutoris: uel curatoris alicuius minoris: qui se pro tutore: uel curatore gesserit: qui habuerit: uel receperit: uel qui confessus fuerit habuisse: uel se recepisse: uel penes se habere aliquā pecuniæ quātitatem: bona etiam mobilia: uel immobilia: uel res aliquas de bonis: & rebus spectantibus & pertinentibus ad eorum minores: ad quorum probationem: & iustificationem sufficiat apparere publicum instrumentum sine aliqua productione mandati tutelæ: uel curæ: uel alterius iuris: nisi de ipsis appareret quietatio: & remissio facta per ipsos minores ipsis tutoribus: uel curatoribus: uel eorum heredibus: possint cogi & compelli summarie: & de plano: realiter: & demum personaliter elapsis quindecim diebus sibi assi-

gniandis ad reddendū rationē dictæ administrationis: & ad reliqua restituendum per Iudicem competentem ad instantiam dictorum minorum tunc & postea maiores factorum: eo modo: quo fieri possit executio contra procuratorem aliquorum: qui procuratorio nomine confessus fuerit: se aliquid habuisse: & ad liberationem actoris sufficiat quietatio facta per tutorem: uel curatorem durante tutela: uel cura: pro prædictis tamen non fiat præiudicium tutoribus testamentariis a ratione reddenda in ultima uoluntate releuatis.

De tutore vel administratore: administratorio nomine credita hereditatis exigente. Rub: xxvj.

TVtores: curatores: uel administratores: uel se pro talibus gerentes fratrum: uel aliarum personarum: quibus hereditas uel successio delata fuerit communiter cum ipsis fratribus: uel aliis personis tutorio: uel curatorio nomine debita exigentes tanq̄ a debitoribus hereditariis: uel alios actus: qui citra ius: & nomen heredis fieri non possunt: facientes: sint: & esse intelligantur pro parte sibi delata heredes: & successores dictarum personarum defunctarum: & conueniri: & executioni mandari possint realiter: & personaliter eo modo: quo persona defuncta poterat: quemadmodum si nomine proprio pro parte sibi delata hereditatem: uel successionem agnouisset per publicū instrumētum: nec eis opituletur repudiatio dictæ hereditatis: uel successionis sub nomine proprio aliquo modo facta.

Qualiter coniuncti possint capi facere coniuncto male conditionis. Rubrica xxvij.

SI filius: uel nepos emancipatus a patre: uel non: parentes suos: uel auum paternum inquietauerit faciendo eis: uel alicui eorum aliquam iniuriam uel molestiam dicto: uel facto: uel turpem uitam gesserit ludendo: & utēdo in tabernis cum inhonestis personis: & non obediendo alicui ex dictis parētibus: uel auo: Potestas: Capitaneus: seu Commissarius: & quilibet ipsorū Iudices ad causas ciuiles deputati: & ipsorum quilibet teneantur: & debeāt talem filium: uel nepotem: etiam spurium: ad petitionem patris: uel aui prędicti in carceribus detineri facere: ubicunq; pater: uel auus uoluerit: etiam in alio loco quousq; ad obedientem uitam redierit: & quod de nepote dicitur: non uendicet sibi locum in nepote uiuente patre suo emancipato: & si filius uel nepos prædicta differetur: credatur: & stetur de prædictis iuramento patris: uel aui. ¶ Et omnes: & singuli de ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii habentes de eorum domo: uel stirpe aliquem sibi cōiunctū, etiam spurium: malæ conditionis: uel uitæ in quocunq; statu: dignitate: uel habitu existentem: possint ipsi coniuncti usq; in tertium gradum inclusiue: siue duo ex eis: si pater non uiueret: capere: & capi facere: & in fortiam communis præsentare: seu præsentari: poni: uel mitti facere in carceribus dicti communis Pistorii talem coniunctum: & si aliqui infra dictum tertium gradum non extarent: eo casu duo ei magis cōiuncti idem facere: & fieri facere

possint

possint de tali malæ conditionis: uel uitæ. ¶ Et dictus potestas: & eius Iudex & usarum ciuilium: & quilibet eorum teneantur: & debeant talem coniunctum ad petitionem dictorum duorum cõiunctorum facere capi: & carcerari: & non permittere relassari: etiam si pater: uel alii coniuncti uellent absq; licentia speciali eorum: qui eum ceperunt: uel capi fecerunt: sub pena lib. mille cuilibet contrafacienti pro uice qualibet auferẽda: facta semper fide summaria saltem per quatuor testes bonæ uitæ: & famæ: uel per inquisitionem reperto cum dicto tali numero testium: q; dictus talis sit malæ conditionis: & uitæ: & in quolibet casu prædictorum tales coniuncti capiẽtes: uel fieri capi operantes teneantur: & debeant dare: & soluere tali carcerato solidos tres pro qualibet die pro sibi fiendis expensis: casu quo carceratus ipse de suo uiuere non possit.

De rerum diuisione. Rubrica xxviij.

SIquis possederit per se: uel autorem suum rem aliquam immobilem communiter cum alio: uel pluribus cum titulo per sex menses: uel etiam sine titulo per se: uel autorem suum spacio quatuor annorum: de prędictis possit interrogare consortes: qui si infra quinq; dies utiles fuerint confessi uiontm: & pro qua parte: in continenti possit: & debeat fieri diuisio altero postulãte. ¶ Si autem negauerit: uel non respondiderit infra dictum terminum: procedatur iudicio ordinario: & sententia lata super communione: & diuisione inde facta executioni mandetur: saluo iure cuilibet in petitorio iudicio: & talis negans rem ualoris librarum centum & ab inde infra contrario probato: condamnetur in libris quinquaginta: & si negaret rem ualoris librarum centum & ab inde supra: condemnetur in libris centum per iudicem causæ tempore ferendæ sententiæ in causa diuisionis absq; aliqua solemnitate seruanda. ¶ Minores uero: & eorum legiptimi administratores possint diuisionem petere a consortibus: & ipsi ad diuisionem cogi modo & ordine in præsenti statuto expressis. ¶ Et habenti rem propriam iuxta ipsam communem: portio contingens eidem debeat assignari in diuisione contigua prope habenti: habenti uero plures partes in re communi: assignentur ambæ contiguæ sine aliquo medio: habita tamen ratione melioritionis: seu ratione melioramenti in quolibet casu suprascriptorum. ¶ In diuisione uero domus: seu alterius ædificii fiat diuisio: ita q; quælibet pars sit habitabilis: si uero fieri non possit: habens minorem partem habenti maiorem emere uolenti uendere cogatur: habens uero maiorem partem emere nolens: uendere cogatur habenti minorem partem: & emere uolenti: si autem noluerit emere: uel ambæ partes sint æquales: tota res integra adiudicetur uni pro præcio alteri parti portionis sibi contingentis in suprascriptis casibus idoneo declarando: habito consilio cum uicinis arbitrio iudicis. ¶ Si uero plures domus: uel aliæ res immobiles sint communes inter plures consortes: uel possiderentur communiter: quilibet possit alium consortem mediante iudicis officio cogere ad eligendum amicos communes unum: uel plures secundum eorum concordiam infra tertiam diem a die petitionis ad

diuidendum: qui amici communes electi cogantur acceptare: & diligenter inquirere partes cuiuslibet: & diuisionem facere secundum: q; melius: utilius: & conueniens eorum diligentiæ uisum fuerit: & partes contiguas assignare cuilibet: uel uni in totum adiudicare refundenda extimatione ab eo: cui adiudicatum fuerit. ¶ Et cuilibet domui: uel rei assignetur uia: seu introitus: si hoc possibile fieri poterit: habita tamen ratione melioramenti: nulla temporis præscriptione quantumcunq; diuisionem impedire ualēte. ¶ Omniaq; agitata: stabilita: & diuisa: ac terminata per suprascriptos amicos communes inuiolabiliter executioni mandentur: omni appellatione: nullitatis exceptione: defensione: officio iudicis: & obstaculo quolibet alio remotis. ¶ Nullus autem consortium compelli possit ad diuisionem faciē dam ante sibi solutas: & restitutas expensas: quas fecisset in cōstructione: uel melioramento alicuius rei communis necessarias: uel utiles: de quarum necessitate: utilitate: & quātitate: si discordia fuerit: declarationi trium amicorum communium per ipsos consortes eligēdorum: ut supra: stari debeat. ¶ Et in domo diuisa: uel ædificio clausuram necessariam: & sufficientem ad sustentationem lignorum: & onerum: & loco clausuræ de assidibus: uel simili materia teneatur consors facere de muro sufficienti: uel saltem ex mactonibus: & calce consecto expensis communibus pro rata infra tres menses post requisitionem: uel præceptum sibi factum: & negligens facere infra prædictum tempus: ultra compulsionem ad faciendum dictum murum siue clausuram: condemnetur in libris uiginti quinq: nisi talis negligens fuerit pauper: de cuius paupertate stetur dicto duorum uel trium uicinorum illius loci: in quo peteretur fieri dictus murus.

De diuisione inter patrem & filium. Rubrica .xxix.

STatutum: & ordinatū est: q; si pater diuisus est a filio: uel diuiserit eum plena uoluntate: teneatur partes habere firmas.

De obseruandis pactis domorum. Rubrica xxx.

OMnia pacta præsentia: & futura publice scripta inter ciues ciuitatis Pisloriī: & forēles: & inter quascunq; personas ciuitatis comitatus: & districtus eiusdem de turribus: & domibus: uel earum successione perpetuo firma: & stabilita permaneant: & quilibet officialis ea obseruet: & obseruari faciat: prout in publica documenta scripta essent: non obstante aliqua exceptione uel alicuius temporis præscriptione. ¶ Et potestas teneatur in prædictis procedere summariæ: & de plano: sine strepitu: & figura iudicii: saluis sentētiis hactenus latis de aliqua turri: uel occasione alicuius commissionis: & saluo eo: quod disponitur de dote: & donatione restituenda: & prædicta extendantur ad præterita: & futura.

De phibita

De prohibita alienatione rei communis inrequisito consorte. xxxj.

NVlla persona debeat alienare: uel cõcedere: uel acquirere inter uiuos aliquã rem immobilem communem cum aliqua persona consorte: uel aliquam rẽ immobilem iuxta aliquam personam muro communi mediante tenens: uel in eam usum fructum: usum: uel habitationem aliquo titulo inter uiuos cõcedere: uel acquirere: nisi: qui alienare uoluerit: compareat corã Iudice causarum ciuilium: & prius: & ante omnia dixerit se uelle alienare talem rem: uel ius: & ꝙ paratus est potius consorti suo: q̃ aliis alienare: & eundem consortem requiri faciat ad dicendum: utrum uelit acquirere: & ei prædicta notificet: in qua notificatione: seu requisitione talis Iudex terminũ unius mẽsis statuat tali requisito: si fuerit in ciuitate comitatu: & districtu Pistorii: & si fuerit absens a dicta ciuitate: comitatu: & districtu assignet ei ultra dictũ mensem: prout ipsi iudici uidebitur secundum loci distantiam: qua requisitione seu notificatione facta talis res medio tempore alienari non possit: & si alienata fuerit: alienatio non teneat ipso iure. ¶ Et si talis requisitus cõparuerit infra terminum assignatum dicens se uelle emere: uel acquirere: & fuerit in concordia de prætio talis rei: uel iuris cum suo consorte: eo casu teneatur: & debeat talem rem: seu ius ipsi consorti comparenti pro prætio suprascripto conuento uendere: uel concedere per publicum instrumentum de iure uallandum: & roborandum cum idoneis fideiussoribus: & clausulis oportunis: si autem de prætio concordes non essent: declaretur prætiũ per tres amicos eorum communes: uel duos ex eis: altero etiam absente: & inrequisito: per ipsas partes eligendos: & ad eorum electionem cogendas: ipsiq; electi declarare cogantur a Rectore, & seu Iudice coram quo quæstio erit: & pro ipso prætio declarato uenditio: & concessio fiat tali consorti per publicum instrumentum: ut supra nullo habito respectu ad prætium in prima emptione contentum: quod prætium solui faciat. ¶ Et quicunq; alienauerit aliquam rem communem: ut supra: non facta tali notificatione: & requisitione iuxta formam prædictam: incidat: & incursus esse intelligatur in penam ad rationem librarum uiginti pro quolibet centenario prætii rei, uel iuris uenditi applicandam pro dimdiia tali consorti: cui nõ fuerit sic notificatio facta: pro quarta parte communi Pistorii: & pro reliqua Rectori illam exigenti: & ipsam penam uenire facienti locis: & personis prædictis. ¶ Et si alienatio facta fuerit qualicunq; modo in personam non subditam in ciuilibus ciuitatis Pistorii iurisditioni: non ualeat: neq; teneat: nisi esset facta donatio etiam in præmium emancipationis saltem per annos tres præcedẽtes sub eadem pena & applicatione. ¶ Siqua uero alienatio facta fuerit cõtra formam prædictam: compellatur notarius: qui de tali alienatione rogatus fuerit: copiam alienationis: seu instrumenti exhibere tali consorti redimere: seu acquirere uolenti. ¶ Qui consors talem rem alienatam possit petere ab illo: qui emerit: sibi uendi: & concedi infra tempus trium annorum tantum: numerandorum a die notificationis factæ per alienantem: uel acquirentem ipsi tali consorti: pro iusto prætio statuendo ut supra: ad quã

uenditionem faciendam talis acquirens infra tempus prædictum remediis iuris: quibus supra: omnino compellatur & dictis tribus annis elapsis aliquo modo talem rem alienatam: uel ius uigore præsentis statuti: recuperare non possit. ¶ Et idem intelligatur de patronenis ut supra dictum est de re communi. ¶ Et dominus Potestas: & eius Iudex cautarum ciuilium supradictam uenditionem: & omnia: & singula supradicta fieri facere teneatur infra quindecim dies a die petitionis: sub pena uiginti quinq; librarum aliquo ordinamento in contrarium non obstante: omnibus iuris remediis: etiam incipiendo a captura personæ. ¶ Quilibet insolutum accipiens aliqua bona immobilia communia existentia iuxta aliquam personā muro communi mediante: ut prædicitur: teneatur: & debeat talia bona uendere eius consorti emere uolenti pro competenti præcio: ut supra dictū est: statuendo: & procedendo. ¶ Et intelligatur esse consors: quicunq; habet seu tenet murum communem cum alio: & in omni casu prædictorum præferantur habentes maiorem communionem. ¶ Emptor autem: qui rem immobilem per eum emptam promisisset: uel conuenisset reuendere uenditori: uel alii personæ infra certum terminum in instrumento dictæ emptionis contentum: dicto termino elapso non teneatur ipse: uel eius heres reuendere nec possit pro ea: uel eius fructibus molestari: uel grauari: nisi persona, cui deberet fieri talis reuenditio: infra dictum terminum petiisset sibi talem rem reuendi: & præcium deposuisset in pecunia numerata: penes quem Iudex deponendum esse mandauerit: & ille: qui contra prohibitionem prædictam emit, uel acquisiuit, & coactus est reuendere, uel reconcedere: teneat solum pro suo dato: & facto, & cædere iura, quæ habeat occasione prædicta.

De casis non alienandis. Rubrica xxxij.

STatuimus. q; nemo de ciuitate. comitatu, aut districtu Pistorii alienet, uel uendat, nec pignoret, nec det aliquo titulo, nec donet alicui partem suam casæ in totum uel in partem aliquam, quam habet communem cum fratribus uel aliis consortibus, uel alia quacunq; persona, seu personis, si fratres uel cōsortes, uel alia persona, uel personæ partem habentes in ea uoluerint emere pro tali quantitate, quam ab alio consequi posset, extimanda per amicos cōmuniter eligendos dummodo non emat eam in fraudem, causa dandi eam alii personæ, & si dubitatio emerserit de præcio, stetur dicto, & relationi amicorum eligendorum ut supra. ¶ Si uero illam fratres uel cōsortes uel aliæ personæ habentes partem in ea: noluerint emere: inde ad unum mensem post responsionem, si præsentes fuerint: illam det cuicunq; uoluerit: dummodo non det eam manifesto inimico consortis: uel habentis partem in ea. ¶ Absenti uero detur spacium sex mensium: & requirantur absentes in cōuicinia eorum: ubi habitare consueuerunt: publice: & palam per publicum tubicinem alta uoce: sed liceat fratri adiudicare sorori: nepoti: uel nepti ex filio: uel ex filia: uel ex fratre: uel sorore. Et e conuerso possit etiam pater: mater & soror dare in dotem filiæ: nepoti: & sorori partem suam: & liceat cuilibet de consortibus non habentibus filios, uel filias legare in sua ultima uo

luntate

luntate cuilibet ſuam partem domus extimatam: & conſors: ſeu conſortes ipſius domus: & alia quæcunq; perſona: uel perſonæ parrem habentes in ea teneantur ipſam extimationem præſtare: ſi uoluerint: alioquin pars domus cui extimatio fuerit relicta: præſtetur: non obſtante præſenti capitulo. ¶ Et conſortes ipſius caſæ intelligimus non ſolum illos qui ſunt parentes: ue ꝑ pinqui habentes in ipſa caſa partem: ſed etiam illos: qui habent: uel facere uc iunctam caſam ſimul unicis trabibus: & columnis. ¶ Idem ſit de caſamentis indiuiſis: & de terreno ſiue curia communi ubicunq; eſt in ciuitate: aut comitatu Piſtorii. ¶ Et ſi contra hoc capitulum factum fuerit præteritis temporibus quãdocunq; Poteſtas: & Iudex caſarum ciuilium: & quilibet eorum reſcindi faciat: & rem dari conſorti: & alii cuicunq; perſonæ: uel perſonis habentibus partem in ea pro eodem præcio: pro quo uendita erat: ſi eam emere uoluerit: quam emptionem ipſe cõſors: & quelibet alia perſona partem habens in ea faciat infra menſem poſt reſciſionem ipſius cõtractus, alioquin ipſe Poteſtas: & quilibet Iudex caſarum non teneatur eidem conſorti dari: uel uendi facere: ſeu alii perſonæ cuicunq; ſaluis pactis: & conditionibus intra conſortes: & alias perſonas prædictas habitis: & omnibus inſtrumentis in caſa communi. ¶ Si uero alienatio fiat aliter: q̃ titulo uenditionis: reſcindatur: alienatio: & reducatur in priſtinum ſtatum. ¶ Et ſi emptor poſſederit aliqua ex dictis bonis ſciente conſorte in totum: uel in partẽ per decem annos: conſors aliquis: uel aliqua perſona prædicta cõqueri nõ poſſit: ut contractus ipſe reſcindatur: nec reſcindi debeat. ¶ Saluo q̃ in domibus contiuntis de unicis trabibus: & columnis: & de unicis trabibus tantum: habeat locum præſcriptio trium annorum tantum: poſt quos nõ poſſit reſcindi contractus. & habeat locum in præteritis præſentibus: & futuris contractibus. ¶ Et idem dicimus obſeruandum eſſe in omnibus: & per omnia in datione in ſolutum fienda. ¶ Et idem in foretaneos diſtrictus Piſtorii. ¶ Et illud idem fiat de terris. & obſeruetur tam in ciuitate: q̃ in comitatu Piſtorii: quotieſcunq; uicinus habens terram iuxta illam cõfinet cum ipſa terra uendẽda a duobus lateribus dictæ terræ: uel pluribus partibus: ſi dominus talis terræ uendere eam uoluerit: & in tali caſu habentes plures confines ad dictam terram cæteris præferantur: & confinans etiam ab uno: uel pluribus lateribus præferatur non confinanti. ¶ Hoc declarato: q̃ ſi per emptorem: uel illum: cõtra quem reſciſſio peteretur: uel eius autorem: factæ fuerint in tali domo: uel bonis aliquæ expenſæ: ſeu melioramẽta: ipſæ expenſæ: & melioramenta extimentur arbitrio magiſtrorum per dictum Iudicem eligendorum: & ei cum præcio ſoluantur.

cõfinãs

De contractibus puberum petentium partem ad gaudimentum. Rubrica xxxiij.

ORdinamus: q̃ puberes maſculini ſexus a quatuordecim annis ſupra poſſint petere partem ad gaudimentum a fratre: uel fratribus: uel conſortibus & Poteſtas teneatur diuiſionem fieri facere: & firmam: & ratam haberi uſq; ad legiptimam ætatem: dentur tamen ipſis talibus puberibus curator ſeu curatores prouiſuri eorum bonis.

De precepto guarantigie. Rubrica xxxiiij.

OMnes: & singuli notarii: & iudices ordinarii tam de ciuitate: comitatu: uel distrectu Pistorii: q̄ etiam aliunde: rogati conficere aliquas scripturas: uel instrumenta publica possint: & eis liceat facere præceptum guarantigiæ de debito: uel re contenta in talibus scripturis: uel instrumentis in hunc modum uidelicet præcepit SER IOANNES DESIDERII DE FORTIGVERRIS DE PISTORIO CANCELLARIVS DICTAE CIVITATIS: notarius: & Iudex ordinarius. p. uolenti & confitenti q̄ soluat præfatum debitum uel rem prædicto. N. infra terminum in prædicta scriptura contentum, uel q̄ defendat dictam rem: & seu instrumentum: & scripturam: prout in eis continetur, attendat, & obseruet. ¶ Et præfatum instrumentum: & præceptū: seu scriptura guarantigiam continens: ut supra: celebratum & celebrata intra quoscunq; tā in ciuitate Pistorii: q̄ distrectu: & seu ubiq; locorum inter pistoriensem & distrectualem: aut distrectualem & forensem: non obstante pendentia litis in alio loco mota: uel coram quocunq; Iudicæ: post decem dies post terminū in scriptura contentum: & si terminum non habuerit: post decem dies a die requisitionis factæ ex parte Iudicis competentis: ad instantiam creditoris continentis: q̄ soluat debitum: uel rem in ipso præcepto contentam: omnibus iuris remedijs in persona: & bonis: seu rebus: etiam incipiendo a captura personæ: ac etiam pronunciando: & dando tenutam in bonis debitoris: aut quomodolibet obligati: ad uoluntatem creditoris seu recipere debētis: & etiam cessionarii executioni mandetur: & mandari possit: & debeat contra debitorem: fideiussores: & quoslibet alios obligatos principaliter: uel accessorie absq; aliqua citatione. ¶ Et intelligatur principaliter obligatus: si per se: uel procuratorem: aut alium legiptimum administratorem præceptum receperit: uel instrumentum: seu obligationem guarantigiam continētem fecerit: uel ratum habuerit. ¶ Et nulla persona: quæ debitum personaliter non contraxerit: seu præceptum nō receperit: ut supra dicitur: capi: aut grauari possit: nisi fuerit heres: qui post q̄ se heredem fecerit: dixerit: aut allegauerit quoquo modo in aliqua scriptura: aut fuerit conuictus: seu probatus: heredem esse iuxta formam stat. Rubrica de here. conue, uel aliter quomodolibet: possit: & debeat capi: grauari: & contra eum procedi: ac si præceptum guarantigiæ personaliter receperit. ¶ Et contra dicta præcepta: uel instrumenta: scripturas: seu contractus: uel debita: & obligationes etiam guarantigiam non continentes: nec finis: solutio: termini mutatio: aut aliqua in totum: uel in partem satisfactio: simulatio: dolus: uel metus: uel alia exceptio: defensio: nec aliquid aliud possit opponi: obici: aut protestari: uel quoquo modo impugniari: uel fieri p modum actionis officu Iudicis: quo prætata executio: uel satisfactio in totum: uel in partē retardari: differri aut impediri possit: nisi ostensa fuerit ipla scriptura damnata: uel cancellata: uel instrumentum finis: solutionis: capsationis: uel satisfactionis: aut per scripturam manu creditoris: uel alterius personæ pro eo scribentis de eius consensu: & uoluntate: in qua scripta tertiæ personæ sint subscripti duo testes

ad minus

ad minus. ¶Et siquis capi fecerit aliquem debitorem: uel quomodolibet obligatum pro debito: uel occasione alicuius obligationis ex instrumento guarantigiato: uel ex quacunq; causa: & ex quocunq; debito: ex quo iuxta formam statutorum capi possit: teneatur capi faciens dictam capturam scribi facere in actis curiæ: quæ executionem fecerit. ¶Et siquis captus: uel realiter grauatus fuerit: ut supra: uoluerit iustificari: teneatur: & debeat infra decem dies a die facti grauamenti: aut capturæ notificari facere capi: aut grauari facienti per unũ ex nũciis citationũ cõmunis Pistorii: & relationem fieri: facere & scribi manu notarii causarum ciuilium: & aliter: uel post dictos decem dies facta notificatio de iustificando: nõ ualeat: nec debeat per eam impediri dicta captura: aut grauamentum: nec eorum executio: & latisfactio: saluo tamẽ iure in dicto casu tali debitori capto: uel grauato: siquod haberet: intentando in ordinario iudicio. ¶Qua notificatione: & relatione ipsius facta: & scripta: teneatur: & debeat capi: aut grauari faciens capturam ipsam: uel grauamentum iustificare infra duos dies iuridicos a die talis notificationis: & eius relationis factæ: & scriptæ: & præponere: & declarare rem: causam: & quantitatem: pro qua capi: aut grauari fecerit: & producere omnia instrumenta: & iura, quæ uoluerit, & alia omnia facere, & probare, quæ expediunt ad legiptimationem dictæ capturæ, aut grauamenti non sit tamẽ necessaria productio, aut publicatio attestationum infra dictos duos dies iuridicos, dummodo testes de nouo produci non possint ad prædicta, nisi pro parte capti, aut grauati aliquid proponeretur, uel allegaretur, propter quod immineret alicui partium aliqua probatio facienda, quæ sine allegatione, & propositione huiusmodi, non expediebat, quo casu utriq; parti liceat super his de nouo testes producere, & per illos de iure suo probare infra terminum instantiæ competentem. ¶Si uero aliquis diceret se indebite captum, liceat eidem facere depositum in pecunia numerata, uel re, pro qua captus, uel detentus fuerit penes depositarium idoneum arbitrio iudicis iudicandum, & per creditorem eligendum, quem eligere dictus creditor teneatur in continenti, & sine interuallo, & si creditor, uel capi faciens facta citatione de eo legiptime iuxta formam statutorum eligere cæssauerit, eligatur, & eligi possit per iudicem causarum. ¶Quo deposito facto in continenti relassetur, quod depositum non possit aliquo modo staggiri, seu aliqua ratione, uel causa sequestrari, uel impediri, quo minus ad creditorẽ perueniat, statim postquam declaratum fuerit, talem, qui depositum fecerit, capi potuisse, uel libere deponenti restituatur, si declaratum fuerit de iure capi non potuisse, & talis captus relapsari non possit, nisi soluerit debitum, uel deposuerit, ut supra, uel nisi fuerit pronunciatum capi non potuisse.

¶Et iudex dictas quæstiones capturæ & depositi terminare debeat infra tempora causarum executiuarũ incipienda pro ut supra in statuto de mod. proced. in ciuil. & a pronunciatione in fauorem talis capti non possit appellari, uel de nullitate dici, obici, aut aliquid aliud opponi, quin ipsa pronunciatio suum sortiatur effectum, iuri tamen crediti per talem pronunciationem nullum possit præiudicium generari. ¶Et in dicta pronunciatione condemnet uictum uictori in expensis; nisi iusta causa

eum excusaret: quæ exprimi debeat in sententia. ¶ Et si apparuerit dictum captum de iure capi non potuisse: capi faciens per se: uel alium: etiam per generalem procuratorem teneatur soluere dicto capto solidos uiginti den. pro quolibet die: quo steterit dicta occasione intra ferro carcerum detentus: ad quorum solidorum uiginti solutionem cogi possit omnibus iuris remediis: incipiendo etiam a captura personæ in quocunq; loco: etiam in domo propria: & non obstantibus quibuscunq; feriis quoquo modo inductis. ¶ Quibus quidem debitoribus currat præscriptio taciturnitatis quo ad executionem de facto impediendam fiendam: ut supra: per spacium uiginti annorum: nisi infra dictum tempus per Iudicem causarum pronunciata fuerit tenuta contra debitorem: uel eius bona: uel lis mota: aut quærimonia facta: uel citatio: aut contumacia rei accusata: uel præceptū a Iudice factum de soluendo personaliter receperit: de quibus: uel altero prædictorum appareat per acta communis Pistorii manu notarii eorundem scripta. ¶ Et facta captura de aliquo debitore miles socius de ea rogatus ad instantiam creditoris teneatur: & debeat die sequenti misisse tales captos ad carceres stincarum communis Pistorii intra ferros sub pena librarum centum den. pro qua sit suppositus conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ. ¶ Nullus tamen pro aliquo debito cuiuscunq; quantitatis possit in aliqua ecclesia: uel claustro ecclesiæ: nec in domo: aut apoteca suæ habitationis: & residentiæ capi personaliter. ¶ Nec aliqua mulier personaliter capi: uel detineri possit pro aliquo debito uel cõtractu: ad quod teneretur: aut aliquo modo obligata esset: exceptis tamen casibus: in quibus per formam statutorum permittitur posse capi contra formam præsentis capituli: quibus per prædicta non intelligatur derogatum. ¶ Et omnis captura contra prædicta facta sit ipso iure nulla: & captus contra prædictam prohibitionem in cõtinenti relassetꝰ absq; aliqua solutione: non obstãtibus quibuscunq; sequæstrationibus: exceptionibus: appellationibus: aut petitione cõsilii sapiẽtis.

De executione instrumenti conditionalis & eius liquidatione. Rubrica xxxv.

IN pronunciatione: uel immissionis tenutæ cõmissionꝭ nel realis executionis in bonis uigore alicuius instrumenti: uel iuris conditionalis: sufficiat probare: uel constari in tali pronunciatione: uel commissione: uel tempore talis pronnnciationis: uel commissionis liquidare: uel liquidatam facere talem conditionem: uel de tali conditione: uel eius purificatione: seu existentia per iuramentum præstitum tempore talis pronunciationis: uel commissionis sine quauis solemnitate: dummodo postea infra tempus mensis in præcepto de disgomberando: seu intra tempora statuta secundum ordinamenta communis Pistorii: talis conditio liquidetur per probationes faciendas ad iustificationem talis præcepti: uel dictæ immissionis: uel pronunciationis: & ante talem liquidationem: ut dictum est, per probationes faciendam non possit talis immissus capere, nel colligere fructus aliquos in præiudicium, uel contra uoluntatem possessoris talium bonorum.

De reiecta

De reiecta excussione bonorum. Rubrica xxxvj.

NVlla excussio bonorum principalis: uel fideiussorum: seu conreorum debitoris: uel eorum heredum: uel bonorum in aliqua causa: uel quæstione ciuili ordinaria: uel extraordinaria requiratur: sed excussione omissa: & eius exceptione nō obstante: pueniri possit ad conreos: uel fideiussores: uel alios obligatos: uel extraneos bonorum possessores: & ea opposita non retardet uel retardare possit iudicium seu processum.

De oblatione bonorum. Rubrica xxxvij.

CVm offerre de bonis ob minimas quantitates plurimum creditoribus sit damnosum: statutū est: q̄ nulla persona possit offerre de bonis prætextu alicuius obligationis librarū quinquaginta den. uel ab inde infra: & teneatur quilibet debitor quantitatis librarum quinquaginta: uel ab inde infra soluere in pecunia numerata: & non in alia re contra uoluntatem creditoris: uel recipere debentis: & sic compellatur per Iudicem causarum ciuilium communis Pistorii: & a dicta quantitate supra possit quilibet debitor suo creditori offerre bona: & creditor: si sibi placet: de illis accipere p̄ iusto prætio: sed tamen propterea aliqualiter cogi non possit.

Quod debitor debitoris non possit grauari nisi certo modo. Rubrica xxxviij.

INcuria: seu per curiam: officialem: nuncium: uel famuliam curiæ: seu officialis uniuersitatis mercatorum: seu mercantiæ ciuitatis Pistorii: seu per aliquē alium rectorem: seu officialem communis Pistorii ad petitionem alicuius: qui se diceret creditorem creditoris cuiuscunq; alterius personæ: ipsa talis p̄sona nequeat aliquo modo: iure: uel causa personaliter detineri: nisi prout: & secundum quod posset ad petitionem sui creditoris: & hoc demum: & ela psis primo quindecim diebus a die requisitionis eo modo: & forma quo capi posset ad petitionem sui creditoris: dummodo prędicta uendicent sibi locum in & pro iuribus exequibilibus: & pro omni alio debito liquidando: ante q̄ grauetur debitor debitoris: & liquidato secundum formam statutorum: & non aliter: & prædicta intelligantur etiam locum habere: & procedere in grauaminibus realibus. ¶ Teneatur tamen talis requirens requisitionem: & interpellationem ipsam esse factam notificare: seu notificari facere suo debitori tempore factæ requisitionis: alias dicti quindecim dies nō currant: & quicquid in contrarium fieret: sit ipso iure nullum.

Quod principalis possit conueniri a fideiussore post terminum. Rubrica xxxix.

STatuimus: q̄ si aliquis fideiusserit pro aliquo: & principalis non soluerit in termino statuto: fideiussor possit contra illum: pro quo fideiusserit:

agere: q̄ trahat ipsum de obligatione: & conseruet eum indemnem: & hoc habeat locum tam in præteritis: quam in futuris debitis. ¶ Et si infra terminum sibi assignatum a Iudice: qui terminus sit unius mensis ad plus: nō traxerit eum de dicta obligatione: puniatur ad opus cōmunis Pistorii per Potestatem: seu Capitaneum: & Commissarium in solidis quinq; den. pro qualibet libra debiti: & nihilominus ipsum fideiussorem de ipsa obligatione extrahere compellatur. ¶ Et possit & debeat talis principalis ad petitionem talis fideiussoris personaliter capi: & realiter grauari: & donec ipsum extrahat de obligatione prædicta detineri: non obstante aliquo statuto uel reformatione in contrarium faciente aut disponente.

De solutionibus factis pro alio. Rubrica xl.

STatutum & ordinatum est: q̄ quicunq; soluit: uel soluerit in futurum communi Pistorii: uel camerario eiusdem communis: uel exactori: uel officiali pro communi Pistorii posito ad exactionem alicuius pecuniæ faciendam pro aliquo loco: uel speciali persona: uniuersitate: nel populo: uel personis singularibus aliquam pecuniæ quantitatem: uel rem: pro aliqua condemnatione: uel datio: siue collecta: uel libra: siue imposita aliqua: siue pro cōplemento libræ: uel pro aliqua alia causa: si fuerit fideiussor: & fuerit conuētus soluere: & de solutione apparuerit per publicum instrumentum: uel per libros cameræ communis Pistorii: possit id: quod soluit: petere a dicto populo: communi: uniuersitate: & a quolibet ipsorum populorum: uel uniuersitatum insolidum: quando pro populo soluit: uel a specialibus personis: quando pro specialibus soluit: & sortem: & expensas in simul: & interesse. ¶ Et teneantur ad iustitiam constituti prædicta reddi: & solui facere sine iuris solemnitate: & iudiciorum strepitu: & dilatione: & litis contestatione homines dictorum locorum: & speciales personas grauari: & capi facere: detineri: & in carceribus poni: donec soluant: & eorum bona capi: & detineri facere: & ipsa uendi: & in ipsis executionem facere: donec integre satisfaciant: & procedere teneantur & debeant ad uoluntatem soluentium: & eorum heredum: & contra heredes eorum: pro quibus solutum fuerit. ¶ Et prædicta possint fieri etiam diebus feriatis: & nullis obstantibus feriis in aliquo capitulo constituti communis: uel populi: & instrumentum talis solutionis: seu liber communis Pistorii: in quo solutio prædicta appareret scripta: habeatur tanquam guarantigia: & instrumenta guarantigiata: & simili modo executioni mandentur: & sufficiat ad ostensionem coactionis: si instrumentum solutionis dicat: q̄ sic soluens coactus fuerit. ¶ Item si quis fideiussor uel pro alio obligatus soluerit alicui personæ speciali debitum: quod recipere debeat: possit illud recipere: & repetere: & teneantur ad iusticiam constituti, illum, pro quo facta est solutio, & heredes eius, ad uoluntatē soluentis, & heredū eius, capere personaliter, & detinere, & capi, & detineri facere, & in carceribꝰ poni, & capi ētes talis debitoris: & in ipsis executionem facere: & ipsas uendere: & in solu-

tum

tum dare soluenti: & heredibus eius: ita q̃ omni modo fiat solutio: & in his procedatur diebus feriatis: & non feriatis: & non obstantibus feriis: uel aliquo capitulo communis Pistorii constituti. ¶ Et ad probationem iurium soluentis uel fideiussoris requiratur: & sufficiat probare præcedentem obligationem: & solutionem factam inter ipsum principaliter obligatum: & fideiussorem: & creditorem: si de solutione appareat per publicum instrumẽtum: uel scripturam priuatam factam modo: & forma: quibus dicitur in statuto delle questioni de mercatanti inter creditorem: & soluentem. ¶ Et q̃ cunq; fideiussor: uel pro aliquo obligatus fuerit: post terminum solutionis decursum: & ipse: uel eius heredes denunciauerint debitori: uel heredibus eius: q̃ ipsum: uel ipsos liberent: & indemnes conseruent: post unum mensem elapsum post denunciationem procedatur per eos: qui sunt ad iusticiã constituti contra eosdem debitores: & eorum heredes in detinẽdo: & in carceribus ponendo: & bona eorum uendendo: ut superius dictum est: in illis & de illis: pro quibus facta est solutio debiti alicuius: & in omnibus ad uoluntatem denunciantis: & obligati diebus feriatis: & aliis non obstantibus feriis in aliquo capitulo communis Pistorii constituti. ¶ De his autem & ab omnibus: & singulis supradictis excepti̇untur hi: qui essent obligati: uel fideiussores pro defensione: & occasione aliquarum rerum immobilium: qui tamen secuta sententia æuitionis: possint uti priuilegio suprascripti statuti: casu quo infra quindecim dies post dictam æuitionem secutam nõ erũt conseruati indemnes ab eorum principalibus: quæ omnia obseruari debeãt in præteritis: & futuris. ¶ Et bona principalis debitoris intelligantur: & sint obligata fideiussoribus suis pro omni quantitate: quam eum soluere cõtigerit: uel pro qua sua bona darentur in solutum: uel alio modo sibi uenderentur: ex die fideiussionis.

De recuperatione debiti & expensarum a confideiussoribus. Rubrica xlj.

QVilibet pro alio intercedens: seu secum obligatus debitum solum ad se expectans: & damna suportata occasione præfatæ intercessionis, a cæteris secum intercessoribus: uel con reis pro rata portionis: deducta sua parte: recuperare: & exigere possit sine aliqua petitione porrigenda omnibus iuris remediis: etiam per capturam personarum fiendam non obstantibus quibuscunq; feriis: & diebus feriatis: præter q̃ in honorem dei inductis: & hoc post quatuor dies post notificationem: & requisitionem factam aliis con reis de solutione: ut supra per eum facta.

Quod pro debito vniuersitatis singulares persone capi possint. Rubrica xlij.

SI qua persona ciuitatis: comitatus: uel districtus Pistorii deberet recipere aliquam pecuniæ quantitatem ab aliquo communi: uel uniuersitate: & ipsum

commune: uel uniuersitas cæssauerit dictam pecuniam soluere: liceat ipsi creditori facere capi: & detineri omnes: & singulos homines: & personas dicti communis: uel uniuersitatis: quousq; fuerit eidem de suo credito satisfactum: & procedatur: & procedi possit contra eos: & quemlibet eorum: prout: & sicut procedi potest: & posset contra alias singulares personas: & debitores in persona: & bonis ad uoluntatem creditoris: & non aliter non obstante aliquo statuto.

Quod nullus possit capi sine licentia: & una sufficiat tempore Rectoris. Rubrica xliij.

STatuimus: q; nulla persona ciuitatis: comitatus: uel districtus Pistorii: seu de alio districtu possit: uel debeat capi in ciuitate: uel districtu Pistorii: nisi de licentia & parabola domini Capitanei seu Commissarii: uel Potestatis: uel Iudicis causarum ciuilium: uel priorum: & Vexilliferi iustitiæ dictæ ciuitatis: & qui contra fecerit puniatur ad opus communis Pistorii in libris quinquaginta: saluo eo: quod dicitur in constituto communis de furibus: latronibus: & malefactoribus imbannitis. ¶ In capturis autem: & sequestrationibus, uel tensinis, & staggimentis personarum: bonorum, rerum, & iurium, quæ fieri possent per formam statutorum, & ordinamentorum cõmunis Pistorii unica tantum sufficiat specialis, aut generalis licentia, & breuis, tempore cuiuslibet rectoris ciuitatis Pistorii, etiam sine noua cõfirmatione fienda per successorem in officio, iustificari tamen debeat quodlibet prædictorum secundum formam statutorum.

Quod detenti in carceribus pro communi non possint staggiri. Rubrica xliiij.

NVllus qualitercunq; captus, seu quacunq; occasione pro debito communis Pistorii, uel habẽtium causam ab eo possit ad petitionem alicuius priuatæ personæ recommendari, seu staggiri pro debito ipsius priuatæ personæ, uel alia quacunq; causa, quam prætenderet contra ipsum captum, donec personaliter steterit detentus, & tale staggimentum, recommendatio, seu sequæstratio nõ ualeat ipso iure, nec superstes carcerum teneatur scribere, nec possit aliquis officialis, uel notarius dictam sequæstrationem scribere, & cõtra faciens puniatur in libris centum.

De executione legatorum. Rubrica xlv.

OMnia & singula legata, & fideicõmissa singularia, & uniuersalia ex quacũq; ultima uoluntate relicta quibuscunq; personis, uel locis, etiã piis, tam secularibus, quã religiosis executioni mandẽtur, & mãdari possint quẽadmodũ in strumenta guarantigiata certum terminum continentia, & mors defunti habeatur pro certo termino, pro cuius liquidatione, & probatione sufficiat

iuramentũ

iuramentum actoris iurantis testatorem decessisse: non obstantibus q̃ hereditas uel successio non fuerit adita: uel aprehensa. ¶ Heresq̃ uel successor post triginta dies requisitionis factæ de solutione legatorum: si non soluerit: capi possit. ¶ Instantia uero in dictis causis sit: & esse intelligatur uiginti dierum iuridicorum: & incipiat a die cõtraditionis: & eo modo & forma obseruetur: & fiat in omnibus & per omnia: pro ut supra dicitur in stat. de mod. proc. in ciuil. circa causarum executiuarum instantiam.

De tensinis fiendis & prosequendis. Rubrica xlvj.

STatutum & ordinatum est: q̃ siquis citatus fuerit: & contumax fuerit pro tali contumacia: & etiam pro executione instrumentorum guarãtigiam cõtinentium: & laudorum sententiarum: & præceptorum executionem mercium: & pro quibuscunq; iuribus exequibilibus possit fieri tẽsina de bonis suorum debitorum summariæ: & de plano sine strepitu: & figura iudicii per nuncios tam executionum, q̃ citationum communis Pistorii absq; aliqua iudicis uel militis socii licentia & commissione. ¶ Qua tensina facta creditor eam prosequi teneatur hoc modo uidelicet: q̃ ipla facta accõmodari debeat penes idoneã personam: & si fuerit Vicarius: uel alius officialis comitatus: uel rector cappellæ teneantur inuiti tensinas recipere: nuncii uero teneantur res tensitas: si fuerint habiles ad tradendum: ipsi depositario tradere: si uoluerit eas sibi tradi. ¶ Qui depositarius teneatur res tensitas saluare ad mandata Iudicis: & creditoris: & debeat citari debitor tempore dictæ tensinæ factæ: quatenus infra triduum compareat coram Iudice defensurus dictam tensinam: quam creditor teneatur scribi facere in actis curiæ infra duos dies: a die factæ tẽsinæ: nec aliter eam iustificare teneatur: nisi sit & casu: quo debitor ita eidẽ notificare fecerit eo modo: & forma: & prout supra dictum est in statuto de præc. guar. de captura: & grauamento: quibus sic actis Iudex teneatur: & debeat ad instantiam creditoris præstita ab eo fideiussione idonea dictam tensinam: & res: & bona tensita eidem creditori ad tenendum tradere infra sex dies inde proxime secuturos: nisi contradictio in deprenderet: & contradictor apparuerit. ¶ Qui cõtradictor: si fuerit alius creditor: qui uoluerit concurrere ad commodum dictæ tensinæ pro iure sibi competenti: quod assereret: & se potiora: & meliora iura haberet: tunc Iudex dictam causam decidere: & terminare teneatur infra decem dies iuridicos inde proxime futuros sub pena librarum quinquaginta: si uero debitor fuerit contradictor: nullo modo in aliquibus suis exceptionibus: seu defensionibus: quando esset: aut erat contumax: possit audiri: nisi primo refectis expẽsis: & præstita p cũ idonea fideiussione de iudicio sisti: & iudicato soluẽdo: quibus sic actis tẽsina reuocetur: dũmodo eius fideiussor illo casu intelligat depositarius quãtitatis fructuũ: & bonorũ tẽsitorũ. ¶ Et cõtra instrumenta guarantigiata nullæ exceptiones: aut defensiones admittantur: nisi quæ permittuntur obici: & opponi per statutum de præc. Guar. ¶ Depositarius autem teneatur dictam tensinam ad tenendum dare dicto creditori infra secundam diem ad mandata Iudicis sub pena librarum quinquaginta

Iudex teneatur: & debeat causam ipsam sub pena suprascripta decidere: & terminare. ¶ Nulla tamen tensina possit: uel debeat accomodari penes aliquem de domo eius: de cuius bonis fit tensina. ¶ Et quicunq; cōtra quē aut in cuius bonis: seu fructibus fuerit facta tensina: & sequestratio: accipiet sua propria autoritate aliquam ex rebus tensitis: aut sequestratis sine licentia Iudicis: & curiæ post tensinam factam: & eidem notificatam personaliter uel ad domum per nuncium communis Pistorii: & seu ipsam tensinam: & se quæstrū fregerit: incidat: & incidisse intelligatur: & ita de facto mulctetur: & condemnetur per rectorem cognitionem habentem: ad instantiam tamē creditoris: & nō aliter: & credatur iuramento ipsius creditoris cum uno teste omni exceptione maiore: iuranti & deponenti: talem debitorem fregisse tensinam: in pœnam librarum uigintiquinq; den. cuius dimidia applicetur cōmuni Pistorii: quarta pars creditori accusatori: & reliqua rectori exigēti. ¶ Et nihilominus cogatur omnibus iuris remediis per talem rectorem restituere: & reducere in pristinum statum qnicquid abstulerit: & asportauerit ex rebus: aut bonis tensitis: seu sequestratis: non obstante q; tēsina facta non fuerit solenniter relata iuxta formam statutorum.

De forensibus non detinendis ad pētitionem alterius forensis. Rubrica xlvij.

STatutum & ordinatum est: q; nullus forensis: qui post contractum debitū per eum ueniret ad habitandum & habitauerit in ciuitate: aut comitatu pistorii: ad petitionem alterius forēsis possit: aut debeat personaliter capi: aut detineri: uel in persona: aut bonis grauari: inquietari: uel molestari in ciuitate Pistorii: uel comitatu pro aliquo debito contracto extra ciuitatem: & districtum Pistorii: nō obstante: q; ipse forensis etiam haberet domicilium in ciuitate: aut comitatu Pistorii: aut q; solutio talis debiti fuisset: aut esset destinata: & promissa in ciuitate: aut comitatu Pistorii: & etiam non obstāte: q; ipse forensis conueniretur suo seu alieno quouis nomine. ¶ Et quantum ad præsentem materiam forenses agentes contra huiusmodi forenses dicimus: & intelligi uolumus omnes: qui non sunt in ciuilibus causis suppositi: & subiecti iurisditioni Potestatis Pistorii: exceptis ciuibus Florentinis pro eorum creditis principalibus: & non pro iuribus eis cæssis.

De beneficiis forensibus concessis. Rubrica xlviij.

PRouisum: & ordinatum est: q; quilibet forensis: qui ueniret ad habitandū in ciuitate Pistorii habeat: & habere intelligatur immunitatem: & exemptionem ab oībus: & singulis oneribus: & grauedinibus quibuscunq; realibus: personalibus: & mixtis: & aliis quibuscūq; & cuiuscūq; manerei per decē annos initiandos die sui aduentus: & non possit aliquo respectu pro impositis: grauedinibus: & oneribus quibuscunq; accatastari: allibrari: siue describi in aliquibus libris extimi: siue catastus cōmunis Pistorii alicuius portæ, uel in aliquo alio ad hoc quomodolibet deputato, & omnis descriptio, &

adnotatio dicta occasione facta non ualeat: & nō teneat: & sit ipso iure nulla: & possit: & debeat cancellari per quemcunq; : penes quem tales libri essent. ¶ Et nihilominus tali occasione non possit grauari : inquietari : seu molestari quomodolibet per aliquem officialem : uel rectorem communis Pistorii sub pena tali officiali librarum centum: & nihilominus tale grauamentum debeat statim tolli: & reuocari: ipsoq; iure non teneat: sed ipse grauatus in pristinum statum reponi debeat: & nuncius: qui talem priuilegiatum grauaret: incidat ipso facto in eamdem penam: & scribi debeat in libris communis dictæ quantitatis quotiescunq; contrafecerit : & denunciatum: & probatum fuerit cancellario communis Pistorii: uel notario cameræ : & in eamdem penam incidat: qui sollicitauerit: uel procurauerit talia fieri : & prædicta immunitas non habeat locum in gabellis. ¶ Et habeant etiam locum prædicta in his: qui uenerint pro residuo temporis: quod superest: a die aduentus eorum usq; ad decem annos. ¶ Et dicti sic priuilegiati teneantur facere se describi mandato: & commissione dominorum Priorum: & Vexilliferi iustitiæ ciuitatis Pistorii manu notarii eorum officii: seu cancellarii communis Pistorii: & talis descriptio sit sufficiens probatio: q; ipse descriptus sit de priuilegiatis: sed tamen non sit necessaria: sufficiat bene ad probationem dicti priuilegii. ¶ Et nullus forensis: qui sit de extra ciuitatem: & districtū Pistorii: qui uenerit ad habitandum in ciuitate Pistorii: & esset debitor alicuius personæ: uel loci de extra ciuitatem: & districtum Pistorii: quæ uenerit ad habitandum in ciuitatem Pistorii: scilicet alicuius personæ: uel loci: qui uel quæ non sit subiecta in ciuilibus iurisditioni potestatis Pistorii: possit in ciuitate Pistorii per aliquem rectorem : & officialem eiusdē ciuitatis prætextu: uel occasione alicuius debiti: obligationis: seu cōtractus celebrati extra territorium dictæ iurisditionis anteq̄ talis forensis uenisset ad habitandum in ipsa ciuitate: & iurisditione aliquo modo capi: arrestari: impediri: aut quomololibet grauari: uel inquietari in persona: uel bonis directe: uel indirecte sub pena librarum ducentarum tali rectori: uel officiali, qui tale grauamen inferret: applicanda pro dimidia cameræ communis Pistorii: & pro alia dimidia cameræ communis Florentiæ: & in eamdem penā incidant nuncii: & berrouarii: qui talem forensem caperent: uel arrestarent quomodolibet: & in persona: & bonis grauarent: & nihilominus arrestatio & grauamentum sint ipso iure nulla: & debeant illico de facto reuocari. ¶ Et persona ad cuius petitionem prædicta : uel aliquod prædictorū facta forent ipso iure sit priuata iuribus suis: & omni debito : ad quod teneretur eidem ipse grauatus. ¶ Intelligatur etiam ultra alios modos probandi legiptima probatio quotiescunq; talis grauatus etiā uerbo notificauerit : seu notificari fecerit: q; ad petitionem eius sit grauatus: si ille talis: cui facta fuerit ipsa notificatio: non uenerit infra tres dies ad dandum licentiam de reuocando: & tollendo grauamen illatum: & hæc probatio sufficiat solum: & duntaxat quo ad hoc: ut ipse: cui notificatio fuerit facta: intelligatur esse: & sit suis iuribus priuatus: ut supra est dictum. ¶ Et Priores: & Vexillifer uinculo iuramēti teneantur adiuuare quemcunq; grauatum contra formā prædictam: & super id congregare consilium : & de eius defensione facīda

præponere

præponere: & iuxta posse operari: q̃ huiusmodi grauamina omnino tollantur. ¶Quæ omnia etiam locum habeant in forensibus: qui uenerunt in præteritum pro debitis contractis ante eorum aduentum ad ciuitatem Pistorii: saluo q̃ prædicta non uendicent sibi locum pro debitis: ad quæ tenerentur alicui ciui de intus ciuitatis Florentiæ cum ipsis principaliter contractus: non autem intelligendo de his: quæ: uel quorum iura ad eos peruenissent ab aliquo: qui non esset de intus ciuitatis Florentiæ. ¶Hoc semper saluo: q̃ dicta immunitas dictis forensibus concessa se non extendat: nec locum habeat in bonis accataſtatis Pistorii: siqua emerent forenses: sed talia bona transeant cum onore suo. ¶Item nullus forensis de extra ciuitatem, & districtum ciuitatis Florẽtiæ: & Pistorii possit per aliquem rectorem: uel officialem ciuitatis Pistorii occasione alicuius maleficii commissi extra ciuitatem: & districtum ciuitatis Florentię: & Pistorii cuiuscunq̃ qualitatis existat inquiri: denunciari: accusari: uel quomodolibet inquietari: sed possit libere: & licite stare: & morari in ciuitate comitatu: & districtu Pistorii absq̃ aliqua molestia: uel inquietatione inferenda per aliquem rectorem: uel officialem prædictos: uel aliunde per aliquam personam. ¶Saluo: & excepto q̃ si maleficium commissum extra ciuitatem: & districtum Florentiæ esset perpetratum: seu commissum contra aliquem de ciuitate: comitatu: & districtu Florentiæ: uel Pistorii uel in persona: uel de bonis alicuius eorum puniatur: ac si Pistorii commisisset. ¶Et quicunq̃ forensis: qui uenisset: aut ueniret ad habitandum in ciuitate Pistorii: siue fuisset factus ciuis per reformationem: siue alio modo ciuilitatem acquisierit: siue habuerit: uel nõ habuerit aliquod officium priuilegium: siue prætheminentiam tanq̃ ciuis sit ue habitans: & discesserit a ciuitate Pistorii taliter: q̃ ibi onera non subeat: sit ipso iure priuatus omni priuilegio: prætheminentia: & immunitate: quã dicta occasione adeptus fuisset.

De comitatino qui venerit ad habitandum in ciuitate Pistorii. Rubrica xlix.

AD hoc ut ciuitas populetur: statutum & ordinatum est: q̃ quilibet comitatinus: uel districtualis Pistorii: uel quicunq̃ alius: undecunq̃ sit: qui uenerit deinceps ad habitandum in ciuitate Pistorii: & in ipsa ciuitate ædificauerit: & construxerit de nouo: uel emerit domum pręcii librarum centum: uel ab inde supra: & in ipsa habitauerit continue cum sua familia per quinquennium continuum: a dicto termino quinquennii elapso sit ab inde in antea ciuis dictæ ciuitatis: & pro ciue habeatur: & reputetur: & gaudeat: & gaudere possit: & debeat beneficio dictæ cittadinantiæ ciuitatis Pistorii in omnibus: & per omnia: ut alii ciues dictæ ciuitatis: præter q̃ ad officia ipsius ciuitatis.

De his qui sunt vel erunt facti ciues per reformatio nem in consilio. Rubrica I.

STatutum & ordinatum est: q; quicunq; de comitatu Pistorii: uel undecūq; factus fuerit: uel sit ciuis ciuitatis Pistorii: uel fieret in posterum: teneatur: & debeat infra tres menses: postq̄ factus fuerit ciuis, uenire ad habitandum cum sua familia in ciuitate Pistorii, & ibi stare, morari, & habitare continue cum ipsa familia, tanq̄ alii ciues, & facere artem suam, & tanq̄ alii ciues Pistorienses factiones faciat, & teneatur quilibet eorū, postq̄ ciuis fuerit creatus, non fictitie emere unam domum, siue quoddam casamentum, uel terrenū, super quo facere teneatur infra dictum tempus unam domum & si eam nō fecerit, incidat in penam librarum ducentarum, nec prædictis possit derogari, nisi fiat specialis mentio, & tunc obtineatur per quinq; ex sex consiliariis congregatis populi, & communis Pistorii, in quo petitio præponeretur.

De feriis & diebus festis. Rubrica IJ.

ORdinamus: & statuimus: q; dies dominicę diesq; dedicati maiestati altissimæ: uigilia: & dies natiuitatis Domini: septem dies dominicæ passionis: dies resurrectionis domini cum septem sequentibus: dies festiuitatum omniū sanctæ Mariæ uirginis: dies festiuitatis sancti Michaelis: dies natiuitatis sancti Ioannis baptistæ: dies uisitationis beatæ Mariæ uirginis ad Elisabet matrem Io. baptistæ: quod est secunda iulii: dies duodecim apostolorum: & euangelistarum: dies calendarum nouēbris: & dies præcedens: & sequēs: dies sancti Siluestri: dies pentecostes: & dies præcedens: & tres sequentes: dies festiuitatis corporis Christi: dies sancti Zenonis: & dies præcedens: & sequens: dies sancti Martini dies sancti Francisci: dies sancti Dominici: dies sanctæ Crucis de mense septembris: & dies præcedens: & sequens: dies sanctæ Crucis de mense maii: dies septem præcedentes festum sancti Iacobi & septem sequentes: dies festiuitatis sancti Bart. de mense augusti: & dies præcedens: & sequens: dies quatuor doctorum ecclesiæ: dies innocentium: dies sancti Laurentii: sancti Stephani: sancti Fælicis: sancti Antonii: sancti Petri martiris: sanctæ Agatæ sanctæ Luciæ: sanctæ Eulaliæ: & beati Actii: dies creationis Cosmi medices ducis secundi imperii Florētini: quæ est die noua Ianuarii: dies creationis Clementis septimi pont. max. de eadem familia de medicis: quæ est dies xix: nouembris: dies sanctorum Cosmæ: & Damiani: quæ est dies xxvii septembris: & omnes dies principalium festiuitatū a quibus denominantur ecclesiæ parrochiales existentes intra muros ciuitatis Pistorii: & a die decima quinta iunii inclusiue usq; & per totum mensem iulii: & a die xv septembris inclusiue usq; ad diem decimam quintā octobris inclusiue indē proxime secuturam. ¶ Et quilibet sit licitum uindemiare: & uindemias colligere ipsa die xv septembris quolibet anno: pro ut sibi placuerit sine pena: dies iouis berlingacci dies lunæ ante carnispriuium: & ipsa dies carnispriuii: dies mercurii primus quadragesimæ: & qualibet mane quadragesimæ usq; ad sonum horæ xviii: omnes dies ueneris martii: dies rogationū

rogationum de mane,& quod de mane dicitur habeat locum in ciuitate.& ciuibus Pistorien sibus tantum,& pro aliis in ciuitate tunc existentibus, sint & esse intelligantur feriati,& curiæ non teneantur,& officia conquiescant, & a Potestate, Capitaneo, seu Commissario,& eorum Iudicibus,& ab omnibus officialibus ciuitatis Pistorii debeant custodiri. ¶ Prædictas autē ferias curiæ maleficiorum,& damnorum datorum,& Iudicibus eorum non imponimus,exceptis tamen diebus dominicis,pascalibus,duodecim apostolorum,& diebus festiuitatum sanctæ Mariæ uirginis.& sancti Zenonis. ¶ Et Potestas,& Iudex quolibet die iuridico,& non feriato sedere teneantur ad bancum iuris pro iure reddendo solum & duntaxat semel in die,uide licet de mane,exceptis diebus rogationum,& sabbatinis,& consilii,& graduatorum,quando consilium,& graduati congregantur de mane,in quibus diebus rogationum,sabbatinis & consilii,& graduatorum congregandorum de mane,sedere teneantur solum de sero.& quilibet dies in quo semel sedebitur in die intelligatur iuridicus. ¶ Et notarii causarum ciuiliū scribant dies iuridicos:in quibus redditur ius : ut decerni possint a continuis:& etiam de per se scribant dies in quibus Iudex sedit ad bancum pro iure reddendo tempore feriato in causis præmissis : & eorum scripturæ stetur de dictis diebus:& teneantur sub uirtute præstiti iuramenti & pena solidorum uiginti pro quolibet die non scripto eis de facto:& absq; aliqua condemnatione inde facienda cum omni diligentia dictos dies scribere:& sufficiat si dicti dies reperiantur scripti per unum ex dictis notariis. ¶ Et in dictis feriis nullo modo procedi possit in causis ciuilibus : etiam si per formā statutorum dispositum esset:q; procederetur summarie:& de plano: & sine strepitu:& figura iudicii:saluis his : quæ dispositā sunt per formam statutorum:q; non obstantibus feriis procedi posset:& exceptis infrascriptis uidelicet q; in dictis causis ciuilibus non possit procedi ut supra a die octaua iulii:ad & per totum dictum mensem:& a die xiiii usq; ad : & per totum dictū mensem. ¶ In quibus causis ciuilibus sint:& esse intelligantur feriati quātum ad sedendum:& ius reddendum omnes dies festiui ex præcepto ecclesiæ:seu episcopatus Pistorii:ac per commune Pistorii usq; in præsentem diem:qui dies hic pro expressis habeantur:& prout sunt:dies sancti Vincentii:sancti Bernardini:sancti Nicolai de tolentino:sancti Blaxii:sancti Sigismūdi:sancti Ioseph:& alii similes:declarātes q; in die sancti Bartolomei de mense augusti:& in die ipsum festum præcedenti:& sequenti:& septem diebus præcedentibus festum sancti Iacobi de mense iulii : & septem sequentibus:nulla persona possit pro aliquo debito uel fictu:pensione:redditu:uel alia causa:neq; pro suspitione:seu fuga:uel aliqua repræsalia:uel gabellis debitis alicui singulari personæ in diebus suprascriptis: uel aliquo ipsorū personaliter detineri:capi : arrestari : uel de ius bonis staggiri : uel sequæstrari sub pena librarum centum pro quolibet officiali:sub cuius licētia:commissione:uel mandato fieret aliquod prædictorum uice qualibet auferenda:& librarum quinquaginta cuilibet nuncio uel berrouario ad opus cōmunis Pistorii:& ille:ad cuius petitionem prædicta fierēt:incidat in penā librarū quinquaginta:& nihilominus:quod contrafactum fuerit:non ualeat:& nō

teneat ipſo iure:& de facto debeat reuocari:& hoc quia prædictæ feriæ ſunt introductæ cauſa reipub. ¶Quæ omnia locum non habeant in exbannitis:& condemnatis cõmunis Piſtorii pro maleficio:uel quaſi:qui poſſint quolibet tẽpore capi:& detineri:& eorum bona ſequæſtrari: capſantes alia ſtatuta:& reformationes de feriis:& diebus feriatis loquentes. ¶Et ad reuerentiam omnipotentis Dei:& beatæ Mariæ uirginis: & omnium ſanctorum:& ſanctarum Dei omnes principales feſtiuitates ſanctorum: a quibus denominantur eccleſiæ parrochiales ciuitatis Piſtorii in ſuis feſtiuitatibus: & diebus paſcalibus:& diebus ſanctæ Mariæ uirginis:& dies ſanctæ mariæ humilitatis quæ eſt dies xvii iulii:& diebus paſcalibus:dominicis:& apoſtolorum: & euangeliſtarum debeant cælebrari:& cuſtodiri per homines:& p ſonas ciuitatis Piſtorii:itaq; ab omnibus:& ſingulis laboteriis in talibus feſtiuitatibus debeant ciues Piſtorienſes:& in ciuitate ipſa habitãtes ſe abſtinere:& qui talia feſta non cuſtodierit:puniatur pro qualibet uice in ſolidis decem:& credatur ſacramento accuſatoris abſq; aliqua probatione,& cuilibet de familia rectorum. ¶A prædictis autem,& de prædictis exceptuamus uendentes panem:& uinum ad minutum,beſtias ferrantes, aromatarios,calzolarios,aliosq; artifices,quibus liceat, & poſſint ſolos ſportellos apotecarum ſuarum apertos tenere uſq; ad tertiam tantum:exceptis diebus dominicis:& paſcalibus. ¶Et atomatarii in quorum apotecis ſtarent medici,poſſint quandocunq; tenere ſportellum apertum,ſolum & duntaxat p medelis conficiendis. ¶In feſto autem ſancti Iacobi,ſancti Bartolomei, ſanctæ crucis,& omnibus feſtiuitatibus:quæ occurrerint in die ſabbati:omnes prædicti:& cæteri artifices dictæ ciuitatis poſſint ſuas apotecas apertas publice tetinere:& ſuam artem:miniſteria:& laboteria exercere:& quilibet poſſit accuſare:& denunciare contra ptædicta facientes : & eidem credatur cum iuramento uſq; in quantitatem ſolidorum decem den.& ab inde ſupra cum ſacramento:& uno teſte : & quilibet rector poſſit cõtra eos procedere per uiam & modum inquiſitionis:eosq; punire penis prędictis:& condemnare. ¶Sartores etiam exceptuamus : qui quolibet die prædictorum feſtorum poſſint apotecarum ſuarum ſportellos apertos retinere uſq; ad tertiam:& induere eos ueſtimenta:quorum etunt ſine pena. ¶Et beccatios uendentes carnes recentes:qui quolibet die prædictorum a die prima maii uſq; ad diem primam octobris poſſint eotum artem exercere: macellare : & uendere carnes uſq; ad tertiã libere & impune:& tenere apertos ſportellos: ſportelli autem intelligantur illi:per quos perſonæ intrant apotecas : & nõ aliter. ¶Et in diebus feſtiuis feriatis prædictis nullus ciuis : uel habitans in ciuitate:comitatu:aut diſtrictu Piſtorii poſſit capi:grauari: aut quomodolibet detineri pro aliquo debito nec etiam pro ſuſpitione : niſi in caſibus de quibus infra ſub pena librarum centum nuncio:berrouariis:& patti cõtrafacientibus:& cuilibet ipſorum:& etiam officiali : & nihilominus contrafaciens incidat in penam quarti eius:pro quo ille captus fuerit:cuius pe næ medietas ſit communis Piſtorii:quarta pars ipſius capti:& alia rectoris exigentis. ¶In aliis uero caſibus:in quibus captura pro ſuſpitione eſt permiſſa:& fieret:ſi per captum ſatiſdetur de iudicio ſiſti immediate debeat re-

laſſari

lassari absq; aliqua solutione expēsarum. ¶ Quicunq; autem pro summa librarum quinquaginta: & ab inde infra: ut debitor alicuius fuerit descriptus ad bastardellum: seu per listam, uel alio modo fuerit datus ad grauandū militi socio: & per unum mensem continuum ibi steterit: & non satisfecerit suo creditori: tunc & eo casu post lapsum dicti mēsis incepti die notificationis factæ: & non aliter: possit: & debeat capi: grauari: & carcerari in persona bonis: & rebus quocunq; tempore siue de die siue de nocte: & tempore seriato: & quibuscunq; feriis non obstantibus: exceptis tamen feriis in honorem Dei inductis: & sint: & esse intelligantur cessantes: & in præiudicium cessantis incursi. ¶ A dicta uero summa librarum quinquaginta supra in omnem quantitatem: si dicti debitores steterint per unum mensem ad grauandum: ut supra: & non satisfecerint: eo elapso a die notificationis factæ: ut dictum est: possint capi: & grauari qualibet die: exceptis diebus festiuis præcepto ecclesiæ: & sabatinis: post alium uero mensem inde immediate sequentem: si non satisfecerint: intelligantur incursi in penam cæssantium, & subiecti omnibus penis: & præiudiciis: quantum ad grauamentum reale: & personale tantum: ut supra: de eis: & contra eos dictorum cæssantium faciendis: dictis diebus festiuis etiam semper exceptis. ¶ Comitatini autem & illi de potestariis non possint grauari modo aliquo diebus publici mercati & sabbatinis. ¶ Et ad tollendas omnes fraudes: quæ fieri possent: prouisum sit: q; quilibet creditor: qui posset: & uellet dare ad grauandum per listam: teneatur: & debeat facere listam suorum debitorum: & in principio dictæ listæ diem apponere: & mensem: & annum manu notarii causarum ciuilium: & illam porrigere dicto notario: qui eam subscribat: quā sic subscriptā dictus creditor exhibeat militi socio & curiæ: qui miles teneatur: & debeat ipsam conservare: creditor uero a decem nominibus debitorum infra det & soluat ipsi notario banci in totum solidum unum: & ab inde supra quotcunq; essent nomina debitorū solidos duos pro sua mercede ex tali subscriptione: & aliter q̄ modo prædicto dicti debitores grauari non possint.

¶ Et Potestas: & Iudex causarum ciuilium: & quilibet eorum: qui fuerit requisitus teneatur: & debeat capi facere: & detineri personaliter: & in carcerem poni: & in rebus grauari affictaiuolos: & pensionarios pro affictu: seu pensione detentis: unde fuerint contra eos publica instrumenta: & eos cogere ad uoluntatem locantium: uel eorum heredum: seu eorum: quibus iura cæssa sint: uel fuerint a prædictis: non obstātibus suprascriptis feriis: aut diebus feriatis: quæ omnia etiam intelligantur contrā laboratores terrarū: & cōtra fideiussores: & obligatos cum talibus affictaiuolis: & pensionariis & ad præterita & futura. ¶ Et si dominus: qui recipit affictum: dubitauerit de affictali suo: uel de eo: cui terram ad medium locauerit: siue conduxerit: q; affictum uel redditum recipere non possit: Potestas: & eius Iudex: cuius cognitio fuerit: teneatur tensiri facere de fructibus rei unde affictus: uel redditus redditur: & de aliis bonis affictualis: uel cōductoris in tantum: q; domino ex inde sufficiat ad uoluntatem domini reclamantis de affictu: uel qui terram ad medium locauerit usq; in quantitatem affictus: uel redditus, qui solui deberet: & accepto sacramento: a domino: q; tantum affictum: uel

redditum recipere debet: & adhibeatur plena fides libro seu libris locatoris uel domini eo modo: & forma: quo fides adhibetur libris mercatorum: & artificum ciuitatis Pistorii. ¶ Et q̃ dominus Potestas: & eius Iudex causarum ciuilium communis Pistorii: & quilibet eorum: qui fuerit requisitus teneatur: & debeat ad petitionem cuiuscunq; creditoris: uel recipere debentis pro affictu: pensione: laborerio terræ: cauta præstantiæ pro bene laborãdo: & pro soccita bestiaminis dare licentiam grauandi: & grauari faciendi realiter: & personaliter ipsorum debitores ex causis prædictis: uel altera earum pro suspitione: & fuga: præstito primo iuramento de suspitione & credito: quocunq; tempore: non obstantibus quibuscunq; feriis exceptis diebus dominicis: & sabbatinis: dummodo capi faciens: & seu creditor: ad cuius petitionem fieret grauamentum modo prædicto: teneatur capturam: seu grauamentum iustificare infra duos dies: in qua iustificatione non sit necesse probare: q̃ captus deteriorauerit conditionem a tempore contractus celebrati citra. ¶ Et in quolibet casu prædictorũ: si captus: uel grauatus idonee satisfecerit de iudicio sisti: & iudicato soluendo: relassetur expensis capi facientis: eidem restituendis: casu quo appareret creditor quãtitatis: pro qua captura: seu grauamentum facta: & factum fuerit: quæ omnia exequantur non obstantibus aliquibus statutis: & prouisionibus in contrarium disponentibus.

Quod nullus possit capi die sabbati vel publici mercati. Rubrica lij.

STatutum: & ordinatum est: q̃ nullus ciuis: comitatinus: & districtualis ciuitatis Pistorii: & nullus forensis: cuiuscunq; status existat: possit diebus dominicis: sabbatinis: uel publici mercati ciuitatis Pistorii grauari: inquietari uel modo aliquo molestari realiter: & personaliter pro aliquo debito communis Pistorii: uel singularium personarum: uel alterius cuiuscunq; communis: populi: uel uniuersitatis: & etiam communis Florentiæ: uel occasione gabellarum: uel fraudis gabellæ alio tempore cõmissæ q̃ die sabbati: uel publici mercati: nec etiam pro aliquo mancamento facto nunciis infra hebdomodam quomodocunq; per directum: uel indirectum in eundo: stando uel redeũdo ad ciuitatem: & seu in: & de ciuitate Pistorii dictis diebus mercati: sicq; præsens statutum sane & realiter intelligatur: & intelligi debeat sine aliqua interpretatione damnosa alicui: quem grauari contigerit realiter uel personaliter aliquo dictorum dierum. ¶ Et quilibet officialis: qui cõtra prædicta: uel aliquod prædictorum fecerit quoquo modo: incidat in penam librarum centum denariorum cameræ cõmunis Pistorii pro dimidia: & pro alia dimidia communi Florentiæ applicandam: & in similem penam incurrat ille: ad cuius petitionem grauamen fuerit illatum. ¶ Et quilibet nuncius: qui dictis diebus aliquem grauaret: incidat in penam librarum uigintiquinq; ut supra applicandarum: & per quemlibet rectorem: & officialem ciuitatis Pistorii sine aliquo processu auferendarum: & nihilominus talis grauatus subito debeat restitui: & in pristinũ statum reponi: & quilibet famulus:

famulus: uel berrouarius aliquem grauans contra formam prædictam superius adnotatam incidat in penam librarum decem den. pro qualibet uice: ut supra: exigendam: & aplicandam: & talis grauatus ipso iure intelligatur liberatus a debito. ¶ Prædicta uero non uendicent sibi locum modo aliquo in aliquibus condemnatis: seu exbannitis communis Pistorii pro maleficio: uel quasi per aliquem ex rectoribus ciuitatis Pistorii: de quorum cõdemnatione appareat in camera actorum dictæ ciuitatis: & si aliquis dictis diebus detineretur pro aliquo maleficio: uel quasi: non possit aliquo modo sequestrari: uel recommendari ad petitionem alicuius aliquibus de causis suprascriptis: & similiter si quis detineretur in aliquo dictorum dierum pro aliqua informatione: uel testimonio. ¶ Nec etiam in dictis diebus per directum: uel indirectũ quis possit capi: uel personaliter detineri: uel aliquo modo inquietari: molestari: seu grauari quantuncunq; suspectus: & fugitiuus allegaretur: & iuraretur: exceptis tamen forensibus: qui dictis diebus capi possint pro debitis ubilibet contractis cum ciuibus: comitatinis: uel districtualibus Pistorii: & iurari possint suspecti: & fugitiui: Et per prædicta non intelligatur derogatum præcedenti statuto de feriis & diebus feriatis: & contentis in eo quo ad diem sabbati: uel aliũ diem loco sabati subrogatũ.

Quod debitores imbanniti pro debito possint uenire ad ciuitatem Pistorij & nõ detineri infrascriptis diebus. Rubrica liij.

AD honorem sanctorum Iacobi: Bartolomei: & sanctæ crucis: statutũ & ordinatum est; q; omnis debitor ciuis: & de ciuitate Pistorii: uel districtu: & etiam quilibet forẽsis de alieno territorio: & districtu: qui quacunq; de causa sit debitor: uel aliter quomodocunq; obligatus: excepto q̃ pro maleficio: uel quasi: possit licite: & impune uenire: stare: & morari ad ciuitatem Pistorii in festo sancti Iacobi: & duobus diebus ante: & duobus post dictum festum: & in festo sancti Bartolomei de mense augusti: & una ante: & una die post dictum festum: & die xxiiii maii & duobus præcedentibus: & duobus sequentibus ob reuerentiam: & propter memoriam sanctæ pacis inter ciuitatem Pistorii: & alias ciuitates: & loca conuicina eam oppressantes: & die sanctæ crucis de mense septembris: & die una ante: & una post: etiam q; talis debitor pro debito esset imbannitus: nec possit in dictis diebus detineri grauari: uel molestari in persona: uel bonis cum nunciis: & berrouariis per aliquem rectorem: & officialem communis Pistorii. ¶ Et quilibet officialis teneatur denegare licentiam detinendi: aut grauandi aliquem debitorẽ dictis diebus: uel bannitum pro debito: ut dictum est: quam: si dederit: nõ ualeat: & ipso iure nulla: & contrafaciens puniatur in libris decem pro qualibet uice. ¶ Quæ omnia etiam locum habeant in præcepto guarantigiæ facto ciuibus: & districtualibus Pistorii: & forensibus alieni districtus debitoribus suprascriptis. qui: ut supra dictum est: dictis diebus detineri: aut in rebus molestari: & inquietari non possint: saluis semper & exceptis casibus supra in statuto de feriis expressis: & contentis: quibus per prædicta non derogatur.

De nundinis fiendis in ciuitate Pistorij. Rubrica liiij.

STatutum: & ordinatum est: q; quolibet anno fiant nundinæ in ciuitate Pistorii: quæ incipiant die decima mensis septembris: & durent per totam diē decimam octauam dicti mensis: quibus durantibus liceat omnibus: & singulis uenire ad ciuitatem Pistorii: & inde discedere libere: & secure sine aliquo impedimento: adeo q; nullus de ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii possit in dicta ciuitate: comitatu: & districtu conueniri cogi: capi: grauari: citari detineri: arrestari: uel quomodolibet impediri: uel molestari in persona: uel bonis pro aliquo debito publico: uel priuato: ad quod teneretur ali cui singulari personæ: communi: collegio: uel uniuersitati: etiam si esset debitor communis Florentiæ: uel Pistorii: & etiam pro gabella: uel fraudibus gabellæ alias commissis. ¶ Et in dictis diebus quilibet possit conducere & conduci facere ad ciuitatem Pistorii quascunq; mercantias: res: & bona quælibet pro uendendo: & mercando: quæ uenirent: & conducerentur de extra ciuitatem: comitatum: & districtum Pistorii libere: licite: & impune: & illas reducere: & extrahere de ciuitate: comitatu: & districtu pistorii ab q; pedagio: uel gabella: dummodo tales res: mercantiæ: & bona: etiam bestiamina cuiuscunq; generis sint de rebus: quæ conducantur de extra ciuitatē: comitatum: & districtum Pistorii: & exportentur extra dictam ciuitatem: comitatum: & districtum infra dictum tempus: & terminum: si non uenderentur per talem reducentem: quæ uero uenditæ essent durante dicto termino: possint per ementes retineri in ciuitatem: & extra ciuitatem asportari ipso termino durante ab q; pedagio uel gabella. ¶ Hoc semper declarato q; siqua ex dictis mercibus: & rebus emerentur: uel uenderentur extra ciuitatem: & muros Pistorii dictis temporibus: non gaudeant priuilegio dictæ immunitatis: sed teneantur ad solutionem gabellarum usitatarum: & similiter siquis portauerit: uel conduxerit extra dictam ciuitatem: & districtum panem uinum: & oleum causa uendendi ad minutum non gaudeat dicto priuilegio. ¶ Hoc etiam declarato q; prædicta non uendicent sibi locum in rebellibus: uel exbannitis: & condemnatis pro maleficio communis Florentiæ: & Pistorii: qui talibus diebus capi: & detineri possint: Et ut prædicta innotescant operarii sancti Iacobi Apostoli: uel eorum loco subrogati teneantur: & debeant per totum mensem februarii quolibet anno ea omnia notificare: & notificari facere omnibus: & singulis in locis: & circunstātiis infra octuaginta miliaria a ciuitate Pistorii: ut eis uidebitur expedire: & similiter in ciuitate Pistorii per quatuor diebus sabbatinis de mense iulii.

Qualiter alteri per alterum acquiratur. Rubrica lv.

EX quolibet actu etiam sine scriptura facto per quemlibet priuatum: & non notarium recipientem nomine alterius ubicunq; locorum: etiam extra locū suppositū cōmuni pistori: acquiratē: & acquisita intelligatē obligatio: dñiū actio: & possessio: usu capiēdi: & pscribēdi cōditio & ius quodlibet etiā sine

aliqua cæssione: seu ratificatione inde facienda cuilibet: etiam ignoranti: cuius nomine receptum fuerit: iuri tamen quæsito prædicto uel ex prædictis quærendo renunciari possit: & ille: qui sic receperit: teneatur etiam actionē ex inde cedere ad uoluntatem illius: pro quo sic receperit: & de ipsis iuribus facere: pro ut: & sicut requisitus fuerit per eum: cuius nomine talem actum fecisset hac lege in præteritis & futuris ualente.

De transmissione obligationis ad heredes. Rubrica lvj.

OMnes: & singuli cōtractus promissionis: uel obligationis de terris: & possessionibus: seu iuribus quibuscunq; factis: & fiendis transmittātur ad omnes successores.

De prescriptione. Rubrica lvij.

OMnis actio: petitio: prosecutio: officium Iudicis: realis: & personalis: uel mixta: & hipotecaria: ciuilis: uel prætoria tollatur spacio triginta annorum & præscriptio talium actionum non possit esse maior nec minor: & omnibus currat. ¶ Exceptis usucapione rerum mobilium: quæ currat secundū iura communia: exceptis etiam possidentibus bona suorum debitorum: minoribus decem octo annis: ablentibus a ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii: quibus durante dicta minori etate: absentia: captiuitate: & possessione: non currat præscriptio: sed interim dormiat. ¶ Et exceptis mulieribus uiduis familiariter stantibus: & uiuentibus in bonis uiri: uel cum filiis: quibus in iuribus suę dotis: & augmenti: & donationis propter nutias interim tempus aliquod non currat. Exceptis etiam iuribus: & actionibus competentibus occasione locationis domorum: apotecarum: terrarum: & aliarum rerum locatarum ad pensionem: uel affictum: uel alio quocunq; modo: uel pro aliqua mercede debita: quibus currat præscriptio quindecim annorum postquam tales res locatas dimiserit conductor. ¶ Nisi infra tempora prædicta triginta: uel quindecim annorum fuerit possessio: uel tenuta data: uel lata sententia: uel iuramentum calumniæ præstitum: uel lis contestata: uel præceptum factum per aliquem officialem communis: uel pro communi Pistorii de soluendo: uel obseruando contenta in instrumentis publicis: uel priuatis: uel quærimonia: uel lis inde mota: uel repræaliæ concessæ: uel aliter interrupta: de quibus constare debeat per publicam scripturam factam: uel sumptam ex actis communis Pistorii: uel agitatis coram aliquo rectore: uel officiali habenti de prædictis iurisditionem: saluis tamen contentis in statuto disponente circa dispositionem bonorum condemnatorum: & exbannitorum: seu cæssantium a factionibus communis Pistorii: & saluis etiam aliis casibus specialiter prouisis in aliis statutis. ¶ Siquis uero tenuerit: & possederit per se: uel autores suos: & antecessores rem immobilem pacifice: & quiete per triginta annos: non possit ulterius molestari: uel inquietari: sed in ea defendatur: & prædicta prascriptio non præiudicet personis supra exceptuatis: nec intelligatur per prædicta derogatum statuto de præcepto guarantigiæ.

Quod consanguinei & consortes habentes controuersiam teneantur eam cõmittere. Rubrica lxj.

STatutum: & ordinatum est: q; si aliqua discordia: uel quæstio esset: uel oriretur inter patrem: & matrem: filios: & filias: & fratres carnales: & consobrinos: uel patruum: & auunculum: & nepotem: & neptem: uel amitam: uel materteram: uel consortes domus: qui sint de eadem stirpe ex parte patrimonii: uel ex linea masculina in quocunq; gradu: uel ex linea: & parte: seu coniuntione fœminina seu fœminæ usq; in tertium gradum secundum ius canonicum: de quacunq; re: uel iure: uel causa orta: uel oriunda: teneatur præcise Iudex: coram quo quæstio uerteretur: & esset: ad requisitionem alterius partium ipsos litigantes ante testium publicationem cum effectu compellere ad eligendum arbitros: & amicos communes consanguinitate: uel propinquitate utriq; coniunctos: qui uideantur idonei: & alteri parti non suspecti: uel alios quos uoluerint: in quos eorum quæstiones & differentias tam ortas: q̃ oriundas committant: quæ specificari debeant in compromisso: recepta ab ipsis partibus securitate per obligationem: & hipotecam eorum bonorum tantum: de obseruando: & adimplendo omnia: & singula quæ laudata: & arbitrata fuerint per dictos arbitros: & amicos communes: qui arbitratores: & amici communes iurent: & compellantur dictas quæstiones: & lites terminare: & diffinire infra duos menses: si partes aliter non concordauerint: & si in primo mense non laudauerint: Iudex infra quinq; dies faciat eligere tertium. ¶ Et si partes in eius ælectione non concordauerint: Iudex faciat sibi exhibere confidentes ab utraq; parte semel: & pluries: prout sibi uidebitur secundum qualitatem differentiæ. & personarum: & si non concordarent: tunc quælibet pars æligat unum ex confidentibus alterius partis: & sorte mittantur: & fiat secundum sortem prædictam. ¶ Et si dictas quæstiones non terminauerint: & diffinierint, condemnentur per rectorem Pistorii in libris uiginti quinq; & nihilominus compellantur cum æffectu dictas lites & ante: & post realiter: & personaliter: quam citius fieri poterit: diffinire: & terminare: & cogantur arbitri prædicti: si consanguinei fuerint dictarum partium: ipsas lites: & quæstiones suscipere: & ut dictum est diffinire. ¶ Quæ omnia etiam habeant locum in pupillis compromittentibus cum autoritate tutoris: qui tutores compellantur autorari, & compromittere, qui Iudex prouideat caute, ne in ælectione arbitrorum sit inequalitas, uel deceptio alicuius partis. ¶ Et si partes non essent concordes in concipiendo compromissum Iudex æligat unum iuris peritum partibus non suspectum de ciuitate Pistorii, qui formet compromissum prædictum, sicut melius poterit, & ei iustius uisum fuerit, itaq; ualeat, & teneat de iure. ¶ Et a talibus sententiis non possit appellari, uel de nullitate opponi, quas sententias Rector ciuitatis Pistorii, & Iudex appellationum teneantur executioni mandare, & quicquid per maiorem partem dictorum arbitrorum ut supra ælectorum, fuerit arbitratum, debeat obseruari. ¶ Prædicta uero locũ nõ habeant in mutuis, depositis, acomãdigiis, unde extarẽt

publica inſtrumenta præceptum guarantigiæ continentia, uel teſtamentis: uel legatis teſtamentorum, & ultimarum uoluntatum, & laudis: & pronunciationibus arbitrorum: uel arbitratorum: & aliorum quorumcunque iurium liquidorum: de quibus non poſſit aliqua perſona compelli ad compromittendum: ſed debeant executioni mandari. ¶ Et quia inter arbitratores: & amicos communes compromittitur: ut partes a litigiis diſcedant: & parcant laboribus: & expenſis: & compromiſſa fiunt in arbitros: & amicos communes per partes uallata promiſſionibus: & obligationibus oportunis: in quibus inter cætera continetur: qualiter partes promittunt non opponere contra ſententiam præceptum: uel laudum talium arbitrorũ & amicorum communium de nullitate: uel iniquitate: uel petere ſententiã: uel laudum: uel præceptum reduci ad arbitrium boni uiri: & nihilominus prolata ſententia: laudo: uel præcepto facto ipſi compromittentes: uel aliquis eorum nituntur talem ſententiam: laudum uel arbitrium reduci ad arbitrium boni uiri: uel alio ſimili modo: propter quod laudata: arbitrata: uel præcepta nituntur eneruare: caſſare: uel annullare: ſeu contra laudata: uel pronunciata: uel arbitrata: uel præcepta quomõlibet uenire: ne talia in poſterum committantur: & laudata: pronunciata: ſeu præcepta in ſuo robore perſeuerent prouida deliberatione. Statutum: prouiſum: & ordinatum eſt: ꝙ a ſententiis pronunciationibus: laudis præceptis: uel diffinitionibus a talibus arbitratoribus: & amicis communibus latis: ſeu factis non poſſit appellari: uel aliquo modo contradici: aut aliquid de nullitate: uel iniquitate proponi: uel petere reduci ad arbitrium boni uiri: uel aliquid: aliud: propter quod contra ipſum laudum: pronunciationem: uel præceptũ ueniat. ¶ Et Iudex appellationum: & nullitatum communis Piſtori: uel aliquis alius officialis dicti communis contra ſic laudata: pronunciata: uel præcepta nullam petitionem: uel exceptionem admittat: nec aliquem proceſſum faciat ſub pena librarum decem: ſed teneatur: & debeat ad petitionem illius in cuius fauorem tale laudum: & ſententia foret pro latum: & pro lata per ipſos arbitros: & amicos communes ſecundum formam ſupraſcriptam: executioni mandare: dummodo: ultra compromiſſum: laudum: ſententiam: uel præceptum: non debeat excutioni mandari.

De notificatione laudorum. Rubrica Ixij.

EX nullo laudo: uel arbitrio: ſeu arbitramento: uel ſententia arbitrali: quæ uel quod in futurum daretur per aliquem: ſeu aliquos arbitros nullum ius alicui quæratur: nec executioni mandari poſſit: uel aliquis conueniri: uel moleſtari. ¶ Niſi tale laudum: arbitrium: uel arbitramentum fuerit latum: uel datum parte: ſeu partibus: contra quam: ſeu quas latum appareret: præſentibus: & etiam ſi mulier eſſet ſufficiat eius præſentia. ¶ Vel niſi pars, contra quam latum fuerit, per cædulam perſonaliter, uel ad domũ ſuæ ſolitæ habitationis, ꝙ certa die, ad certum, & determinatum locum cum deſignatione, & nominatione notarii ide rogati, cõparere deberet ad laudũ

arbitriũ

arbitrium seu arbitramentum audiendum fuisset citatus per nuncium communis Pistorii mandato talium arbitrorum: seu arbitratorum: de qua citatione apparear per publicum instrumentum: & ipsa tali die: & loco: & manu talis notarii laudum prædictum latum reperiretur. ¶ Vel nisi tali parti: uel eius successori: etiam si esset mulier: personaliter notificatum fuerit per publicum instrumentum cum toto tenore dicti laudi: uel ad domum habitationis: & tunc in præsentia saltem duorum de conuicinia: seu de eadē cappella: uel loco: de quo esset talis, cui notificabitur: de continentia talis laudi arbitrii seu arbitramenti infra triginta dies a die ipsius laudi: arbitrii: seu arbitramenti lati: & dati continue numerandos: de qua notificatione: q̄ sic fuerit facta: stetur instrumento publico inde confecto de ipsa notificatione facienda: in quo contineantur nomina: & pronomina dictorum duorum de conuicinia siue cappella: uel loco. ¶ Sufficiat etiam: & pro legipti ma notificatione habeatur: si ambæ partes: uel earum aliqua laudum prædictum in totum: uel in partē infra triginta dies a die eius prolationis per publicum instrumentum ratificaverit: quo ad præiudicium ratificātis. ¶ Et si fieret talis ratificatio in præsentia alterius partis: pro notificatione habeatur ei facta: in cuius præsentia fieret: dummodo infra dictos xxx dies fiat: & pro ratificato habeatur. ¶ Sufficiat etiam si infra dictos xxx dies a die lati laudi: arbitrii: seu arbitramenti lati: seu promulgati inter aliquos habitāres in ciuitate Pistorii per nuncium communis Pistorii: & de commissione: & mandato iudicis causarum ciuilium personaliter: uel ad domum habitationis illius: contra quem laudum latum fuerit: notificatum fuerit: cum cædulæ dimissione laudum latum esse: in qua contineatur laudum esse latum inter quos: & per quos arbitros: seu arbitratores: & tempus lati laudi: & nomen. & pronomen notarii: qui de ipso confecerit instrumentum. ¶ In laudis uero: quæ lata fuerint contra aliquos de comitatu: uel districtu Pistorii non habitantes in ciuitate Pistorii: sufficiat: si notificatio: & cædula in forma suprascripta fiat: & dimittatur ei: cui notificabitur: personaliter: uel ad domum eius solitæ habitationis: & casu quo contingerit eum non habere domum habitationis apertam: dimittatur rectori: uel sindico talis communis: uillæ: castri: seu loci: de quo erit illæ: cui fiēda erit notificatio iam dicta, seu ad domum ipsius rectoris: uel sindici: de qua notificatione: relatione: & aliis suprædictis stetur: & stari debeat relationi talis nuncii: quæ reperiatur in actis talis Iudicis: qui huiusmodi notificationis commissionem fecerit: uel eius successoris: & non sit necesse docere de aliquo mandato sindici: uel rectoris. ¶ Et si laudata prædicta deberent notificari forensibus: uel aliis non habitantibus in ciuitate: comitatu: seu districtu Pistorii: sufficiat q̄ fiat notificatio modo & forma: quibus citantur forenses: & fiant citationes de ipsis forensibus: seu non habitantibus: uel habentibus domum in ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii cum cædula ad ualuas palatii dicti Iudicis, & per præconem sono tubæ præmisso in platea communis: & in platea salæ laudum latum esse, inter quos & per quos arbitros, & arbitratores, & tempus lati laudi, & nomen, & pronomen notarii, qui de hoc fecerit instrumentum. ¶ Et si fuerit hereditas iacens habitantis in ciuitate Pisto-

rii fiat notificatio laudi cum cædula: ut supra: domi defuncti: & uicinis: & ecclesiæ uicinali: & idem fiat de hereditate iacente comitatinorum: & districtualium. ¶ Et facta notificatione per alteram ex partibus: uel eius procuratorem: uel mandatarium: uel ad eius petitionem: ut dictum est: habeatur: & intelligatur totum laudum: & arbitramentum: & eius continentia, p legiptima ratificatione: quo ad præiudicium ipsius notificãtis: seu pro quo fuerit notificatum: ac si fuisset idem in totum ratificatũ in qualibet sui parte ¶ Terminus uero appositus in laudo ad aliquid dandũ: soluendum: faciendum: uel restituendum incipiat currere demum a die factæ ratificationis ut prædicitur: uel scientiæ: uel alterius actus: qui habeatur pro ratificatione talis laudi: & interim nulla fiat molestia in persona: uel rebus: & si fieret: uel etiam prædictis nõ seruatis in suo casu: possit de nullitate opponi: dici: quæ relari: appellari: & peti reduci ad arbitrium boni uiri: non obstante aliqua renunciatione: uel pacto: quæ aliquo modo contra prædicta facta esse reperiretur. ¶ Quæ quidem notificationes fieri: & committi fieri possint quolibet tempore quantumcunq; prohibito: & feriato: & non obstantibus aliquibus feriis in aliquo capitulo constitutis: in quibus Iudex teneatur: debeat: & obligatus sit ad petitionem cuiuscunq; petentis dare: & concedere licentiam: & committere: q; dicta lauda possint notificari: & notificentur sub pena dicto Iudici contrafacienti librarum decem pro quolibet uice: pro qua sit suppositus conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ.

De generali executione laudorum. Rubrica lxiij.

QVodlibet laudum: arbitrium: arbitramentum: sententia: pronunciatio: & diffinitio uigore alicuius compromissi lati: & dati ab aliquibus arbitris: & seu amicis communibus possit: ualeat: & debeat in omnibus: & per omnia ac si esset instrumentum guarantigiatum: executioni mandari in rebus: & personis: etiam incipiendo a captura personarum ad uoluntatem illius: in cuius fauorem tale laudum, uel aliquod prædictorum latum fuerit: dummodo fuerit latum partibus præsentibus, uel ipsis citatis, uel aliter factum: & notificatum, seu ad notitiam deductum, prout & sicut, supra in statuto de notificatione laudorum omni appellatione, nullitate, iniquitate, reductione ad arbitrium boni uiri: oppositione, contradictione, exceptione, uel defensione reiectis, & remotis, salua tamen restitutione in integrum minoribus, quorum si aliquid fuerit oppositum, per Iudicem reiciatur, & super eo non procedatur. ¶ Et solutio, uel satisfactio alicuius sententiæ latæ: & datæ ab aliquo Iudice alicuius curiæ communis Pistorii, uel arbitrii, uel arbitramenti lati, & dati ab aliquibus arbitris, seu arbitratoribus non possit in totum, aut in partem probari, nisi per scripturam publicam, uel scriptam priuatam manu creditoris confitentis sibi in totum, uel in partem satisfactum fuisse, uel manu tertiæ personæ, prout, & sicut disponitur in statuto loquente de scripturis mercatorum & artificum.

De pro

De protestatione faciendaofficialibus super obser-uantia statutorum. Rubrica lxiiij.

NOtarii introituum,& exituum cameræ communis Pistorii sub pena librarũ decem per gubernatorem,seu superiorem artis Iudicum & notariorum ciuitatis Pistorii eisdem notariis auferendarum ad opus communis Pistorii singulis mensibus teneantur protestari omnibus officialibus forensibus & Iudici appellationum,q; ipsi,& eorum familia obseruent,& obseruare debeant statuta,& ordinamenta communis Pistorii,horisq; debitis a iure municipali statutis hancum pro iure reddendo ascendant,cuius protestationis fides,& sollicitudo immineat præfato superiori artis sub pena librarum decẽ, eisdemq; notariis,& cuilibet alteri personæ requirenti pro dicta protestatione facienda pareant,& obediant omnes notarii & maxime cancellationum condemnationum,& bannorum,ac actorum communis Pistorii sub pena eius arbitrio auferenda. ℂ Nullus quoq; notarius:uel aliqua persona occasione præfatæ protestationis per aliquem officialem grauari possit sub pena librarum quingentarum cuilibet grauanti:& molestanti auferẽda: & de eisdem grauaminibus:molestia.& grauamento:grauatæ:& molestatæ personæ cum tribus testibus etiam de fama publica deponentibus:& sufficiente rationem sui dicti interrogatis non reddentibus:credi:pareriq; debeat possintq;:& debeant dicti officiales contrafacientes in dicta pena condemnari per sindicos sub pena librarum uigintiquinq; denariorum.

Quod instrumenta nõ fiant per notarios forenses vel nõ suppositos iurisditioni cõmunis Pistorii. Rubrica lxv.

STatuimus: q; in ciuitate Pistorii uel districtu non possit fieri aliquod instrumentum super aliquo contractu uẽditionis:alienationis,cæssionis:mutui:depositi:donationis:uel alicuius alterius generis contractus: uel obligationis:cuiuscunq; generis:uel qualitatis existat:per aliquem notarium forensem:uel notarium:qui non sit suppositus iurisditioni cõmunis Pistorii. ℂ Et prædicta locum non habeant contra notarios matriculatos:& descriptos in arte:& matricula iudicum:& notariorum ciuitatis Florentiæ:qui quidem notarii sic matriculati possint ipsa instrumenta conficere: nisi essent ibi in aliquo officio:quo casu subiaceant præsenti statuto:& quid contrafecerit:sit ipso iure nullum:& de tali instrumento reddi nõ possit ius per aliquẽ officialem communis Pistorii. ℂ Et nihilominus notarius rogatus de tali contractu incidat in penam librarum quinquaginta pro qualibet uice applicanda officialibus:seu conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ. ℂ Saluo q; omnes officiales communis:& ciuitatis Pistorii:qui nũc sunt: & pro tempore fuerint.possint:& eis liceat conficere scripturas ad eorum officiũ tantum pertinentes. ℂ Si quis uero dixerit:aut opposuerit aliquem notarium:non esse de numero notariorum:& matriculæ: & repertum fuerit ipsum notarium esse de dicto numero:talis opponens puniatur per rectorem ciuitatis Pistorii in libris quinquaginta den.


image
not
available

debeat copiam ipsorum instrumentorum in forma publica relinquere: & ponere in camera communis Pistorii in manibus notarii ipsius cameræ ante exitum sui officii sub pena librarum ducentarum den. sibi de facto auferendarum per quemcunq; rectorem: & officialem communis pistorii etiam post finitum sindicatum in quolibet tempore. ¶ Et nihilominus quibuscunq; scripturis per eum factis: & non repertis in camera post eius officium finitum nulla fides adhibeatur: & ipse officialis: qui dictas scripturas fecerit & non restituerit: siue consignauerit: ut supra dictum est: non possit aliquo tempore esse in aliquo officio ciuitatis Pistorii sub pena prædicta: & cancellarius teneatur huiusmodi non restituentem describere in aliquo ex libris cancellariæ communis Pistorii: in quo postea describantur cæteri similes: qui cancellarius teneatur infra quindecim dies a die scientiæ de extractione Rectorum ciuitatis Pistorii: & montaneæ: notificare eis nomina officialiũ prædictorum: & qualiter ad ciuitatem Pistorii: & montaneam uenire non possunt sub pena librarum uiginti quinq; den. ipsi cancellario retinendarũ de suo salario. ¶ Nec propterea per prędicta intelligatur permissum alicui officiali rectorum ciuitatis Pistorii facere aliquas scripturas: nisi prout permissum est eis in præcedentibus statutis: & per formam aliorum statutorũ ciuitatis Pistorii. ¶ Et miles socius domini Potestatis: & domini Capitanei: seu Commissarii ciuitatis Pistorii teneatur: & debeat ultima die sui officii repræsentare dominis Prioribus: uel eorum loco subrogatis in præsentia cancellarii: & notarii cameræ communis Pistorii libros executionum missarum & quoruncunq; pertinentium ad eorum officium per eum factos tempore eorum officii subscriptos: & autenticatos sub pena librarum centum den. imponenda per sindicos: qui eum sindicabunt: qui sindici non possint absoluere Potestatem: Capitaneum: seu Commissarium: nisi dicta cõsignatione ipsorum librorum facta: alias ipsi sindici perdant salarium: & eis non soluatur.

Quod quilibet rector & officialis forensis teneatur scripturas factas in criminalibus repræsentare. Rubrica lxix.

STatutum: & ordinatum est: q; dominus Potestas: Capitaneus: & seu Commissarius ciuitatis Pistorii: omnesq; alii officiales forenses dictæ ciuitatis teneantur. & debeãt omnia: & singula acta: & scripturas factas coram eis: uel eorum curia: uel scriptas per eos in causis maleficiorum: uel quasi: principalibus: uel appellationis: uel nullitatis reassignare publice in publico inuentario de eis solenniter facto manu ipsius notarii: qui ipsa acta: & scripturas scripserit coram dominis Prioribus & Vexillifero iusticiæ ciuitatis Pistorii: uidelicet Capitaneus per quatuor dies ante exitum sui officii: & Potestas: & alii officiales forenses ciuitatis Pistorii per quinq; dies ante finem sui officii: sub pena librarum quingentarũ den. cuilibet contrafacienti: quæ acta: & scripturæ mitti debeant per dictos dominos Priores in uno sacculo & sigillare sacculum debeant sigillo communis: & sigillo rectoris: qui eas reassignauerit: & qui domini Priores & Vexillifer teneantur: & debeant di

cta acta: & scripturas saluare: & custodire: & ea: & eas reassignare nouo successori ipsius rectoris: uel officialis: qui eas reassignauerit ea die: qua suum officium intrauerit. ¶ Quæ acta: & scripturæ nullo modo possint: uel debeant de dicto palatio extrahi: uel modo aliquo dissigillari: donec nouo successori prædicto dentur: sub pena librarum centum den. cuilibet contrafacienti: quibus datis: & consignatis dicto nouo successori termini: & dilationes in eis contenti sint: & esse intelligantur in eodem statu: in quo erant tempore reassignationis: & sigillationis eorum. ¶ Et talis successor habeat terminum uiginti dierum immediate sequentium ultra tempora in statutis expressa: & processus: qui fierent post reassignationem prædictam: reducatur in scriptis: & publicentur per eum: uel eos: qui ipsum processum scripserit: & non in cædulis: & reassignentur dicti processus in scriptis dicto nouo successori prima die sui introitus in præsentia dominorum Priorum & Vexilliferi iustitiæ: uel duorum ex eis ad minus: & de prædictis reassignationibus fiendis: & qualibet earum fiant publica instrumenta per notarium dominorum Priorum. ¶ Nec etiam possit dictus dominus Capitaneus dictis quatuor diebus sui regiminis: nec eius Iudex procedere quoquo modo in causis ciuilibus. ¶ Et similiter Potestas: & eius Iudex ultimis quatuor diebus sui officii non possit in ciuilibus causis procedere: nec aliquam sententiam: pronunciationem: uel declarationem: seu executionem facere: uel fieri facere: in criminalibus uero possint procedere ad singulos actus usq; ad finem sui officii. ¶ Saluo q̃ infra decem dies ultimos ante finem sui officii nullam sententiam: uel pronunciationem ferre possit in criminalibus quæstionibus seu causis: Capitaneus uero in dictis causis: seu quæstionib⁹ non possit ferre sententiam: uel pronunciationem infra ultimos octo dies sui officii: & si ferret: id: quod factum fuerit: uel esset: non ualeat ipso iure: & non teneat: saluo & excepto q̃ pro rebellionibus: & turbatione status cõmunis Florentiæ: & eius iurisditionis, libros uero processuum suorum eis cõsignatos restituere teneatur: & debeat notario cameræ communis Pistorii temporibus suprascriptis. ¶ Capitaneus uero mõtaneæ teneatur omnes: & singulas eõdemnationes in publicam formam tradere ipsi notario cameræ ante q̃ sit absolutus ab eius sindicatu: subscriptas manu notarii: & officialis maleficiorum dicti Capitanei in membranis: in qua subscriptione dicat esse omnes condemnationes factas tempore sui officii: & q̃ alias non fecerit: & donec prædicta faceret salarium dicti Capitanei registrari non possit: nec debeat per dictum notarium cameræ: nec per camerarium solui sub pena periurii. ¶ Qui Capitaneus teneatur: & debeat facere deueniri in camera communis Pistorii omnes: & singulas condemnationes per eum factas: & faciendas tempore sui officii de quibuscunq; comparetibus: uel eos carcerare in carceribus communis Pistorii. ¶ Et si prædicta non fecerit: debeat ipse Capitaneus montaneæ de prædictis sindicari: & ipse condemnationes cõputari in suo salario: de quibus omnibus notarius: & camerarius prædicti rinari debeant: & donec prædicta facta: & obseruata non fuerint: eidem Capitaneo eius salarium soluere non debeant: uel registrare: aut absolutio sequi possit. ¶ Et cãcellarius cõmunis Pistorii teneatur omnibus

capitaneis

Capitaneis dictæ montaneæ ultra iuramentum infra decem dies eorum officii notificare dictum statutum: & si prædicta non fecerit ipse cancellarius ea omnia dare: & soluere debeat de suo communi Pistorii.

De instrumentis non conficiendis per notarios diebus festiuis. Rubrica lxx.

STatutum: & ordinatum est: q; nullus notarius possit: uel debeat diebus dominicis: uel pascalibus uidelicet Resurrectionis Domini cū duobus sequētibus: die pentecostes cum duobus sequentibus: die ascēsionis domini: die omnium sanctorum: die circuncisionis: & æpisaniæ: die natiuitatis domini cum duobus sequentibus Apostolorum: doctorum ecclesiæ: beatæ Mariæ uirginis: & sanctorum Martini: & Laurentii instrumenta conficere: uel rogare: sed dictas festiuitates effectualiter custodire debeant. ¶Nec aliquis notarius: seu notarii stantes: & morantes in ciuitate comitatu: & districtu Pistorii possint modo aliquo conficere: uel rogare instrumenta: ut supra: etiam sub prætextu matriculæ ciuitatis Florentiæ: uel alterius loci sub pena librarum uigintiquinq; dictis notariis auferenda pro quolibet instrumento per eos rogato: & qualibet uice contrafecerint: applicanda pro tertia parte communi Pistorii: pro tertia parte rectori illam exigenti: & pro alia tertia parte accusatori. ¶Saluo q; in dictis diebus: & quolibet eorum possint testamenta: & ultimas uoluntates conficere: & rogare: & instrumenta matrimonii paces: treugas: & lauda quando ultima dies compromissi in aliquem ex supradictis diebus incideret: & similiter instrumenta appellationum: quando ultima dies data ad appellandū caderet in aliquē ex dictis diebus. ¶Et instrumenta talibus diebus rogata contra formam prædictam nō ualeant: & non teneant ipso iure: & executionem non mereantur: & eis nulla fides adhiberi debeat: etiam non obstante q; per partes fuerit talibus feriis, & diebus feriatis renunciatum.

Quod notarij teneantur denunciare quod scriptum est. Rubica lxxj.

OMnes notarii ciuitatis Pistorii teneantur testamēta: & ultimas uoluntates, quæ: & quas scripserint de cætero: in quibus legata: seu relicta fuerint: denūciare illis: quibus relictum est uidelicet communi: operibus: & pauperrimis personis: & eisdem dare testamentum exemplatum: uel saltem illam partem testamenti: seu ultimæ uoluntatis cum institutione heredis: cum qua efficaciter legata: & relicta exigere possint: & ipsis notariis soluant mercedem suam: sicut conueniens extiterit: quæ omnia dicti notarii teneantur facere infra mensem post obitum testatoris: aliter puniatur contrafaciens in penam librarum uigintiquinq; pro qualibet uice.

De fide habenda cedulis repertis in abreuiaturis notariorum. Rubrica lxxij.

CVm homines: & personæ ciuitatis: & districtus Pistorii incurrant: & incurrerint grauia damna: & pericula propter guerras: & bella ciuilia: ac etiã negligentiam notariorum defuntorum, & qui in diem pro tempore deficiunt in non ponendo, & non scribendo instrumenta, quæ rogant, & conficiunt in actis, cædulis, seu prothocollis, sed ea dimittunt, & relaſſant in eorum puris originalibus, filzis nuncupatis, Statutum, & ordinatum est, q̃ talibus filzis originalibus, quæ reperiuntur, uel in futurum quomodolibet reperirentur inter abreuiaturas talium notariorum, facta de eis comparatione literarum per proconſulem collegii notariorum ciuitatis Pistorii, & quatuor notarios de ſufficientibus dicti collegii non attinentes, nec conſanguineos nec alicui partium ſuſpectos per ipſum proconſulem eligendos cum literis, & caracteribus aliorum inſtrumentorum talis notarii conſiſtentibus in aliis actibus, cædulis, seu prothocollis ipſius notarii titulatis, & per eum ſubſcriptis, & seu ſaltem ſolum titulatis, aut ſolum ſubſcriptis. ¶ Quæ comparatio fieri debeat citata parte aduerſa ad contradicendum, & expediri infra decem dies a die petitionis infra decem dies ex tunc proxime futuros, & mediante corporali iuramento præfatorum ſic comparentium: & credentium talia ſic comparanda eſſe propria manu ſcripta ipſius notarii: inter cuius abreuiaturas reperta fuerint. ¶ Quibus filzis: ſeu ſcripturis ſic comparatis detur: & adhibeatur plena & indubia fides: & liberam executionem mereantur: & executioni mandari debeant tanquam inſtrumenta guarantigiata: non obſtante q̃ in dictis filzis. & ſcripturis ſic comparatis non ſint obligationes: renunciationes: anni domini: menſis: & locus: & alia: quæ requiruntur de iure: & ex forma ſtatutorum in ſimilibus inſtrumentis: dummodo in eis ſint nomina: & pronomina contrahentium: adeo q̃ conſtet: & conſtare poſſit de corpore: & etiam in eis ſint res: uel quantitas de qua ageretur: & teſtes: quam comparationem ſic factam dictus dominus proconſul approbet: & confirmet: & deſuper imponat eius autoritatem: & decretũ. ¶ Hoc declarato q̃ omnes cedulæ: prothocolla: & acta talium notariorum non titulata: ſeu non ſubſcripta manu propria talium notariorum intelligantur filze originales: & illis nulla fides adhibeatur: niſi de eis: cum queſtio naſceretur: facta fuerit comparatio literarum modo: & forma ſuperius dictis: & quatenus inſtrumẽta: & acta prædicta eſſent titulata: uel ſaltem ſubſcripta: ut ſupra: licet aliena manu eſſent deſcripta: eiſdem ut ſuperius adhibeatur plena fides. & exequantur. ¶ Et notarii ciuitatis: & diſtrictus Piſtorii de cætero teneantur uinculo iuramenti: & ſub pena librarum uigintiquinq̃ den. pro qualibet uice: ponere: & deſcribere, in eorum cædulis: prothocollis & actis titulatis ut ſupra omnia inſtrumenta: & rogationis: quæ: & quas rogabunt: infra duos menſes poſt rogationem prædictam ex tunc proxime futuros: niſi aliqua iuſta cauſa eos excuſaret. ¶ Et ſi quod inſtrumentum deinceps confectum produceretur in iudicio: quod non eſſet deſcriptum in actis: cædulis: ſeu prothocollis titulatis: aut ſubſcriptis: ut ſupra: ſed in ſuis

filzis

filzis originalibus puniatur notarius de eo rogatus in libris uigintiquinq; den. applicandis prout in statuto sub rubrica de abre. not. dicetur. ¶Et nullus notarius possit: audeat: uel præsumat rogare aliquod instrumentū: seu testamentum: uel alterius cuiuscunq; qualitatis: nisi primo scriptum fuerit sub eadem pena & applicatione. ¶Nec possint notarii prædicti rogare instrumenta matrimonii: in quibus fieret mentio: q; dos promittitur iuxta tenorem scriptæ parentelæ: nisi primo: & ante omnia reperiretur dicta scripta penes eos: & eam receperint: quam registrare teneantur in tali instrumento sub pena cuilibet contrafacienti librarum centum den. ¶Commissiones autem cædularum: actorum: & iurium notariorum defunctorū fieri possint: & ualeant per dominum Potestatem: uel eius locum tenentem: & etiam per proconsulem collegii notariorum Pistorii: aut alterum eorum: prout disponitur per statuta dicti collegii & artis. ¶Quæ statuta non cōtraria prædictis: & supra disposita: & infra in uolumine præsentium statutorum disponendis: seruari debeant: tanquam statuta populi communis Pistorii: & ita ea omnia uigore præsentis capitulo approbata, & confirmata esse intelligantur.

De abreuiaturis notariorum. Rubrica Ixxiij.

QVoniam per memoriam scripturarum mundus regitur, & illuminatur, & experientia magistra omnes publicæ scripturæ retroactis temporibus æditæ ob malam eorum custodiam, & deperditæ & in alios usus conuersæ fuerunt in graue damnum particularium personarum, & dedecus ciuitatis. ¶Qua propter statutum, & ordinatum est, q; dominus Præses ciuitatis Pistorii ex debito sui officii, & sub uinculo iuramenti teneatur, & debeat infra duos mēses, a die approbationis præsentium statutorum per publicum præconem communis Pistorii mittere æditum per loca publica, & consueta dictæ ciuitatis, in quibus bannitur cōsilium populi. ¶Quod quælibet persona cuiuscunq; status, gradus, aut conditionis existat suæ iurisditionis secularis habens, & tenens penes se quoquo modo aliquas scripturas, cædulas, acta, prothocolla, instrumenta, & quæcunq; alia documenta rogata per aliquem ex notariis defunctis tam ciuitatis, q̄ comitatus, & districtus Pistorii teneatur, & debeat ea omnia infra quindecim dies inde proxime futuros realiter, & cum effectu præsentare ipsi præsidi sub pena, & ad penam librarum centū den. pro quolibet contrafaciente applicanda pro quarta parte communi Pistorii, pro quarta accusatori, pro quarta collegio iudicum & notariorum ciuitatis Pistorii, & pro alia quarta rectori exigenti, de quibus ommibus teneatur, & debeat facere diligentem inquisitionem, & repertos culpabiles punire, & condemnare, ut supra, sub pena eidem rectori librarum quinquaginta den. de facto auferenda, & de suo salario retinenda. ¶Quas scripturas, instrumenta, & acta postquam eidem fuerint præsentata, & præsentatæ consignare debeat dominis Prioribus, uel eorum loco subrogatis infra octo dies, qui ex debito eorum officii, & sub uinculo iuramēti per eos præstiti teneantur, & debeant ea, & eas inuentariare & per inuentarium de-

ſcribi facere in quodam libro ad hoc ſpecialiter expenſis communis ordinã-
do: illaſq; & illa ponere: & relaſſare in cancellaria communis Piſtorii in ſtã-
tia reſpiciente uerſus plateam in armariis faciendis expenſis communis ſub
claue hoſtii dictæ ſtantiæ tenenda per cancellarium communis: expreſſe de
notando in quo armario: & ſub quo numero ſignato tales ſcripturæ depo-
nuntur: quibus armariis fiant duo claues pro quolibet eorum: quarum al-
teram teneant heredes talis notarii defuncti de eis rogati: alteram uero no-
tarius deputatus iuxta formam ſtatutorum ad eas: uel ea ſummendum: &
exemplandum. ¶ Et hæredes: & ſucceſſores notariorum quorumcunq; ci-
uitatis: comitatus: & diſtrictus Piſtorii: qui de cætero deceſſerint: tenean-
tur: & debeant ſub dicta pena: & applicatione omnes: & ſingulas ſcripturas
& inſtrumenta publica: aliaq; acta rogata per talem notarium defunctum
infra duos menſes a die mortis talis notarii futuros per inuentarium conſi-
gnare dictis dominis Prioribus: ſeu eorum ſubrogatis: & deſcribi facere in
dicto libro eaq; & eas ponere: & relaſſare in armariis prædictis ſub cura: &
cuſtodia: & pro ut ſupra dictum eſt i quæ deſcriptio: & inuentarium fieri de-
beat per dictum cancellarium pro tempore exiſtentem. ¶ Notarii uero
electi: & deputati ad ſummendum: & copiandum ſcripturas prædictas tene
antur: & debeant: poſſintq; & eis liceat ad inſtantiam hæredum dictorum
notariorum defunctorum: & perſonarum intereſſe habentium: ſeu aliter de
mandato alicuius rectoris communis Piſtorii ſummere: copiare: extendere
& ingroſſare ſcripturas inſtrumenta: & acta prædicta in debita iuris forma:
aliaq; omnia facere: quæ facere tenebit: & poterat notarius de eis rogatus:
& defunctus ſub bona fide: diligentia: & legalitate: arbitrio boni uiri.
¶ Et pro meliori: ac fideli cura dictorum actorum: & ſcripturarum ſtatui-
mus: q; dum: & quando occurrerit: q; debeat uideri: aut ſummi: & copiari
aliquod inſtrumentum: uel ſcriptura: ipſe cancellarius ex debito ſui officii
teneatur aperire cum ſua claue hoſtium prædictæ ſtantiæ: & permittere q;
notarius ut ſupra deputatus partibus uolentibus ea: & eas legat: & in eode
loco: & ſtantia copiam faciat ex eis ipſo cancellario præſente, & aſſiſtente:
qui ſcripturas: & acta: ut ſupra: copiata: & ſubſcripta a dicto notario recon-
trare habeat, & eas, & ea ſubſcribere, & autenticare in forma iuris ualida, &
debita. ¶ Merces autem ſoluenda ex tali inſtrumento, & ſcriptura iuxta
formam ſtatutorũ, ſpectet, & ſoluatur pro dimidia hæredibus, ſeu dominis,
& patronis eorum, & ſi domino carerent, collegio iudicum, & notariorum
ciuitatis Piſtorii, reſiduum autem diuidatur inter notarium qui copiam fe-
cit, & cancellarium prædictum hoc modo uidelicet ſolidi ſeptem ſpectent
ipſi notario, & ſolidi tres cancellario pro qualibet libra denariorum ex tali
inſtrumento ſumpto ſoluenda. ¶ Et liceat, & licitum ſit cuilibet notario
decedenti committere, & relinquere alteri notario, cui ſibi placuerit, de ciui-
tate Piſtorii ſuas abreuiaturas, omneſq; ſcripturas publicas, qui notarius
poſt mortem ipſius poſſit conficere, & in plenam formam reducere, pro ut
ſupra dictum eſt, & ualeant, & teneãt, pro ut, & ac ſi facta eſſent per notariũ
defunctum, non obſtante, q; non habuerit mandatum, uel autoritatem con
ficiendi a Poteſtate, uel ab aliquo officiali, quæ commiſſiones fieri debeant

per

per publica instrumenta: alias non ualeant: & idem fiat: & intelligatur de absentibus: uel uolentibus se absentare: & impeditis. ¶ Et si de cætero aliquis notarius rogauerit aliquam cartam: de qua integraliter fuerit solutus: & ipsam cartam non sumpserit: & contigerit: q̃ per eius mortem: uel aliud impedimentum eam scribere non ualuit: Potestas teneatur fieri facere cartam per illum notarium: cui commissæ sunt abreuiaturæ talis notarii defuncti expensis ipsius notarii defuncti: & suorum hæredum: uel faciat restituere præcium per ipsum notarium: dum uiuebat: receptum de bonis dicti notarii.

De precio abreuiaturarum. Rubrica lxxiiij.

Litibus & differentiis: quæ sæpe sæpius oriuntur occasione præcii: & mercedis alicuius instrumenti laudorum: testamentorum: codicillorum: aliorũq; rogituum summendorum a notariis de eis rogatis prouidere uolentes. ¶ Statutum: & ordinatum est: q̃ nullus notarius: siue quæuis alia persona quæ penes se habeat instrumenta quælibet: seu contractus scripturas: aut acta notariorum possit accipere: aut consequi pro sumptione instrumentorum infrascriptorum cæteratorum aliquid ultra uel præter infrascriptas quãtitates. ¶ Pro sumptione instrumenti uenditionis bonorum immobilium ascendentium ad summam librarum centum quinquaginta & abinde infra solidos uiginti den. a libris centum quinquaginta usq; in libris trecentis: solidos quadraginta: a libris CCC usq; in quingentis inclusiue: solidos quinquaginta: a quingentis usq; in mille: libras quatuor den. a mille in duabus millibus: libras septem: a duabus millibus: usq; in tribus millibus: libras decem: a tribus millibus: usq; ad mille ducatorum inclusiue libras quatuordecim: a scutis mille supra: quæcunq; esset summa: libras uiginti unam den. ¶ Teneanturq; & debeant dicti notarii ad uoluntatem petentis dicta instrumenta dare sumpta: & extensa in publicam formam: & tunc habeant: & habere debeant: ultra supradictas quantitates supra taxatas ad rationem solidorum decem den. pro qualibet libra supradictarum quantitatum singula singulis congrue referendo. ¶ Pro sumptione uero: & copia testamẽtorum: codicillorum: aut legatorum accipere debeant: & possint iuxta taxam supradictam: teneantur tamen summere: dare: & copiare cuilibet uolenti: & petenti illam partem testamenti, codicillorum, seu legatorum, quæ summi & eleuari peteretur, & tunc secundum extimationem, & continentiã dictæ partis copiatæ soluatur dicto notario ad ratam prætaxatam. ¶ Pro sumptione, & copia laudorum, quia secundum importantiam, & laborem illorum prouidendum est, & differentiæ de facili oriri possent, stetur, & stari debeat de prædictis declarationi Iudicis causarum ciuilium habita per eum colloquio secrete cum peritis in arte, aut palam aduertendo semper ad scalam supradictarum quantitatum, pro sumptione instrumentorum treguæ & pacis libras duas den. ¶ Pro instrumentis diuisionum bonorum immobilium soluatur & accipere possint ad rationẽ solidorũ quinq; pro qualibet

libra supraſcriptæ ſcalæ uenditionis bonorum. ¶Et ſi quæſtio oriretur circa ualorem bonorum: ſtetur declarationi dicti domini Iudicis: ut ſupra. ¶Pro copia inſtrumentorum recognitionum debiti quantitatis librarum centum quinquaginta den. uel ab inde infra ſolidos uiginti den. a libris centum quinquaginta in quingentis incluſiue: ſolidos triginta: a quingentis in mille: libras duas den. a mille in duabus millibus: lib. duas & ſolidos decē: a duabus millibus in quatuor millibus incluſiue: libras tres den. & a dicta ſumma uſq; in quamcunq; ſummam: libras quatuor den. ¶Et ſi lis uel differentia naſceretur ſuper prædictis aliquo de ſupraſcriptorum inſtrumento rum quorumcunq; ſtetur: & ſtari debeat in omni caſu declarationi dicti domini Iudicis: modo & forma: quibus ſupra: qui dominus Iudex declarare teneatur: & debeat infra duos dies: a die porrectæ quærimoniæ ſeu petitionis per alteram partium prædictarum. ¶Et idem obſeruetur ſi de aliis quibuſcunq; inſtrumentis naſceretur differentia circa præcium eorum.

De inſtrumentis dotalibus deperditis. Rubrica Ixxv.

QVoniam multa inſtrumenta dotalia reperiuntur perdita: ſeu non reperiuntur poſita in actis: uel ſcripta in cœdulis: & hoc accidit propter guerras: quę diutius in ciuitate Piſtorii: & eius diſtrictu uiguerunt: & propter derobationes actorum: & inſtrumentorum factas in dicta ciuitate: & propter periculum ignis: & negligentiam notariorum defunctorum: & ea propter multæ mulieres: & multæ uiduæ caderent in maximum periculum: cum causa dotis ſauorabilis ſit de iure. Statutum & ordinatum eſt: q; ſiqua mulier: uel eius heres: ſeu legatarius: uel creditor ipſius mulieris coram Iudice de hoc quærimoniam porrexerit: ipſe Iudex teneatur compellere operarios ſancti Iacobi maioris eccleſiæ: qui pro tempore fuerint: eligere uinculo iuramenti quatuor ex melioribus hominibus habentibus etatem quinquaginta annorum: uel ab inde ſupra: de ciuitate Piſtorii: ſi maritus fuiſſet de ciuitate Piſtorii: uel conſueuerit habitare Piſtorii: & ſi de comitatu: de illo communi: de quo fuiſſet ille maritus: uel de propinquiori communi: qui non ſint conſanguinei talis mulieris: uel mariti: uel eorum hæredum uſq; in tertium gradum. ¶Qui quatuor homines compellantur uinculo iuramenti dicere: & declarare quantitatem dotis: quam credunt: uel fuiſſe dicunt: fuiſſe datam per talem mulierem ſuo uiro: uel uxori: uel utriq; & tempus quo credunt fuiſſe confectum: uiſa primo per eos expoſitione: quæ dicta occaſione coram Iudice facta fuiſſet per ipſam mulierem: ſeu eius hæredem: uel legatarium ſeu creditorem eius: & auditis omnibus uolentibus aliquid contradicere his: quæ continentur in ipſa expoſitione. Et banno primo miſſo per præconem communis Piſtorii publice per ciuitatem: uel in communi unde fuiſſet maritus per præconem communis Piſtorii: in quo banno contineatur nomen: & pronomen mulieris: uel hæredum petentis: mariti: & capella & locus: unde eſt: uel fuerit maritus: & quantitas dotis: & ſi qua perſona uult contradicere: compareat infra octo dies: & receptis teſtibus

bus secrete: & palam cum scriptura: uel sine pro ut placuerit ipsis quatuor hominibus: id: quod dictum: uel declaratum fuerit per ipsos quatuor: uel tres ex eis concordes ualeat: & teneat: & executioni mandetur.

¶Saluo q̃ si aliquo tempore appareret instrumentum dotis: dicta declaratio non teneat pro ea quantitate: in qua esset contraria instrumento dotis: & si aliquid esset dictum: & declaratum: quod non contineatur in instrumento dotis: detrahi debeat: & restitui: & si minus: debeat suppleri: quam declarationem facere debeant dicti ciues electi sub pena lib. xxv den.

De reinueniendo scripturas communis Rubrica lxxvj.

EGo Potestas: Capitaneus: seu Commissarius ciuitatis Pistorii per bonam fidem: & sine fraude reinueniam omnes homines dictæ ciuitatis habẽtes scripturas communis: & eas illis tollam: & mittam in scrinium communis: & præcipiam iuramento iudicibus: & notariis ad hoc deputatis: q̃ reddant omnes illas scripturas: & nominatim libros sententiarum: & tenutarum: & cartas publicas: si habent: publico camerario: & habeat unum scrineum ad hoc designatum: & in quo prædictæ scripturæ stent: & reponantur serratæ cum claui: quas teneatur saluare: & custodire ad opus communis Pistorii: & non ostendere: nec dare: nisi iudici causarum: & notariis causarum earũdem: & his: quibus dictæ scripturæ spectant.

De instrumentis publicis in libro communis scribendis. Rubrica lxxvij.

PRouisum: & ordinatum est: q̃ Potestas faciat iurare omnes notarios ciuitatis Pistorii: q̃ ipsi scribent in libro communis omnia instrumenta pertinentia: aut quæ uidebuntur pertinere ad commune Pistorii: de quibus rogati essent: & de cetero facient infra quindecim dies: postquam requisiti fuerint: & qui semel iurauerint: non teneantur postea iurare: & camerarius communis Pistorii det eis iustum: & cõueniens præcium: si ea scripserint infra tempus prædictum: si autem postea: nullum præcium recipiant a communi: qui liber bene custodiatur: & nemini ostendatur sine licẽtia domini Potestatis: & dominorum Priorum: uel eorum alterius: & instrumenta: quæ fient de cætero suo tempore: faciant scribere: & autentice poni in eodem libro.

¶Et teneatur dictus dominus Potestas infra primum mensem sui officii facere registrari: & scribi in actis communis Pistorii omnia priuilegia notariorum uiuorum: & mortuorum: quæ habere possent nõ registrata: & abinde in antea non possit opponi: & si oppositum fuerit: non audiatur: q̃ aliquis eorum non sit notarius: uel eorum scripturas confectas a non notario.

¶Idem dicimus de scripturis notariorum: quorum priuilegia non fuerint registrata: dummodo publice exerceant artem notariæ in ciuitate Pistorii: uel districtu: uel exercuerint: saluo q̃ eorum instrumenta possint reprobari & de eorum priuilegiis exhibendis banniatur sub certa pena.

De instrumentis fictitiis & simulatis. Rubrica lxxviij.

CVm multæ alienationes,& obligationes factæ,reperiantur temporibus retroactis,& in futurum reperiri possent per uim,& metum,& fictitie & simulate statutum: & ordinatum esse,q; si aliqua persona,quæ talem alienationē fecisset,uel in futurum faceret alicui personæ, & eius hæredes,& quælibet alia persona,contra quam tales alienationes,uel obligationes producte essent hactenus,uel producerentur in futurum,uellet dicere talem alienationem,obligationem,uel contractum super his factum fuisse per uim, uel metum,uel fictitie uel simulate,possit quærimoniam suam proponere coram dominis Prioribus,& Vexillifero iustitiæ,qui teneantur sub pena librarum decem den. pro quolibet, & qualibet uice infra quinq; dies a die porrectæ quærimoniæ citari facere semel personaliter,uel ad domum publice in uicinia duabus uicibus diebus sub diuersis personam,quæ recepisset perse, uel alium,uel in futurum reciperet talem alienationem, uel obligationem coīā ipsis dominis prioribus & Vexillifero iustitiæ,& quæ produxisset, uel in antea produceret talem alienationem,obligationem,uel contractum.

¶ Et si talis persona comparuerit post citationem & non contradixerit,uel si non comparuerit per se,uel lægiptimam personam, pronuncient, & pronunciare debeant ipsam alienationem,obligationem,uel contractum fuisse factum per uim,& metum,seu fictitie,aut simulate,& esse cassum,& uanū & nullius efficaciæ:uel ualoris:& pro cassis:& uanis haberi. ¶ Si autem comparuerit:& contradixerit:teneantur domini Priores & Vexillifer iusticiæ sub dicta pena infra alios quinq; dies:a die contradictionis numerādos, proponere dictam quærimoniam in cōsilio populi:& facere ibi legi petitionem:& contraditionem:& denunciari facere partibus:q; ueniant:si uolunt ad dicendum in tali consilio quicquid uolunt super præmissis. ¶ Et quicquid obtentum fuerit per duas partes consiliariorum in dicto consilio existentium:plenam obtineat firmitatem:non obstante aliquo statuto in contrarium loquente:in quo consilio præstetur sacramentum per quemlibet consiliarium ad sancta dei euangelia:& si Deus:& beatus Iacobus eum adiuuet:ante cuius beati Iacobi imaginem præstetur:q; se concordabit in eo: quod crediderit uerum esse.& contra id: quod crediderit uerum esse: non arrengabit:uel se concordabit. ¶ Et si aliquam ex dictis alienationibus: uel obligationibus recepisset:uel in futurum recipiet aliqua persona ecclesiastica:teneantur duo masculi ex proximioribus ex latere patrimonii talis ecclesiasticæ personæ:si contra talem obligationem: uel alienationem obtentum fuerit in consilio populi eo modo:ut supra dictum est:facere: & curare:q; talis ecclesiastica persona restituat:& dimittat talem rem alienatam: uel obligatam:& casset:& cassari faciat: & renunciet omni suo iuri ad uoluntatem petentis sub pena librarum centum: & nihilominus teneantur ad conseruandum sine damno eum: qui alienationem: uel obligationem fecisset. ¶ Et siqua persona hactenus uendidisset: uel uenderet in futurum: uel alio titulo alienasset aliquam rem: & post ipsam uenditionem: uel alienationem possederit per decem annos ipse: uel eius hæ-

redes

redes: uel habens causam ab eo ipsam rem uenditam: & alienatam talis uenditio: uel alienatio intelligatur fictitia: & simulata ipso iure: & pro fictitia: & simulata habeatur: non obstante q̃ uenditor uel alienans consti tuerit se ipsam rem uenditam: uel alienatam ipsius emptoris nomine possidere: dummodo ambæ partes præsentes fuerint: uel stare potuerint dicto tempore decem annorum in ciuitate Pistorii. ¶ Et potestas ciuitatis Pistorii: & eius Iudex possint: & quilibet eorum possit de prædictis instrumẽtis ficticiis cognoscere: & procedere per uiam ordinarii iudicii: & nõ aliter.

De emptione facta in fraudem vsurarum. Rubrica lxxix.

Siqua persona emerit: uel uendiderit terram: uel affictum: uel aliud in fraudem usurarum: cœlebratum contractum rescindi faciam: quæ locum habeant contra creditores usurarios tantum.

De renunciatione non numerate pecunie. Rubrica lxxx.

Statutum: & ordinatum est: q̃ siqua persona fuerit confessa in instrumento sibi pecuniam fore numeratam: uel res aliquas recepisse: & renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ: uel rei non acceptæ: non audiatur post modum uolens dicere sibi pecuniam non numeratam fuisse: uel rem non acceptam: nisi infra tertiam diem a die facti instrumenti conquæstus fuerit coram Potestate de pecunia: uel re sibi non numerata: uel tradita: in quo casu possit summarie cognosci omni solemnitate omissa: & si talis conquærens super hoc in fraudem repertus fuerit: condemnetur in duplum eius: de quo conquæreretur: ad opus communis Pistorii.

De alimentis. Rubrica lxxxi.

Pater: mater: auus: proauus: auia, & proauia alimentis indigentes, suos inferiores etiam emancipatos, uel aliter, a patria Potestate liberatos sufficientes & idoneos in facultatibus possint compellere realiter & personaliter ad alimenta sibi præstanda secundum modum suarum facultatum.

De alimentis preteritis ex testamento vel vltima voluntate debitis. Rubrica lxxxij.

Statutum est. q̃ nulla persona, quæ diceret sibi alimenta deberi, & sibi esse detenta, possit ipsa alimenta petere, nisi pro tribus annis proxime præteritis & hæc locum habeant in præteritis, & futuris, & in alimẽtis relictis in testamento, uel ultima uoluntate duntaxat, & idem intelligatur, & fiat de omnibus aliis debitis annuatim ex quacunq; causa, uel ratione, saluo q̃ in affictibus habeat locum statutum positum sub rubrica de eo qui stet. per quin. & non reclam.

De alimentis futuris. Rubrica lxxxiij.

QVoniam sicut legitur in diuinis uiduarum orphanorum: & pupillorum: tã masculorum: q̃ fœminarum coadiutores esse debemus: & maxime ne fame pereant. Statutum: & ordinatum est: q̃ Potestas: & eius Iudex causarum ciuilium teneantur: & debeant cognoscere super alimentis futuris omni tẽpore non obstantibus feriis sine libelli oblatione: & litis contestatione: & alia iuris solemnitate: & ipsas quæstiones summarie terminare: & diffinire debeant: sicut eis iustum uidebitur: non obstante aliqua appellatione: uel nullitatis præpositione: quæ fieret: & non ostante aliquo statuto communis: uel populi: & a pronunciatione: seu sententia lata pro alimentis nõ possit appellari: nec aliquid de nullitate opponi.

Quod nulla mulier personaliter vadat coram Potestate vel Capitaneo. Rubrica lxxxiiij.

PRo honestate: & pudicitia conseruanda: statuimus: q̃ nulla mulier ciuitatis: uel districtus Pistorii uadat coram dominis Potestate: Capitaneo: seu Commissario ciuitatis Pistorii: nec coram iudicibus: uel aliquo officiali cõmunis Pistorii pro aliqua ciuili: uel criminali causa: nec conueniantur: aut conueniri possint mulieres prædictæ personaliter coram ipsis rectoribus: officialibus: uel iudicibus. ¶Sed possint coram eis omnia per procuratorem facere: quæ ipsemet facerent: qui procuratores earum possint de calumnia iurare in animam suarum principalium de ueritate dicenda: & capitulis & quibuscunq; actibus: etiam si essent de illis: in quibus mulieres prædictæ possent cogi personaliter comparere: respondere possint: in quibus omnibus sufficiat procuratorem mittere: & quicquid per ipsum procuratorem factum fuerit: ualeat: & teneat coram dictis rectoribus. ¶Nec ascendant dictæ mulieres palatium domini Potestatis: uel Capitanei: seu Commissarii: uel alicuius officialis pro aliqua confessione facienda: uel testimonio reddẽdo in causis ciuilibus: uel criminalibus: sed Iudex dictarum causarũ: & eius notarii: & quilibet alius officialis: cuius cognitio negocii fuerit: teneantur ire in ecclesiam maiorem pro ipsarum confessione: & testimonio recipiendo quæ omnia ualeant: & teneant non obstante aliquo capitulo constituti generali uel speciali. ¶Saluo q̃ si Rectores prædicti: aut aliquis eorum uiderent procedendum esse contra aliquam mulierem ad tormenta: possint: non obstante præsenti statuto: contra eam facere: & in palatio uenire: & coram se comparere occasione prædicta.

De cõtiorãda muliere. Rubrica lxxxv.

ORdinamus: q̃ notarii cum fecerint mulieres contractibus consentire: uel faciunt iurare mulierem firmum habere contractum: teneãtur eam certiorare de iure suo: dicendo q̃ non poterit uenire contra consensum proprium, uel iuramentum: & de renunciatione fiat: & obseruetur idem.

De consensu ⁊ obligatione mulieris ⁊ de datione faciendā per virum de bonis suis. Rubrica lxxxvj.

SIqua mulier maior annis decem & octo consenserit alicui obligationi: uel contractum aliquem: uel obligationem inhierit: seu fecerit per scripturam publicam cum consensu duorum propinquorum ætatis uigintiquinq; annorum ualeat: & non reuocetur: dummodo iurēt se esse propinquiores mulieris: & si patrem habuerit: requiratur: & sufficiat cōsensus patris: & aliter non ualeat. ¶ Et datio insolutum alicui creditori facta de bonis uiri sui: uel alterius obligati ad dotem uiuente uiro non præiudicet eius uxori: eo mortuo: quin ipsa mulier possit petere: & ipsa bona defendere: & iura sua in ipsis bonis consequi. ¶ Nisi creditor: qui recepisset talia bona insolutum: uoluerit soluere ipsi mulieri dotē suam: cui creditori sic soluenti ipsa mulier iura suæ dotis & hipotecæ cœdere tenearur. ¶ Et nulla mulier uiuente uiro suo possit: aut debeat contra eum cœdere: uel dare actionem: uel aliqua iura suæ dotis: seu aliter iura sibi competentia. ¶ Nec alicui mulieri constante matrimonio intelligatur currere: aut currisse aliqua p̄scriptio in dotem: aut bona pro dote sibi obligata. ¶ Consensus tam mulierum præstitus in alienatione: uel obligatione bonorum sibi pro dote obligatorū: uel renunciatio hipotecarum: uel iurium competentium in ipsis non præiudicet mulieri pro ipsa dote. ¶ Nisi tempore dicti consensus: uel renunciationis supersint tot bona immobilia: ultra bona alienata: uel obligata: quæ sufficiant ad consequendum sua iura dotalia: & ad ipsius dotis satisfactionem, prout de iure communi disponitur: & per talem consensum: uel obligationem non rumpatur: uel diminuatur ius solidi: & exceptio cedendarū actionum non possit eidem opponi.

Quod venditiones: alienationes ⁊ cōsensus faciendi per mulieres fiant cum consensu duorū p̄opinquorū. Rubrica lxxxvij.

FRagilitati sexus mulierū subuenire uolentes prouidemus: q̄ nulla mulier nupta ciuitatis: uel districtus Pistorii cōstante matrimonio possit de bonis suis immobilibus alienare: uel se: uel bona sua aliqualiter obligare: uel consentire: uel iuri suo renunciare sine expresso consensu de præsenti duorum suorum propinquorum: qui sint ætatis ad minus annorum uigintiquinq; completorum pro quolibet ipsorum: qui p̄opinqui iurēt ad sancta dei euāgelia scripturis manu tactis se esse propinquiores dictæ mulieris: & bonæ conditionis & famæ: & hoc si patrem non habet. ¶ Vel eum consensu patris tantum ibidem præsentis: si esset in ciuitate: uel comitatu Pistorii: & credatur instrumento: nisi contrarium probetur. ¶ Et si dicti propinquiores primo loco citati: & requisiti infra decem dies post ipsam requisitionem factum: de qua legiptime per acta causarū appareat: non consenserint tali mulieri: rūc cōsensum prædictū præstēt: & ualeat si præstitū fuerit: p̄ duos ipsius mulieris p̄pinquos eidē usq; in tertiū gradū secundū ius canonicū. ¶ Et si dictæ mulieres carerēt p̄pinquioribus: seu p̄pinquis ætatis xxv annorū ut

supra: uel si essēt mulieres forēses de extra districtū Pistorii: & si ciuitate: uel districtu nuptæ: cōsensus p̄dictus p̄stari possit: & ualeat p̄ operarios sancti Iacobi Apostoli de Pistorio: uel maiorē partē eorū: & in eorum defectum per magnificos dominos procuratores: uel maiorem partem ipsorum dictæ ciuitatis. ¶ Et si propinquiores: qui iurauerint: & consenserint: non fuerint propinquiores: sed adsint magis propinqui: tunc & eo casu ipsi: uel alter eorum incidant in penam ad rationem librarum decem pro quolibet cē tennario librarum eius: quod in instrumento contineretur: & nihilominus actus sit ipso iure nullus. ¶ Saluo q̄ in procurationibus ad causas: & locationibus ad modicum tempus prædictus consensus non requiratur: q̄ si cō trafactum fuerit: non ualeat: & non teneat ipso iure. ¶ Aliæ uero mulieres solutæ a matrimonio: uel non nuptæ possint contrahere: & omnia prædicta facere absq̄ consensu propinquiorum: uel propinquorum: & prædicta locū habeant: non obstante aliquo iuramento: quod per ipsam mulierem præstetur. ¶ Siquis uero notarius de prædictis alienationibus: obligationibus: consensibus: & renunciationibus sine prædicto consensu duorum pro pinquorum: aut propinquiorum: uel patris: siue operariorū sancti Iacobi: aut procuratorum: ut supra dictum est: publicum confecerit instrumentum puniatur ad opus communis Pistorii in libris uigintiquinq̄ den. & quod contra factum fuerit: sit ipso iure nullum.

Quod mulier dotata non possit p̄o dote matris uel auie: agere contra bona alienata per patrem. Rubrica lxxviii.

STatuimus: & ordinamus: q̄ nulla mulier: nec habens causam ab ea: quæ dotata fuerit in præterito tempore: uel futuro a patre: fratre: auo: aut proauo: possit petere: uel aliquid dicere contra bona: quæ alienata: uel obligata forent per patrem: fratrem: auum: uel proauum: prætextu dotis matris auiæ: uel proauiæ: nec in illis bonis prætextu talium iurium dotium prædictarū possessores eorum possit molestare: uel inquietare.

De non mouendo litem a muliere de parte sua existente cum uiro infra quinquennium. Rubrica lxxix.

ORdinamus: q̄ postq̄ mulier steterit de cætero per quinquennium cum marito suo: & infra dictum tempus non mouerit litem de dote sibi constituēda: uel danda: uel de parte sua q̄ ab inde in antea intelligatur fuisse dotata de bonis patris: uel a patre: uel a fratre: seu fratribus: uel tutoribus suis: quæ locum habeant in præteritis: & futuris.

De donatione p̄opter nuptias. Rubrica lxxx.

STatuimus: q̄ nulla mulier consequatur donationem propter nuptias: uel antifatum: si post mortem uiri filii filiæ ue remanserint ex ambobus: scilicet uito: & uxore. ¶ Et siqua mulier de ciuitate: aut districtus Pistorii deinceps

ceps post mortem uiri infra octo mēses alium uirum acceperit: non habeat donationem propter nuptias: nec antifatum. ¶Nec filii: nec mundualdi ante octo mēses quoſt mortem uiri ſui: nec heredes defuncti poſſint eam expellere de domo defuncti: nec uictum negare pro ea parte dotis: quæ ſibi ab herede reſtitui debet. ¶Et donatio propter nuptias non poſſit excedere quantitatem librarum uigintiquinq; ut in ſtat. rubrica quod qui recep. dot. ¶Et non poſſit dicta mulier: nec heres eius occaſione dictæ donationis tenere de bonis mariti: niſi quantitatem prædictam. ¶Et quilibet creditor mariti poſſit ſoluere eidem dictas libras xxv: & conſequi talia bona ſine ſtrepitu: & figura iudicii.

De corredis dandis & fulcimentis mulierum Rub. lxxxxj.

PRouiſum eſt: q; quicunq; matrimonium contraxerit in ciuitate: uel comitatu Piſtorii cum aliqua muliere abſque aliquo pacto: uel conuentione ex inde fienda: habere debeat a mulicre: & eius patre ueſtimenta: quæ ipſa eius mulier haberet tempore contracti matrimonii ad eius uſum: aliud autem pro corredis, ſiue bonis parafernalibus petere non poſſit. ¶Eo ſaluo, q; die, qua uxor pergit ad domum uiri pro matrimonio conſummando, teneatur ipſa mulier, & eius pars portare ad domum uiri unum indumentum de nouo factum congruum, & decens ſecundum conditionem, & ſtatum uiri, & patris eius & mulieris & patris eius. ¶Et ſi mulier, uel pars eius ſpecialiter aliquid promiſerit per publicum inſtrumentum, ſiue publicam ſcriptam exprimēdo ſingulariter res ſingulas per pactum promiſſas, quicquid promiſſum fuerit portare teneatur. quod pactum, ſi fieret ſine expreſſione ſingularium rerum nihil ualeat, ſed ſolum teneatur ad ea, quæ in principio dicta ſunt. ¶Et ſi caſus reſtitutionis contigerit, non teneatur uir de prædictis, & ſimilibus rebus aliquid reddere, niſi ſolum res, quas ſupra dari permiſſum eſt, niſi proceſſiſſet ex ſpeciali pacto, & de eo appareat, ut ſupra dictum eſt, & ſimiliter appareat de receptione rerum prædictarum. ¶Iſta tamen pars dictorum corredorum, quæ per mulierem utendo cōſumpta eſſet, non reſtituatur, nec ipſe uir, aut heredes eius ad reſtitutionem teneantur, & qui contra prædicta fecerit puniatur in libris centum. ¶Et quæ corredа & ueſtimenta non poſſint alienari, nec diſtrahi etiam ſub nomine pignoris ſine expreſſo conſenſu mulieris: & duorum ſuorum propinquorum de quo conſenſu legiptime conſtare debeat, & in dicto caſu uir teneatur ad reſtitutionem eorum.

Qualiter mulier poſſit conſequi dotem ſuam conſtante matrimonio. Rubrica xcij.

NVlla mulier poſſit conſtante matrimonio dotem ſuam recipere, uel habere a marito, uel de bonis immobilibus mariti, niſi primo conſtaret iudici cauſarum ciuilium communis Piſtorii, q; maritus male incohauerit uti ſubſtātia ſua per quatuor teſtes ſaltem de publica fama, & tunc facta fide prædicta, eli

gantur duo arbitri ad mandata Iudicis per operarios sancti Iacobi: quibus non eligentibus infra decem dies: eis per Iudicem assigniandos: ab ipso Iudice eligantur: & secundum extimationem per eos factam possit dari a Iudice: uel marito insolutum de bonis ipsius mariti usq; in quantitatem dotis: & aliter restitutio uel assignatio dotis: uel bonorum mariti traditio non ualeat: & habeatur: ac si facta non esset: & res assignatæ restituantur. ¶ Etsi creditor ipsius uiri talis mulieris: cui facta fuerit consignatio: ut dictum est, uoluerit solucre ipsi mulieri: uel eius hæredibus dotem suam: ipsa mulier: & eius hæres teneantur dimittere ipsi creditori bona sibi: ut dictum est: assignata: & ei cedere iura sua dotalia: sibi in dictis bonis competentia: & cartā facere ad sensum sapientis ipsius soluentis: & hoc fieri possit ad uoluntatem creditoris: uel creditricis: uel hæredum eorum infra duos annos inde securos: quæ omnia locum habeant in dotibus reassignatis: & reassignandis modo prædicto: & in reassignandis: terminus sit duorum annorum a die factæ reassignationis. ¶ Pecunia uero: quæ peruenerit ad talem mulierem occasione prædicta: cum reassignatio facta fuerit in præterito tempore uel futuro: ut dictum est: conuerti debeat in emptione possessionum per dictā mulierē: ad hoc ut sit tuta de dote sua. ¶ Et si talis mulier: uel eius hæres uelit solucre ipsi creditori de eo: quod recipere debeat: & soluat: ad prædicta nullatenus teneatur: sed teneatur talis creditor: cui solutio facta fuerit per ipsam mulierem: uel eius hæredem: dare: & cædere ipsi mulieri: & hæredi eius omnia iura: & actiones sibi competentes in ipsis bonis: & ex inde facere instrumentum ad sensum sapientis ipsius mulieris: uel hæredis eius.

¶ Et si maritus dederit suæ uxori dotē eius: seu bona pro ipsa dote assignauerit: & post assignationem ipsam maritus decesserit: & post eius mortem dicta uxor: & eius hæredes talia bona possederint per duodecim annos pacifice: & quiete: ex tali assignatione: & possessione intelligatur esse & sit uerum dominium: & proprietas ipsorum bonorum assignatorū in ipsam mulierem: & eius hæredes translatum: & assignatio prædicta in suo robore per seueret: non obstantibus suprascriptis: uel aliquo capitulo constituti: saluo tamen suo iure cuilibet habenti in ipsis bonis potiora iura. ¶ Et antequā arbitri prædicti eligantur: Iudex banniri faciat publice per ciuitatem: q; talis mulier uult suas dotes reficere ex eo quia maritus uergit ad inopiā: & q; siquis uult aliquid dicere: opponere: uel ius sibi uendicare: compareat coram ipso iudice infra octo dies ad dicendum: opponendum: petendum: uel contrariandum quicquid uult: & de iure potest: quibus elapsis procedatur: ut supra dictum est. ¶ Et in casu dotis reficiendæ: ut prædicitur ipso uiro uiuente: possit solum: & duntaxat reficere eius dotes contra bona expedita: firmis tamen remanentibus ipsi mulieri iuribus suæ dotis post mortem uiri secundum dispositionem iuris communis & statutorum. ¶ Et omnibus bonis quomodocunq; obuenientibus alicui mulieri existenti in matrimonio uir eius possit uti: & frui una cum sua uxore: dummodo pro aliquo debito ipsius uiri ipsa bona uel eorum fructus: & redditus grauari: molestari: uel tensiri non possint aliquo modo.

De acquisitis

De acquisitis per vxorem viuente viro. Rubrica xciij

SI uxor acquisierit aliquid: uel ad ipsam deuenerit quomodocunq; uiuente uiro suo legiptimo: ipse talis uir: ea uxore nolēte: uel inuita possit: & ualeat una cum tali uxore toto tempore uite ipsius uxoris uti: & frui præfatis bonis sic acquisitis: & fructus: redditus: & prouentus percipere: nisi ipsa bona ad eam deuenissent sub conditione: uel modo: ne fructus perueniret ad uirum: quo casu integer usus fructus sit ipsius mulieris: & non uiri: uel nisi uir expulerit eam: uel male tractauerit publica uicinorum opinione: uel nisi esset lusor: uel dilapidator suorum bonorum: uel sua negocia male tractauerit: fructusq;: & redditus præfatos per ipsum uirum cum ea uxore consumptos prædicta mulier: nec eius hæredes ab eo: uel suis hæredibus repetere: uel recipere non possit. ¶Si quid uero supereſſet de dictis fructibus tempore mortis sui mariti: quod non foret consumptum: ipsa mulier: & eius hæres una cum proprietate bonorum petere: & consequi possit post mortē uiri: & quicquid etiam supereſſet tempore mortis ipsius mulieris. ¶Quę quidem bona dicta mulier nullo modo uendere: uel alienare sine consensu sui uiri possit: & si alienauerit: talis alienatio ipsi uiro non præiudicet. ¶Quæ bona ipsa mulier: & fructus: redditus: & prouentus eorum defendere possit a quocunq;: & cōtra quoscunq; creditores uiri: & super ipsis: uel eorum fructibus: & prouentibus nullum ius competat: uel competere possit alicui creditori ipsius uiri: etiam ipso uiro uolente.

Quod nulla mulier viuente viro suo possit defendere bona viri: nisi in certis casibus. Rubrica xciiij.

NVlla mulier uiuente uiro possit defendere bona sui uiri contra aliquos eiusdem uiri creditores: nisi contra creditorem: uel creditores: qui essent obligati eidem mulieri ad dotem: uel donationem: uel augmētum dotis: bona uero: quæ mulier dedisset ipsi uiro inextimata in dotem: ipsa mulier defendere possit a quolibet: & contra quemlibet creditorem. ¶Viro autē mortuo: nulla mulier: uel hæres eius: & nullus: cui ipsa iura sua cesserit: possit bona uiri defendere: si aliquis creditor uellet eidem dotem: donationem: & dotis augmentum soluere. ¶Et si prior creditor: uel sequens uoluerit soluere debitum uidelicet sortem: & expensas: non possit mulier alteri cœdere ius suum prædictum: nisi illi creditori: qui eidem creditum suum soluerit: & tali soluenti ius cœdere teneatur.

Quod filij non possint petere dotem matris viuente patre. Rubrica xcv.

FIlii: uel nepotes: seu neptes ex filio alicuius mulieris: uel habētes ab eis: uel aliquo eorum titulum: ius: uel causam pro iure eis: uel alicui eorum competenti pro dote: eius augumento: uel donatione propter nuptias: uel hæreditate: seu successione alicuius mulieris defunctæ uiuēte patre dictorū filiorū,

uel auo dictorum nepotum marito olim ipsius mulieris præmortuæ non possint agere: uel aliqualiter experiri contra aliquem obligatum ad ipsam dotem: augumētum: uel donationem quoquo modo: uel ad bona obligata per ipsum patrem: auum: uel fideiussorem: uel alios secum obligatos: nisi fi lii prædicti: uel nepotes: & eorum pater: uel auus essent simul inopes: & uiuere non possent: quo casu liceat ex dictis bonis percipere alimenta.

De tacita hipoteca bonorum. Rubrica xcvj.

OMnibus & singulis obligatis: uel in futurum obligandis principaliter: uel accessorie ad restitutionem alicuius dotis: augmento dotis: uel donationis propter nuptias pro aliquo: uel simul cum aliquo marito præsente: uel futuro: omnia bona præsentia: & futura ipsius mariti pro ipsa dote data: uel confessata: augmento dotis: uel donatione propter nuptias absq; aliquo actu: uel facto a tempore obligationis: uel fideiussionis: uel confessionis dotis sint realiter obligata: & hipotecata cum effectu pro conseruatione indēnitatis ipsius obligationis. ¶ Et huiusmodi obligatio: uel alia quælibet non tollatur: nec ledatur per aliquem consensum: renunciationem: uel aliū actum: qui fieret per talem mulierem: seu uxorem in uenditione: seu quacunq; alia alienatione: uel obligatione huiusmodi bonorum: in præiudiciū ipsorum obligatorum: nec talis consensus noceat: quin tales obligati pro ipsa dote possint habere regressum ad ipsa bona contra quoscunq; quæ omnia habeant locum in futurum tantum.

De muliere decedente infra quinquenniū. Rubrica xcvij.

QVæcunq; fœmina postquam uiro tradita est: uel fuerit: decesserit infra quinquennium de cetero sine filiis amborum duorum uiuente ipso uiro suo: dotis medietas primo ad filios: uel filias: uel patrem: uel fratres: uel sorores eō sanguineas: & non existentibus fratribus consanguineis: tunc ad patres eorum: & utriusq; sexus reuertatur: secundum iuris ciuilis rationem: & ordinē ita tamen: q; mares prædictis fœminis præferātur in eodem gradu: quibus: uel aliquo: uel aliqua de prædictis non existentibus: postea ad eos: uel eas: quæ uel qui alias ei succederent iure romano: reuertatur. ¶ Et maritus: uel hæres: uel pater mariti: si pater receperit dotem: uel filius de patris consensu: cogatur illam restituere: & reliqua medietas remaneat penes uirum: ita tamen: q; iudicium si quod fecerit mulier conuenienter pro anima sua secundum dotis quantitatem: medietas soluatur de parte dotis: quæ reuertitur: & medietas de parte: quæ remanserit apud uirum. ¶ Et si pater consensit filio dotem recipienti: obligatur: si secum filius in una familia comoratur: aut si filius publice non mercatur: & mercantiam exerceat: ubi autē est mercator: & publice mercatur: aut per se familiam facit: nullatenus pater obligatur: nisi expressus iubsus interueniat tempore receptæ dotis.
¶ Item addimus & declaramus q; ubi pater: & filius insimul dotem recipiunt: & pro restitutione insolidū obligantur: q; si filius mercetur: & habitet

cum

cum patre: & in una familia permaneant: intelligatur dotem totaliter ad patrem peruenisse: & ipse solus teneatur: si fuerit patris bona: & facultates sufficientes: alias maritus in residuo teneatur: & eius hæredes. ¶ Si autem publice mercetur: & diuisa familia se gubernet: tunc bona utriusq; sint: remaneant: & intelligantur effectualiter obligata fauore dotis. ¶ Et idem fiat de expensis factis in funere. ¶ Siquis uero habuerit: uel habuerint potere indotem pro uxore sua: & contigerit: q; uir eius fecerit aliquas expẽsas in ipso poderi: debeat rehabere medietatem expensarum factarum in ipsa medietate: quam restituere deberet. ¶ Aliud autem iudicium non possit facere existentibus filiis: uel filiabus: uel fratribus: quibus: uel aliquo: seu aliqua prædictorum non existentibus: liceat mulieri decedenti infra quinquennium legare: uel relinquere medietatem dotis: quæ non remaneret penes uirum dumtamẽ cum consensu patris iudicet: & leget: si patrem habet. ¶ Muliere uero decedente post quinquennium: nihil de dote restituatur. ¶ Licitum tamen sit huic mulieri decedenti infra quinquennium relinquere in sua ultima uoluntate ad rationem librarum decem pro quibuslibet libris centum non existentibus filiis: existentibus uero filiis: uel si post quinquennium decedat a tempore contracti matrimonii: possit pro quibuslibet libris centum relinquere solidos centum tantum.

Quod qui recepit dotem in casu restituende dotis possit realiter & personaliter conueniri. Rubrica xcviii.

Quilibet teneatur: & debeat facere donationem propter nuptias uxori suæ a libris quinq; usq; in libris uigintiquinq;: & non ultra: secundum q; placuerit ipsi uiro: & si nil donatum esset: intelligatur facta donatio: si dos esset de libris centum: uel infra: librarum quinq;: a libris centum supra usq; in libris quadringẽtis: de libris decẽ: a libris CCCC supra usq; in libris octingẽtis, librarum quindecim: ab inde uero supra: librarum uigintiquinq;. ¶ Quæ donatio propter nuptias restitui debet dictæ uxori quondam mortuo uiro, nisi supereſſent filii: aut filiæ, nepotes: uel pronepotes ex filio masculo uno, uel pluribus, sed dicto casu extantium liberorum habeant dotem suam tantum, & id, quod ultra eam, uir eidem legasset, & nihil ultra eam. ¶ Et ad restitutionem dotis receptæ, uel confessatæ, uel augmenti eius in totum, uel in partem, & donationis propter nuptias quilibet obligari possit quomodo libet in eodem instrumento cum uiro, uel separatim etiam ex interuallo per se, uel procuratorem, seu negociorum gestorem secuta tamen postea rati habitione dictæ obligationis factæ per dictum gestorem negociorum, & executio fieri possit contra taliter obligatos, ac si personaliter obligati essent. tanquam fideiussores efficaciter obligatos una cum dicto uiro. ¶ Et instrumenta dotium, augmenti, & donationis propter nuptias tanquam instrumenta guarantigiata certum terminum continentia, pro quo certo termino in instrumento contento habeatur mors uiri, uel uxoris, soluto matrimonio executioni mandentur ad uoluntatem petentis realiter, & personaliter in persona, & bonis, etiam incipiendo a captura, & staggimento personæ

contra uirum: uel eius hæredes: & quoscunq; obligatos ad instãtiam ipsius mulieris: uel eius hæredum: seu eius: cui iura sua cesserit post sex menses a die obitus dicti sui uiri. ¶ Et de probatione uiri: uel uxoris mortis: sufficiat ad executionem obtinendam constare per iuramentum petentis dotem: augmentum eius: & donationem propter nuptias. ¶ Et si mors negaret: tunc ultra iuramentum probari debeat de morte per quatuor testes de publica fama deponentes talem esse mortuum: uel mortuam: qua probatione facta talis negans condemnetur in libris quingentis communi Pistorii: nisi infra terminum: qui sibi statutus fuerit per iudicem: probauerit talem uiuum uel uiuam: & tunc: & eo casu: quo appareret illum: uel illam: quæ & qui dicerentur mortuus: uiuere: ius dotis: & donationis sit extinctum: & sublatum: nec in perpetuum peti possit. ¶ In quibus omnibus casibus suprascriptis procedi possit nulla iuris: uel iudicii substantialitate: uel solemnitate seruata: & omni appellatione: & nullitatis oppositione: consilii petitione & quauis exceptione: & defensione reiectis. ¶ Et captura fieri possit pro prædictis in quocunq; loco: etiam in domo suæ propriæ habitationis: & omni tempore quantuncunq; feriato: seu prohibito per formam statutorũ: donec integre satisfactum fuerit: & non obstante aliquo pacto: uel conuentione habita cum obligatis de bonis non uendendis: alienandis: uel obligandis. ¶ Et omnes obligati qualitercunq; & fideiussores: etiam si fuerint filii: qui alias exceptuarẽtur a penis maleficiorum: pro dote: & eius augmẽto: & donatione propter nuptias in totum: uel in partem: si non soluerint: aut restituerint dictam dotem: augmentum: & donationẽ propter nuptias infra dictos sex menses: seu infra duos menses inde futuros possint accusari: & condemnari in solidis tribus pro qualibet libra quantitatum prædictarũ applicandis communi Pistorii pro quolibet anno semel tantum: qui annus incipiat a die elapsi termini dictorum duorum mẽsium: a qua pena: & eius condemnatione eximi possint: & liberari: si soluerint id: ad quod tenentur: infra mensem: a die factæ condemnationis. ¶ Et quilibet obligatus: qui soluerit: uel soluere coactus fuerit in totum: uel in partẽ dotem: & eius augmentum: & donationem propter nuptias: habeat regressum contra uirum: & eius hæredes: & bona pro recuperatione eius: quod soluerit: uel coactus fuerit soluere in solidum. ¶ Contra correos autem: aut ad ipsam talem dotem: augmẽtum: & donationem: & eorum hæredes pro recuperatione prædicta solum pro rata sibi correo: seu obligato contingente prio uirili portione: etiam nulla facta cessione: quæ cessio fieri debeat taliter soluenti in totum contra uirum: & eius hæredes: uel pro rata: seu portione uirili contra alios obligatos: ut supra dictum est: absq; aliqua solutione gabellæ pro huiusmodi cessione fienda per aliquem: habeat regressum. ¶ Et si de dote: & eius augmento. & donatione propter nuptias alicuius mulieris per instrumentum publicum doceri non possit: dominus Potestas: seu eius iudex ad ciuilia deputatus ad hoc requisitus: recepta prius fide de morte uiri saltem per iuramentum: teneatur in continenti: & cum effectu compellere hæredes talis uiri præmortui: uel ipsum uirum in personis: & bonis: & non existentibus hæredibus talis uiri: possessores bonorum ipsius quondam uiri:

& ipsam

& ipsam mulierem: & procuratorem eius legitimum: uel hæredes eius: ac eligendum semel: & pluries: & quoties dicta quæstio decisa fuerit: per quam libet dictarum partium unum: uel duos bonos uiros in arbitros: & arbitratores: itaq; quælibet partium unum: uel duos eligere possit ad compromittendum in eos de iure: & de facto: qui cognoscāt: & diffiniant de dote: augmento: & donatione prædictis infra duos menses: a die facti compromissi sub pena librarum quinquaginta den. cuilibet ex dictis arbitris contrafacientibus auferenda. ¶ Et si dicti arbitri: & arbitratores non erunt concordes: tunc eligatur tertius: ubi fuerint duo: & quintus: ubi fuerint quatuor arbitri per Iudicem: coram quo fuerit quæstio receptis confidentibus a partibus. ¶ Et quod per maiorem partem ipsorum laudatum: sententiatum: & diffinitum: seu pronunciatum fuerit in prædictis: ualeat: & teneat: & executioni mandetur: aliqua exceptione non obstante: ac si haberet instrumētum guarantigiatum: & prout supra de instrumento dotis: augmenti: & donationis est expressum: a quo laudo: sententia: uel pronunciatione appellari: uel de nullitate dici: obici: uel opponi non possit: uel peti reduci ad arbitrium boni uiri: arbitri uero prædicti cogantur præsse dictum compromissum recipere: & super eo arbitrari: ut supra dictum est. ¶ Et si dictæ partes non concordarent de compromisso formando: tunc Iudex eligat unum iuris peritum de ciuitate Pistorii partibus nō suspectum: qui formet: & dicter dictum compromissum: & dictæ partes cauere debeāt coram dictis arbitris & arbitratoribus cum sufficienti fideiussione: q; si quo tempore appareret: uel haberi posset instrumentum dotis: uel donationis: & per dictum laudū dicta mulier: uel eius hæredes consequærentur plus: uel minus: q̄ habere deberent: de restituendo soluenti: quod plus accepisset: & si minus solutum fuerit: de restituendo: & soluendo: quod minus solutum fuisset. ¶ Saluo q; si dicti hæredes: uel possessores bonorum docerent de instrumēto dictæ dotis: & donationis: itaq; ipsa mulier cum effectu posset habere instrumentum prædictum: tunc ad compromittendum nullatenus teneantur. ¶ Et dos: donatio prædicta repeti: & exigi non possit: nisi propter mortem naturalem tantum alterius coniugum: & nulla alia ratione: saluo iure petēdi dotis consignationem in casibus a iure permissis & exorma statutorum.

¶ Quæ omnia: & singula supradicta habeant locum soluto matrimonio p̄ mortem alterius coniugum: & etiam in dote data: uel confessata: & donatione constituta ante matrimonium: matrimonio non secuto: & quandocunq; confessata: & similiter locum habeant separato matrimonio inter uirum: & uxorem per Iudicem ecclesiasticum. ¶ Et omnia: & singula supradicta intelligantur: & locum habeant in dotibus quarumlibet mulierum: quæ uiduæ remanserunt: uel in antea remanebunt: & quæ in matrimonio decesserunt: uel in antea decedent: non obstante: q; uiduæ non sint: & seq; in alio secundo matrimonio sint collocatæ: ut omnibus mulieribus: & earum hæredibus in dotis repetitione plenarie consulatur. ¶ Nulla tamen mulier: uel eius hæres: uel habens causam ab ea possit petere: habere: exigere: uel consequi ratione: uel occasione dotium suarum ab hæredibus uiri uel in bonis sibi pro dotibus obligatis aliquid ultra dotes suas: & meliora-

mentum ſuarum dotium. ¶Mulier uero: quæ poſt mortem uiri remanſe rit: & diſceſſerit de domo ſui uiri defuncti prædicti: uel eius hæredum conſe quatur ad rationem librarum quinq; den. pro quolibet centẽnario ſuarum dotium per dictum ſemeſtre ut ſupra datum ad reſtitutionem faciendam: & non ultra. ¶Quæcunq; uero mulier: quæ uidua remanſerit: ſiue remane ret ſine filiis: & deceſſerit quandocunq; ſine filiis: tertia pars eius dotis per ueniat: & peruenire debeat: & ſiue redire: ad patrem: fratres: ſeu nepotes: ſi quos haberet: ſi uero patrem: fratrem: ſiue nepotes non haberet: redire de beat ad quoſcunq; alios proximiores: & conſanguineos ex latere maſculino de reſiduo autem dotis in caſu prædicto præfata mulier poſſit facere: & di ſponere pro libito uoluntatis: & pro ut ſibi uidebitur: & placebit.

De muliere habente filios ex primo matrimonio ad ſecun das nuptias tranſeunte. Rubrica xcix.

STatuimus: q; ſiqua fœmina habẽs filios de primo matrimonio uoluerit ad ſecundas nuptias trãſire: poſſit: & ſibi liceat dare dotes ſuas cum illis pactis, & conditionibus: & cum illis lucris fiendis per ſecundum uirum: & ſiue fi lios ſecũdi mariti: pro ut: & ſicut ſibi placuerit: & etiam quæcunq; lucra cir ca ipſam dotem ordinata per formam ſtatutorum faciat ipſe uir: niſi aliter inter eos ſit cõuentũ: & hæc locũ habeant in matrimoniis de cætero cõtra hẽdis.

De modo ſucceſſionis mulierũ ab inteſtato. Rubrica c.

STatutum: & ordinatum eſt: q; nulla mulier poſſit ſuccedere filiabus: uel fi lijs ſuis: uel nepotibus: uel neptibus defunctis ab inteſtato ſiue proprie': ſi ue improprie: exiſtentibus ex defuncta perſona aliquo filio: nepote: uel pro nepote legiptimo: & naturali deſcendente per lineam maſculinã: uel patre: uel fratre: uel ſorore: aut nepote ex fratre carnali: ex patre: uel auo paterno: uel patruo uel filio patrui: uel patruo magno: aut filio patrui magni: poſſit tamẽ percipere alimẽta de bonis talis filii: uel filiæ defunctorũ: ſi nõ haberet unde cõmode uiuat. ¶Et non exiſtente aliquo de prædictis: poſſit talis mulier ſuccedere ab inteſtato ſuo filio: uel filiæ in quarta bonorum: præter q̃ in domibus: & caſamentis: dummodo quarta pars non excedat quantita tem librarum quingentarum den. ¶Saluo: & declarato: q; nulla mulier: quæ ad ſecundas nuptias tranſiuerit: poſſit modo aliquo ſuccedere ab inte ſtato alicui ſuo filio: uel filiæ proprie: uel impropriæ: quem: uel quam habu iſſet: uel haberet ex primo matrimonio: & quod dictum eſt de matre: q; nõ ſuccedat: niſi ſecundum certum modum: locum habeat etiam in Auia: & in cæteris aſcendentibus: & collateralibus per lineam maternam duntaxat. ¶Et nulla mulier: uel eius filii: uel filiæ: & deſcendentes ipſius ſuccedere poſſint alicui ſuo fratri: uel ſorori ab inteſtato proprie: uel improprie: ſeu ali quibus deſcendentibus ipſius fratris: uel ſororis ab inteſtato decedentibus: ſi dicto eius fratri: uel ſorori: aut eorum deſcendentibus exiſtant filii: uel fi liæ: uel nepotes ex eis: frater: aut fratres, filius, aut filii, maſculus, aut maſculi

fratris

fratris ex patrimonio: qui fratres: aut filii: siue nepotes sint ex legiptimo matrimonio nati ex dicto fratre: uel, fratribus: aut patruus: seu patruus magnus: & seu filius masculus patrui: uel filius masculus patrui magni ex legiptimo matrimonio nati: saluo q; si talis mulier uidua remaneret: possit redire: & stare in domo fratris: donec esset uidua absq; filiis. ¶ Item q; nulla mulier: seu natus ex linea fœminina possit succedere ab intestato patri: matri: auo: proauo suo paterno: uel materno: auiæ: uel proauiæ: existente aliquo filio masculo nato ex defuncta persona: de cuius hæreditate agitur: uel aliquibus nepotibus: uel pronepotibus masculis natis ex filio ex linea masculina: siue constet tales filios: nepotes: uel pronepotes adiuisse hæreditatem talis patris: matris: aui: proaui: auiæ: uel proauiæ: siue non. ¶ Sed possint & debeant tales mulieres: si non fuerint dotatæ: conuenienter dotari de bonis dictæ matris: patris: aui: uel proaui: auiæ: uel proauiæ: de cuius hæreditate tractatur, secundum dignitatem: & facultatem patris, matris, aui, proaui, auiæ, uel proauiæ. ¶ Et interim, donec nuptui tradentur, debeant habere alimenta de bonis illius, de cuius hæreditate, & successione tractatur, pro quibus alimentis, dote constituenda, uel danda bona defuncti, de quibus deberet dotari, & alimentari, intelligantur, & sint tali mulieri obligata, si tamen tales mulieres inueniantur fuisse dotatæ a patre, uel a matre auo, proauo, uel aliter undecunq;, & qualitercunq;, nihil ab intestato occasione dotium suarum, uel quacunq; alia causa possint percipere, uel habere de bonis patris, matris, aui, proaui, auiæ, uel proauiæ existente aliquo filio masculo nato ex defuncta persona, de cuius hæreditate agitur, uel aliquibus nepotibus, uel pronepotibus masculis natis ex filio ex linea masculina. ¶ Et intelligatur fuisse dotata quælibet mulier, si ingressa fuerit monasterium, & in de non exierit ante professionem, uel si cum marito steterit per quinquenni um, & infra dictum tempus quæstionem non mouerit de dote sibi constituenda, uel danda, saluo q; si postquam nupta fuerit, & dotata, uidua remaneret, possit redire, & stare in domo patris, aui, uel proaui de cuius bonis agere tur. ¶ Et possit quælibet mulier, & eius descendentes ab intestato succedere patri, matri, auo, uel proauo, si dicto eius patri, matri, auo, uel proauo filii masculi, uel ex filiis masculis descendentes per lineam masculinam non existant tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, & illud, quod supra statuitur in sorore, & eius filiis, habeat locum in nepte ex fratre, & aliis mulieribus agnatis in ulteriori gradu, & eorum descendentibus. ¶ Si uero testatus decesserit is, de cuius hæreditate agitur, relicta filia una, uel pluribus, nullo relicto filio masculo legiptimo, & naturali, seu descendente per lineã masculinam, & illam filiam non instituerit sibi hæredem, uel iure institutionis tali filiæ, uel filiabus non reliquerit, possit talis filia, & eius descendentes succedere patri, non obstante, q; pater ei aliquid legauerit in dicto testamento, uel ultima uoluntate, uel cõteneatur in eo, q; dictũ testamẽtum ualeat iure codicillorũ, siue alterius ultimæ uolũtatis, & p̃dicta uerba nihil operentur: nec in aliquo ipsi filiæ præiudicent: sed per inde sit: quantũ ad filiam: ac si ab intestato decessisset: saluis tamen legatis: & relictis piis locis: & singularibus personis in ipsa ultima uoluntate nominatis. ¶ Et si is

de cuius hæreditate ageretur testatus decesserit relicto filio uno masculo: uel filiis masculis legiptimis:& naturalibus:ut supra dictum est: & aliquid quoquo relicti titulo reliquerit alicui mulieri:quæ iure Romano posset ab intestato succedere: sit:& esse debeat contenta ipsa:& hæredes eius:& descendentes extali relicto: & plus nullo modo petere possit: & teneatur Potestas:& iudex causarum ciuilium ciuitatis Pistorii tales mulieres: & eorum hæredes:& descendentes contra prædicta:uel eorum aliquod non audire: nec earum petitionem admittere:sed conuentos in continenti absoluere:& sint absoluti ipso iure autoritate præsentis legis. ¶ Et hoc capitulum sit præcisum:& aliter interpretari non possit:& liquod uerbum esse in eo obscurum: & dubium intelligatur secundum interpretationem: & intellectum conuenti. ¶ In aliis uero casibus supra non comprehensis seruetur ius commune.

Quod liceat vnicuiq; non habenti filios legiptimos & naturales legare filijs naturalibus:& in quo possint succedere. Rub.cl.

Liceat unicuiq; de ciuitate:uel districtu Pistorii nõ habenti filios legiptimos & naturales masculos:uel fœminas: nec fratres carnales de patrimonio: nec nepotes ex fratribus carnalibus:uel filiis legiptimis in sua ultima uoluntate legare:seu relinquere bona:seu de bonis suis filio:uel filiæ:si habuerit naturali:spurio:uel spuriæ:uel qualitercunq; quæsito:& non legiptimo:nec naturali & quod ei dimiserit:uel reliquerit:ualeat: & teneat. ¶ Et ab intestato possit succedere non existentibus aliquibus de prædictis in tertia parte bonorum dicti sui patris:siue unus uel una sit:siue plures:non obstante aliquo iure ciuili nouo:uel ueteri:& specialiter Auth.licet C.de nat.lib.sup per legem humanitatis:quod est extractũ de corpore iuris Aut.quib.mod. natur.effic.sui. ¶ Si uero aliqua de supradictis personis extiterit:possit pater filio:uel filiæ naturali:uel spurio:uel qualitercunq; quæstio relinquere: uel legare usq; in quartam partem bonorum:quæ ab intestato eidem contigerint:si esset filius legiptimus:& naturalis. ¶ Et q; qui solitus sit legiptimare:& habeat autoritatem legiptimandi:sufficiat eam probare per publicam uocem,& famam. ¶ Nullus tamen possit legiptimari,nisi interuenerit expressus consensus patris.

De quæstionibus affictuũ pensionũ & aliorũ reddituũ summare cognoscẽdis & debitis:p officiales p:estãdis. Rubrica cli.

Ordinatum:& statutum est:q; quæstiones affictuum:pensionum: & aliorũ reddituum:& sortitarum & laborerii terrarum debeant cognosci: & terminari summarie:& sine strepitu:& figura iudicii absq; litis contestatione: nõ obstantibus feriis inductis in honorem dei: & eius Potestas: & eius Iudex ad petitionẽ

ad petitionem recipere debentis ex causis prædictis: uel aliqua earum: dum tamen ex inde producantur publica instrumenta: & aliæ legiptimæ probationes: teneantur: & debeant præcipere per nũcium: uel epistolam uicariis: cõsulibus: castaldis: & officialibus comitatus Pistorii: uel uillæ: ubi habitaret talis persona: quæ dictis de causis: uel aliqua earum appareret: uel esset obligata: q; debeat infra tertiam diem talem personam obligatam coram eo præsentare personaliter sub pena arbitrii ipsius domini Potestatis ipsis communitati: castro: uel uillæ: & ipsis consulibus uicariis: castaldo: & officialibus auferenda per eum: quam penam dictus dominus Potestas infra decẽ dies: dictis tribus diebus elapsis: de facto auferre teneatur: & debeat absq; aliqua condemnatione facienda. ¶ Et insuper dictus Iudex: constito sibi de ueritate prædictorum afflictuum: & aliorum suprascriptorum: teneatur: & debeat dictum talem debitorem ad uoluntatem tamen creditoris incarcerari facere usq; ad integram satisfactionem.

De laboratoribus terrarum. Rubrica ciij.

STatuimus: q; tenẽtes in conductionem aliquam terram ab aliqua persona ad medium: uel ad tertium: uel ad quartum: uel ad quintum: siue terras tritiales: ante fructuum secationem: uel recollectionem debeant dominos terrarum requirere super hoc: ut interfint recollectioni: & triturationi: uel faciat interesse per se: uel suum nuncium: & qui contrafecerit: & sic non obseruauerit: puniatur in solidis quinquaginta: quotiescunq; contrafecerit: & nihilominus condemnetur ad restitutionem dupli damni: quod inde dominus: uel domina dixerit se passum fore cum iuramento: quod iuramentum non excedat quantitatem librarum uiginti den. & hoc capitulum bãniatur infra primos octo dies maii: & de requisitione facta de domino credatur sacramẽto laboratoris: & unius testis: & idem fiat de pratis: quam requisitionem faciat per unam diem præcedentem ante recollectionem: & triturationem: itaq; ipsa die requisitionis: uel sequenti in area non ponat: nec remoueat blada de meta: nec ipsam metam destruat: uel tangat anteq; ueniat dominus: uel domina: uel nuncius eorum. ¶ Qui tenentes terras tenẽtur: & debeant dimittere frumentum: secale: ordeum: lupinos: & fabas: & alia blada in campo: seu terra conducta: & in ipso campo: seu terra facere aream, & ibi triturare sub dicta pena: & nihilominus contrafaciens puniatur: & cõdemnetur ad restitutionem dupli damni: ex inde domino: uel dominæ secuti: de quo stetur sacramento: ut supra dictum est. ¶ Et secatio: & trituratio fieri debeat per conductorem eo tempore: quo denũciatum fuerit: & aliter non prosit sibi requisitio. ¶ Et si quis negauerit habuisse: uel habere in cõductionem ipsam terram: uel secasse: uel triturasse puniatur pena dupli: & in inueniendo: & puniendo quilibet officialis: & etiam damnorum datorũ sit sollicitus: & fauorabilis: dummodo procedi non possit: nisi domino: uel domina: quærelante: uel denunciante. ¶ Nullus tamen de ciuitate: uel comitatu Pistorii: uel aliunde cuiuscunque conditionis

existat: audeat: uel præsumat noctis tempore extrahere: uel trãsmutare: aut exportare: uel secare: uel colligere de aliquo campo: uel orto frumentum: secale: ordeum: fabas: mileum sagginam: panicum: uel aliud quodcunq; bladum: uel ligumen: uel triturare: seu battere de nocte sub pena librarum uiginti uice qualibet contrafacienti auferenda: & nihilominus ultra dictam penam fustigetur de die: & cuilibet liceat: & licitum sit accusare: & denunciare contrafacientes: & habeat medietatem condemnationis: & alia medietas sit communis Pistorii: saluo q; noctis tempore possit triturare: & battere de mileo: & panico in suo campo proprio: uel conducto collecto: & cum operibus conductis per eum publice: & non solus aliquo modo: sed cum dictis operibus bonæ conditionis: & famæ: & non aliter: nec alio modo sub pena prædicta.

Quod confessio facta per conductorem in nullo præiudicet domino. Rubrica ciiij.

NVlla confessio: uel promissio facta per cõductorem alicuius domus: uel apotecæ: uel alterius edificii: uel terræ in huiusmodi domo: apoteca: edificio: uel terra ignorante: uel non consentiente primo locatore: & possessore talium rerum locatarum possit ipsi locatori: uel hæredibus eius aliquod præiudicium generare: & quid in contrarium factum fuerit: non ualeat: & non teneat ipso iure saluis dispositis in statuto rubrica de præcep. de dispom.

¶ Et conducens: uel promittens: qui contra prædicta fecerit: cõdemnetur per dominum Potestatem ciuitatis Pistorii in libris xxv. & qui promissionem uel confessionem acceperit: seu receperit: condemnetur in libris quinquaginta: & notarius qui de tali confessione: & promissione confecerit instrumentum teneatur: & debeat: ac compellatur de facto per dictum Potestatem siue alicuius petitionis: uel libelli oblatione dare petẽti: qui dixerit talem rem ad se pertinere: copiam talis instrumenti: ita q; de iure ualeat.

De terris & vineis conductis non dimittendis. Rubrica cv.

NOn permittam ante terminum præfinitum dimittere terram: unde redditur affictus ad tempus: uel imperpetuum: & si contrafactum fuerit cogam affictalem: uel tenentem terram ad affictum: ut teneat terram ad affictum: & interesse præstet illi: cui affictus redditur. ¶ Et similiter cogam conducto rem: qui terram ad laborandum ad medium conduxerit: & ad præstandum medium: & interesse illi: qui sibi terram ad medium locauerit: & si fuerint dimissa: & postea fuerit mihi reclamatum: faciam reuerti in pristinum statũ nisi per manifestam paupertatem dimittentis remanserit: manifestam autẽ paupertatem intelligimus: quando affittalis est persona inhabilis: puta nõ sanus: uel senex: inhabilis ad laborandum: non habens alias possessiones. ¶ Et idem seruetur in possessionibus: & quolibet redditu cuiuscunq; rei: & nõ intelligatur inhabilis ad laborandum: qui laborat alias terras. ¶ Declarantes: q; finito termino locationis intelligatur terra reconducta: nisi fuerit

rit renunciata per conductorem de mẽse nouembris: uel decembris ultimi anni: uel per locatorem dictum: q̃ uult alii locare. ¶ Et idem intelligatur de terris pratiuis: & uineis terrestribus: de castanetis: & oliuis: dummodo uinea ultimo anno semper relassetur nouo laboratori, siue domino dictorũ bonorum: etiam si dictus uetus colonus non habuerit primo anno locationis sibi factæ dictam uineam: saluis tamen pactis factis inter dictum colonum: & dominum in scriptura dictæ locationis contentis. & idem intelligatur de castaneis: oliuis: & aliis fructibus scilicet q̃ pertineant nouo laboratori: uel domino bonorum. ¶ Et eadem protestatio fiat: & fieri debeat: ac idem obseruetur in domibus: & apotecis: & terris ortiuis per quatuor mensis ante finitum tempus locationis: alias intelligantur esse: & sint reconducta pro alio anno sequænti. ¶ Et in ultimo anno præfati laboratores teneantur: & obligati sint dimittere terram sodam: incultam: & non seminaram uidelicet: tertiam partem quandocunq̃ prædium: siue fundus locatus excedit mensuram trium cultrarum: & quando est trium cultrarum: uel minus: non liceat laboratori modo aliquo ibi seminare lupinos pro semine: neq̃ in ultimo: neq̃ in aliquo anno & a mensura dictarum cultrarum trium ultra: possint seminare ad rationem uiginti cultrarum unam cultram: & non ultra ad lupinos: & quiliber laborator tertiam partem bonorum sibi locatorum teneatur renouare con la uanga quolibet anno, & nõ spiallacciare sub infrascripta pena. ¶ Et casu quo contigerit: q̃ cõductor moriatur: aut fuerit exbannitus: uel aliqua alia de causa fuerit impeditus: quominus possit laborare fundum: seu terram conductam: tunc sit in potestate domini finito: & perfecto dicto anno: in quo mors: seu aliquod prædictorum interuenerit: illam alteri locare: præcedente tamen notificatione fienda hæredibus dicti mortui, seu propinquis talis impediti debitis temporibus, prout supra in aliis casibus sub pena librarũ quinquaginta den. dictis laboratoribus prædicta non obseruantibus: pro qua sint suppositi conseruatoribus, legum ciuitatis Florentiæ, & de prædictis credatur simplici iuramento locatoris, & domini dictorum bonorum. ¶ Qui quidem laboratores teneantur, & debeant per totam diem uigesimam mensis iulii dimittere domum, possessiones, & bona conducta nouo laboratori, & siue domino bonorum uacua libera & expedita, exceptis tamen illis, qui habere debent ex pacto uinum, uel ex contractibus hucusq̃ factis, qui debeant dimittere domum die decimaquinta octobris.

Quod laboratores nõ renũcient podere locatoribus. Rub. cvj.

NVllus laborator, uel agricola possit, uel ei liceat renunciare aliquod prædiũ, terras, uel possessiones, quas conduxerit, uel laborauerit, seu laborabit, nisi de consensu domini dictorum bonorum, sed cogatur, & compellatur dictũ prædium, terras, & possessiones laborare pactis usitatis, & in conductione conuentis sub pena librarum ducentarũ pro quolibet eorũ, & nihilominus cogantur ea: & eas laborare: & in prædictis sufficiat probatio duorum testium de fama deponentium. ¶ Et quilibet rector communis Pistorii: ad

quem de prædictis haberetur recursus: de his: omnibus teneatur: & debeat cognoscere: punire: & condemnare contrafacientes in dicta pena ad opus communis Pistorii.

De pena laboratoris dimittentis possessiones incultas & euntis ad laborandum alias. Rubrica cvij.

STatuimus: q; si aliquis agricola: seu laborator terrarum: possessionum: aut prædiorum: seu aliquis de sua familia: qui conduxerit ad laborandum ab aliquo ciue: comitatino: uel districtuali aliquas terras: possessiones: aut prædia: laborauerit: aut laborabit: uel laborari fecerit: & possessiones: terras: & prædia huiusmodi contra uoluntatem locatoris dimiserit: teneatur: & debeat redire ad laborandum eas sic dimissas infra quindecim dies sub pena librarum ducentarum den. communi Pistorii applicanda: ad quarum solutionem cogi possit.

De laboratoribus non laborantibus terram: quam conducunt. Rubrica cviij.

VT obuietur malitiis laboratorum: quibus locatur terra ad laborandum: & ipsi de tali terra solum laborant illam particulam: quæ eis uidetur: de quo locatores incurrunt non modicum damnum: Prouisum: & ordinatum est: q; quicunq; laboraror omiserit laborare de terra ad laborãdum locata quartam partem unius stariori: uel ab inde supra: teneatur illud interesse præstare locatori talis terræ: quod est conueniens de terra non laborata: & de hoc etiam possit cognoscere: & terminare officialis super damnis datis: deputatus summarie: & sine strepitu: & figura iudicii: & omni solemnitate omissa: de quo interesse sterur dicto duorum bonorum uirorum terram laborantium eligendorum de contrada: ubi sita est talis terra non laborata: per officialem coram quo erit quæstio: præstito prius per prædictos eligendos iuramento corporali de referendo eorum extimationem super dictum interesse arbitrio boni uiri: & nihilominus condemnetur in duplum dicti interesse: & in solidis quinquaginta den. pro quolibet stario terræ non laborato: & pro qualibet uice: & si dominus uoluerit: possit cogere dictum laboratorem ad faciendum compromissum ciuiliter super dicto damno: & interesse ad eiusdem domini uoluntatem & requisitionem.

Quod laboratores & agricultores non possint dimittere bona inculta. Rubrica cix.

OMnes: & singuli agricultores: seu laboratores terrarum teneantur: & debeant bene: & diligenter colere: & laborare cum eorum familia continue terras: possessiones: & poderia: quas: & quas conduxerint: & seu conducent ad laborandum ab aliquo ciue: seu habitante in ciuitate Pistorii: aut comitatino: & supposito dictæ ciuitati: & eius iurisditioni masculo uel

fœmina

fœmina: qui de uoluntate talium ciuium: habitantium: & comitatinorum laboraueri nt: seu hodie laborant ipsas terras: possessiones: & prædia per se: uel alios: & ea: & eas incultas non dimittere: sed tenere cum illis pactis conuentionibus: modis: & conditionibus: cum quibus: seu secundum quæ cõduxerint: seu laborauerint: quæ pacta: conuentiones: modi: & conditiones semper intelligantur apposita: & specificata: & pro specificatis: & appositis habeantur: & intelligantur. ¶ Et si pactum certum: & clarum factum nõ fuerit inter tales agricultores: & laboratores: & illos: pro quibus tales terras: possessiones: & prædia laborant: & concordes non essent: aut etiam nõ possent inter se de pactis: conuentionibus: & conditionibus præsentis temporis præteriti: & futuri: stetur: & stari debeat dicto: & declarationi operariorum sancti Iacobi apostoli ciuitatis Pistorii: & quicquid factum: & ordinatum fuerit per eos: uel duas partes ex eis in prædictis: & circa prædicta ualeat: & teneat: & obseruetur: & executioni mandari debeat: & possit per quemlibet officialem ciuitatis Pistorii: non obstantibus statutis quibuscũque hactenus factis: sub pena librarum xxv. ¶ Qui laboratores habitare teneantur: & morari debeant cum eorum familia: & bestiis: quas retinere debebunt: continue: & toto tempore cõductionis super dictis terris: possessionibus: & prædiis: & in domo talium locatorum: & a quibus conduxerint pro habitatione ipsorum laboratorum: & ipsas terras: possessiones: & prædia inculta non dimittere sub pena librarum ducẽtarum pro quolibet agricola: & laboratore: & quolibet de sua familia ætatis sexdecim annorum masculo: qui prædicta non seruauerit: seu contra prædicta fecerit: pro qualibet uice: & de prędictis: pro prædictis & quolibet prædictorum sufficiat: & pro plena probatione habeatur iuramentum ipsius: qui tales terras: possessiones: & prædia locauerit: seu eius nomine laborata fuerint: siue erunt cum duobus testibus de communi: populo: seu uilla talis agricolæ: seu laboratoris: seu de aliquo ex populis communibus: & uillis confinantibus ipsi populo: communi: uel uillæ: in quo positæ erunt tales terræ: possessiones: & prædia conducta ad laborandum de publica uoce: & fama precantibus: etiam si caulam scientiæ non reddiderint. ¶ Et nullus alius undecunq; fuerit: & cuiuscunq; conditionis existat: audeat: uel præsumat tales agricolas: & laboratores: seu aliquem de eorum familia scienter: uel ignoranter conducere: seu retinere de inceps pro suo laboratore: uel laborerio aliquo faciẽdo. seu eis locare alias terras: possessiones: & prædia: seu eis concedere ad laborandum: seu permittere q̃ laborent: seu laborerium aliquod faciant in ipsis terris: & possessionibus: sine licentia: ut infra dicetur sub pena librarũ ducentarum den. pro quolibet: qui contra prædicta: aut prædictorum aliquod fecerit: uel prædicta non seruauerit. ¶ Saluo: & reseruato in omnibus: & singulis suprascriptis: & infrascriptis capitulis: & statutis circa laborerium terrarum locatarum: & conductarum disponentibus: q̃ dicti agricolæ: & laboratores terrarũ: & eorũ familia: & quilibet ipsorũ possit de dictis terris: possessionibs: & prædiis quãdocunq; discedere: & alia poderia: possessiones: & terras cõducere, & laborare, & laborerium quodlibet facere & p̃ mercede, & etiã per quẽlibet aliũ possit receptari, & retineri in suo laborerio, &

eos conducere ad laborandum,& alia facere de licentia talisuel talium locatorum primo loco,ut supra dictum est,a quo,seu quibus talia prædia,terras,& possessiones laborant,de qua licentia constare debeat per publicum instrumentum manu publici notarii scriptum,seu per scriptam factam manu talis locatoris,uel illius,uel illorum,pro quo,uel quibus tales terras,possessiones: & prædia laborabunt dicto tempore seu manu alterius priuatæ personæ in præsentia,& de uoluntate prædictorum, & coram duobus testibus bonæ conditionis,& famæ & in prædictis non requiratur consensus illius parentis,in cuius Potestate esset talis locator.

De pena laboratorum non secantium arbitrio boni laboratoris. Rubrica cr.

QVia non est malitia super malitia rusticorum,& quia euidentissime constat laboratores ultimo anno,quo debent relassare bona,& poderia dominis eorum,conantur præfatos dominos iniuriare,& eis maximum damnum,iniuriam,& præiudicium inferre,quibus obuiare uolentes. Statutum,& ordinatum est q; de cætero in perpetuum quilibet laborator terrarum, qui tenet, seu tenuerit ad medium,seu ad affictum ad tertium,seu ad quartum,seu aliquo quouis modo ab aliquo,seu aliquibus personis ciuitatis,comitatus,seu districtus Pistorii aliquas terras,possessiones,& prædia,seu uineas in totū, uel in partem teneatur,& obligatus sit per totum mensem aprilis ad minus & non ultra quolibet anno totum granum seminatum per ipsum laboratorem bene,& diligenter sarchiare,& nitidare arbitrio boni uiri, & laboratoris,& similiter omnia blada cuiuscunq; generis,& maneriei debitis temporibus secundum consuetudinem regionis. ¶Et granum,& blada secare debitis temporibus teneatur,& debeat iusto modo arbitrio boni uiri non trā seundo in secando dictum granum,& bladam tertium brachii a terra,sed potius minus. ¶Nec possit prefatus laborator remouere de dictis bonis,terris & possessionibus granum secale,ordeum,seu alia blada,seu extra dictas possessiones,bona,& terras,alio transferre ad triturandum illum,seu illa alibi, q̄ in loco,ubi secatæ fuerint,sed teneatur,& obligatus sit dictum frumentū, seu blada triturare super dictis bonis, terris, aut possessionibus,ubi,& in quo,seu quibus secata,aut recollecta fuerint. ¶Et paleam frumenti secalis ordei,bladi,lupinaria,siue alterius straminis, aut succeratum,siue litamen, seu concimen de dictis,seu ex dictis bonis,terris,seu possessionibus remouere non possit,immo teneatur,& obligatus sit paleam,& alia prædicta relassare super dictis bonis,& terris,ut supra,nec possit opponere,uel allegare aliquam exceptionem,q; primo anno nō habuerit paleam,& alia prædicta. ¶Et non possint præfati laboratores uendere aliquod genus herbarū,uel pasturæ sine licentia domini bonorum,& aliter talis uenditio non ualeat,& tam emens q̄ uendens teneantur domino bonorum ad extimationem,& nihilominus possit uterq; eorum condemnari pena furti. ¶Et quilibet laborator: qui haberet,seu teneret aliquas uineas ad affictū: similiter teneat, & obligatus sit ultimo anno illas bene:& diligenter ligonizare arbitrio boni uiri

ni uiri per totum mẽſem maii ſub pena librarum uigintiquinq; den. in quã penam de facto incurrant abſq; aliqua declaratione: & nihilominus teneantur: & obligati ſint ad damna. & intereſſe domini: ſeu locatoris: de quibus damnis credatur ſimplici iuramento talis domini: hoſtis: ſeu locatoris: in quibus penis: & damnis quilibet rector: & officialis ciuitatis Piſtorii teneantur condemnare præfatos delinquentes infra quindecim dies a die quærelæ factæ per dictos locatores: ſeu dominos dictorum bonorum locatorũ: quæ pena applicetur pro dimidia ipſi domino: uel locatori: & pro alia dimidia communi Piſtorii. ¶ Et ſi intra dictos quindecim dies talis rector: coram quo quærimonia fuerit porrecta: ipſas condemnationes nõ fecerit: prout ſupra: tunc: & eo caſu præfati laboratores delinquentes: & non obſeruãtes de omnibus ſupraſcriptis penis: & damnis ſint totaliter ſuppoſiti: & obligati conſeruatoribus legum ciuitatis Florentiæ: quæ pena in dicto caſu ſit totaliter eorum officio applicata: & ipſi officiales nihilominus faciant relaſciri damna domino: ſeu locatori dictorum bonorum. ¶ Et pro prædictis teneantur pater: filius: & fratres ſimul habitantes: contra quos poſſit procedi etiam incipiendo a captura perſonæ ſummarie: & de plano: & ſine ſtrepitu: & figura iudicii: uiſa facti ueritate. ¶ Et quilibet laborator ſeu inquilinus: qui modo aliquo de cætero fregerit aliquam tenſinam: ſibi factam a domino ſiue locatore bonorum maxime occaſione affictus: medii: denariorum: & grani mutuatorum pro bene laborando: ſoccitæ beſtiaminis: ſeu denegaret familiæ: & famulis Rectorum aliqua pignora: & ſeu illa acceperit de manibus ipſorum ex cauſis prædictis: ſeu dependentibus: & cõnexis ab eiſdem incidat in penam librarum uiginti quinq; pro quolibet: & qualibet uice: & credatur ſimplici iuramento nuncii: ſeu uni ex famulis prædictis: & ſint ſuppoſiti conſeruatoribus legum communis Florentiæ de prædictis: & pro prædictis: quibus totaliter dicta pena applicetur.

Quod laboratores non poſſint incidere ligna in poſſeſſionibus conducts. Rubrica cxj.

NVllus laborator: ſeu agricola: nec aliquis de ſua familia: nec aliquis alius cuiuſcunq; conditionis exiſtat: poſſit: audeat: uel præſumat incidere: ſeu incidi facere aliquas arbores: ſeu nemora ſcoparum: ſeu lignaminum: & aliarum ſimilium: ſeu arbores qualcunq; ſiue uites: ſiue ipſe arbores: aut uites ſint aptæ ad fructus faciendos: ſiue non: & ſiue ſint ſiccæ: ſiue uirides abſq; licẽtia domini: ſeu poſſeſſoris talium bonorum: & poſſeſſionum: ſeu illius: a quo talia bona: & poſſeſſiones conductæ fuerint ſub pena librarum ducẽtarum den. pro quolibet: & qualibet uice communi Piſtorii applicanda. ¶ Quam penam ſi talis condemnatus non ſoluerit infra decem dies a die qua infortiam communis uenerit: ſtet: & ſtare debeat in carceribus communis ad minus per duos menſes continuos: & nudus fuſtigari per ciuitatẽ Piſtorii per plateas: & uias publicas publice: & palam: & ſic fiat: & fieri poſſit: & debeat condemnatis prædictis: nec per hæc derogetur aliis penis in ſtatutis de materia loquentibus communis Piſtorii contentis.

Quod laboratores teneantur potare vites & foueas manutenere. Rubrica cxij.

QVilibet laborator: & agricola: & de eorum familia possit: teneatur: & debeat: ac eis liceat uineas omnesq; arbores: & uites super arboribus existentes putare: & putari facere bene: & diligenter: & sepes: & foueas existentes in dictis: & super dictis terris: & possessionibus bene: diligenter: & legaliter mittere: & manutenere sine aliqua fraude arbitrio boni uiri: & pro ut: & sicut continebitur in scripturis locationum: & conductionum talium bonorum: possessionum: & terrarum sub pena librarum centum den. pro quolibet: & qnalibet uice communi Pistorii applicanda: & de qualibet domini possit incidere palos pro uinea: & pergulis necessarios debitis: & congruis temporibus.

Quod nullus laborator vendat granum vinum vel oleum ante recollectam. Rubrica cxiij.

NVllus laborator: uel agricola prædiorum: possessionum: terrarum: & uinearum alicuius ciuis: comitatini: uel districtualis ciuitatis Pistorii iurisditioni dicti communis suppositi: uel alterius cuiuscunq; conditionis existat: undecunq; fuerit: possit: audeat: uel præsumat deinceps uendere uinum uinearum existentem super dictis prædiis: terris: possessionibus: & uineis: quas conduxerint ad laborandum: seu quas pro aliquo laborant: nec etiam quæ ad ipsum pertinent: seu pertinebunt existentem in uuis talis terræ: uineæ: & possessionum ante uindemias: & recollectam uini prædicti alicui personæ sub pena librarum ducentarum den. pro quolibet: & qualibet uice communi Pistorii applicanda. ¶ Et nullus: cuiuscunq; conditionis existat: audeat: uel præsumat: undecunq; fuerit: per se: uel alium emere: seu emi facere ab aliqua persona aliquod uinum existens in dictis huiusmodi possessionibus: terris: uineis: seu prædiis sub eadem pena: ut supra applicata: pro quolibet: & qualibet uice contrafecerit. ¶ Nec prædicti laboratores: seu agricolæ: uel aliquis de sua familia per se: uel alium: ipsum uinum: quod recolligeret super dictis terris: & possessionibus: prædus: ac uineis conductis ab aliquo: ut supra: possint: uel debeant uendere alicui personæ: si dominus bonorum: seu is: pro quo tenent talia bona: ipsa: uina emere uoluerit: quibus: uel aliquo eorum emere uolentibus: uendere teneantur: & debeant: pro eo præcio: quo uendi poterit dicto tempore aliis personis emẽtibus sub pena librarum ducentarum den. pro qualibet uice communi Pistorii applicanda ipsis autem dominis bonorum emere nolentibus: liceat eis: cuicunq; uoluerint: uendere. ¶ Et si contigerit q̃ aliquis agricultor: seu laborator terrarum uellet uendere alicui granum: seu oleum: anteq̃ fieret recollecta ipsius grani: uel olei: possit eiq; liceat illud granum: uel oleum uendere cuicunq; uoluerit: dummodo primo: & ante omnia requirat: & requirere teneatur: & debeat dominum bonorum conductorum: seu a quo conduxerit bona super quibus recolligetur tale granum: & oleum: si ipsum emere uoluerit:

& ipsis

& ipſis dominis emere uolentibus pro iuſto prætio uendere: & poſt recollectam granj: & olei ſit licitum dictis conductoribus granum: & oleum cuicunq; uoluerint uendere etiam locatore: ſiue domino inuito.

Quod nullus laborator mittat beſtiam vel vadat ad vecturam. Rubrica cxiiij.

NVllus laborator: ſeu agricola aliquorum bonorum: nec aliquis de ſua familia audeat: uel præſumat ire: ſeu mittere aliquem de ſua familia cum aliqua beſtia ad portandum: ſeu portari faciendum aliquam ſalmam cuiuſcunq; rei aduecturam: ſeu pro mercede: nec præſtare boues alicui perſonæ pro laborando terras: & poſſeſſiones alterius perſonæ q̃ illius: cuius eſt podere: ſeu poſſeſſio: quam laborat: ſeu laborare debet: ſeu debebit: ſeu laborauit: nec ire ad laborandum: carreggiandum: uel trainandum: uel aliquod opus faciendum ſine licentia illius: a quo conduxerit: ſeu retinuerit pro laborando: de qua licentia apparere debeat per publicum inſtrumentum: ſeu ſcripturam factam manu talis locaroris: ſeu manu tertiæ perſonæ in præſentia duorum teſtium bonæ opinionis: & famæ: ſub pena librarum uiginti den. pro quolibet contrafaciente: & qualibet uice: qua contrafecerit: & de prædictis ſtetur: & ſtari debeat: & pro plena probatione habeatur iuramẽtum locatoris bonorum: ſeu illius: pro quo talia bona laborat: ad quam penam teneantur etiam: & obligati ſint ille: & illi: ad cuius: ſeu quorum uoluntatem ſeu commodum laboraret: aut ad uetturam beſtias conduceret.

Quod laboratores bonorum tenentes beſtias ſuper prediis teneãtur eas cõfiteri per publicũ inſtrumentũ. Rubrica cxv.

QVilibet laborator terrarum: & quilibet alius: qui habet: ſeu tenet in ſoccidã uel pro laborando beſtias ab aliquo ciue: & ſeu comitatino: aut alio iuriſdictioni communis Piſtorii ſuppoſitis boues: & quaſcunq; alias beſtias: poſſeſſiones: prædia: uel terras: ſeu q; beſtiæ emptæ fuerint de pecunia locatorum eorum: uel illius: pro quo bona: & terras laborant: laborarent: & laborabunt teneantur: & debeant tales poſſeſſiones: terras: prædia: & beſtias confiteri per publicum inſtrumentum a tali ciue: comitatino: ſeu diſtrictuali: & pro eodem tenere: & de reſtituendo promittere: & ſe obligare pactis: modis: extimatione: penis: & aliis in inſtrumento ponendis: & uſitatis: ſub pena librarum ducentarum qualibet uice: qua contrafactum fuerit communi Piſtorii applicandarum.

Quod nullus laborator poſſit retinere porcos vel gallinas. Rubrica cxvj.

NVllus laborator terrarum maſculus: uel fœmina audeat: uel præſumat retinere: uel retineri facere ſuper dictis talibus bonis: & poſſeſſionibus conductis: & conducendis porcum: ſeu porcos: ſeu troiam: neq; pullos: a duobus

gallinis: uel aliis pullis supra fine licentia domini: uel dominæ: seu illius: a quo conduxerit, uel conducet talem terram, & bona: pena contrafacienti librarum uiginti quinq; den. pro quolibet: & qualibet uice cameræ communis Pistorii applicanda: & etiam non possit retinere ocas: neque alias bestias: uel animalia grossa: siue minuta sub eadem pena: & de prædictis stetur: & stari debeat iuramento domini: uel dominæ talis possessionis: & bonorū seu illius: pro quo tenuerit: uel tenebit.

De compulsione vniuersitatis & communitatis ad conducendū possessiones incultas & deuastatas. Rubrica cxvij.

OMnes: & singuli: qui in domibus: uineis: terris: & possessionibus quibuscunq; ad se quomodocunq; pertinentibus positis in comitatu: uel districtu Pistorii per uiam: seu modum incendii: depopulationis: incisionis: seu deuastationis molestarentur: seu eis fieret iniuria: seu dicerentur se molestatos: offensos: seu iniuriatos esse ex causis prædictis: & propterea dictę res: & bona remanerent inculta: & non seminata: & laborata: possint cogere: & cogi facere tanī cōmunia: uillas: uniuersitates: & ipsorum homines: & personas: in quorum commune: uilla: uniuersitate: seu populo: territorio: curia: uel districtu ipse res positæ essent: q̄ etiam omnes: & singulos consortes: seu cōiunctos non excedendo quartum gradum intellectum secundum ius ciuile & ipso quarto gradu deficiente: uel proximiore: in infinitum illorum: qui commisissent: uel committi fecissent huiusmodi maleficia: uel ipsorum aliquod: ita q̄ in ipsius molestati: uel offensi electione remaneat: utrum faciat cogere ipsum uniuersitatem: uel coniunctos: & una uia electa possit ad aliā redire: & uenire: ad conducendum: seu recipiendum ad pensionem: mercedem: uel affictum: prout sibi placuerit: illas uillas: domos: terras: & possessiones: in quibus ipse diceretur se molestatum: & tam ipsi coniuncti: q̄ ipse uniuersitates: uillæ: communia, atq; populi teneantur: & debeant recipere ad affictum: pensionem: & mercedem ut supra per suum sindicum ad id legipitime constitutum: & cogi possint per quemlibet Rectorem ciuitatis Pistorii infra octo dies a die requisitionis ad faciendum publicum instrumentum de prædictis pro eo tempore, & temporibus: pro quibus uidebitur ipsi rectori requisito: & ea colere: & laborare ad arbitrium boni uiri: eaq; meliorata: & non deteriorata finita locatione libere restituant dādo fideiussores idoneos de prædictis omnibus obseruandis approbādos per approbatores communis Pistorii: & cum omnibus & singulis consuetis clausulis: & in tabus apponi solitis, & etiam ad sensum sapientis ipsius locantis, ita q̄ de siue ualeat. ¶ Et ad prædicta omnia, & ad soluendum affectum temporibus debitis etiam contumaces cogi possint omnibus iuris remediis realiter, & personaliter, etiam incipiendo a captura personæ, & per mulctam, omni iuris, & iudicii substantialitate, solemnitate, appellatione, consilii petitione, restitutione, nullitate, exceptione, iudicis officio, & omni alio impedimēto ꝑ an nullatiuo, retardatiuo, uel impugnatiuo remotis, & reiectis. ¶ Et de dicta molestia, offensa, seu iniuria, quæ sic facta diceretur per consortem, seu coniunctum

iunctum per lineam maſculinam dicti requiſiti: & etiam prædictam conſorteriam: ubi requirerentur conſortes: & etiam uniuerſitates: communia: & uillas: & cuilibet de dicta uniuerſitate: credatur: & pro plena probatione habeatur: & ſtetur iuramento illius: qui ſe diceret moleſtatum: uel ſui procuratoris: tutoris: curatoris: adminiſtratoris: uel mandatarii cuiuſcunq; cũ duobus teſtibus deponentibus de publica uoce: & fama quomodocunq; etiam lite non conteſtata: etiam ſi non reddiderint legiptimam cauſam ſui dicti: & non obſtante fama contraria: ſeu quæ in cõtrarium allegaretur: ſeu probaretur. ¶ Et ſi de quantitate affictus: ſeu mercedis eſſet quæſtio: eligantur per officialem cauſæ prædictæ tres ciues: uel partim ciues: & partim comitatini Piſtorienſes diligenter informati de rerum ualore: & quantitate ad declarandum: & taxandum quantitatem affictus ſuo ſacramento: & maioris partis ipſorum: etiam alio abſente: inrequiſito: uel contradicente: declarationi ſtetur: eaq; inuiolabiliter obſeruetur: qui electi cogi poſſint per ipſum Rectorem ad ipſam declarationem faciendam: & de quæſtione: utrũ conducens fuerit uſus bonis arbitrio boni uiri: ſtetur declarationi ipſius rectoris: coram quo fuerit ipſa quæſtio. ¶ Et conſortes: ſeu coniuncti: utſupra ad inſtantiam moleſtati prædicti: ſeu communia: uillæ: uniuerſitates: & populi: qui conduxerint: teneantur: & debeant: & cogi poſſint per officialẽ & rectorem prædictum infra octo dies a die requiſitionis omnibus iuris remediis ad reconducendum a dicta cõmunitate: uilla: populo: ſeu uniuerſitate dicta bona cum inſtrumento ſolemnizato ut ſupra pro eodem tempore: ſeu pro parte temporis: & pro eodem affictu: ſeu rata affictus contingente: quibus præfatum commune: uilla: uniuerſitas: uel populus conduxiſſet. ¶ Et prædicta non uendicent ſibi locum pro damno: incendio: deuaſtatione uel incultura: quæ fieret tempore guerræ: quæ fieret contra commune Piſtorii in pertinentiis comitatus, uel diſtrictus Piſtorii, ubi eſſet guerra, & intelligatur guerra quãdo fieret per inimicos ſuæ Excellentie Illuſtriſſime & imperii Florentini: ſeu Piſtorii æquitantur cum banderiis eleuatis. ¶ Et ſi contigerit quandocunq; ante factam conductionem, uel poſt eam, ipſos malefactores capi, & in fortione communis Piſtorii deduci, ſeu occidi, maxime per eorum conſortes, ſeu coniunctos, uel aliquem eorum, ut ſupra de cõiunctis dicitur, tunc & eo caſu tales conſortes, communia, uillæ, & populus non poſſint amplius cogi ad conducendum talia bona, & ſi conduxiſſent, non teneantur inniti pro anno ſequẽti, ſed ſint liberi, & ab omnibus penis, in quibus occaſione prædictorum incurriſſent, uel incurrere potuiſſent, cogi tamen non poſſint ad ſoluendum affictum, & penſiones tunc temporis præteriti ipſius anni, in quo prædicta, aut aliquod prædictorum facta erãt.

Quod communitates diſtrictus piſtorij teneantur facere laborare terras ciuium & diſtrictualiũ: quae propter inimicitias laborari non poſſint. Rubrica cxviij.

ORdinamus q; quæcunq; perſona, quæ habuerit terras, uel poſſeſſiones in aliqua terra, ſeu territorio alicuius terræ diſtrictus Piſtorii, & non poterit

inuenire laboratorem odio: timore: uel alio modo: Rector: Cõsul: & communitas ipsius terræ præcedente notificacione eis facta ex commissione Rectoris cuiuscunq; ciuitatis Pistorii: uel eius Iudicis: seu etiam Capitanei mõtaneæ: si talia bona essent in eius Capitaneatu laborent: & laborari faciant ipsam terram: uel terras: seu possessiones reddendo dominis earum partem fructuum inde peruenientium secundum consuetudinem loci: in quo sitæ sunt. ¶ Et credatur sacramento habentis terram: uel possessionem cum probatione dnorum testium de fama: q; non possit inuenire laboratorem illius terræ: uel possessionis: & etiam sufficiat quælibet alia probatio: quæ arbitrio Rectoris sufficiens uideretur: & hoc si ipse terræ: & possessiones sint aptæ ad laborandum. ¶ Et si communitates illius terræ: in cuius territorio sitæ sunt: laborari non fecerint: condemnetur ipsa communitas in libris decem: & nihilominus compellatur extimationem damni dare: & præstare dominis ipsarum terrarum: quod propterea passi fuerint iuste arbitrãdam per duos uiros ciuitatis Pistorii: a Rectore ciuitatis Pistorii: & Operariis sancti Iacobi eligendos: & expensis ipsius communitatis mittendos.

De possessionibus occupatis sine titulo sua propria autoritate & eorum fructibus restituendis. Rubrica cxix.

STatutum: & ordinatum est: q; siquis sine titulo sua propria autoritate occupauerit rem immobilem ad alterum iure dominii uel quasi pertinentem: sine strepitu: & figura iudicii: Iudex teneatur ipsam rem cum fructibus perceptis cum effectu restitui facere eidem: quæ omnia locum habeant in præteritis: & futuris.

De pena facientis statuta: per quae possent impediri laboreria terrarum. Rubrica cxx.

NVlla uniuersitas: commune: uel populus comitatus: uel districtus Pistorii: nec aliquæ speciales personæ possint ordinamenta: uel statuta ordinare: uel facere: uel coniurationem: uel compositionem: per quæ: uel quam impediretur: uel impediri possit: aut impediri uideatur cultura terræ: uinearum: possessionum: uel prædiorum ciuium Pistorienſium: uel in dicta ciuitate habitantium: & comitatinorum: & districtualium. ¶ Et quod contra fieret: uel factum esset: Rector quilibet ciuitatis Pistorii debeat ipsa statuta: & ordinamenta cassari facere: & insuper punire contrafacientes in libris ducentis den. Et damna: & interesse satisfacere secundum iuramentum petentis: qui Rectores in prædictis habeant arbitrium inquirendi secrete: & palam: & procedendi: & condemnandi: pro ut eis: uel alteri eorum uidebitur conuenire.

quod

Quod communia terrarum districtus Pistorij non impo nant aliquid ciuilibus pro possessionibus quas ha, bent in eorum territorio. Rubrica cxxj.

STatutum & ordinatum est: q; nulla communitas terrarum districtus Pisto rii audeat: uel præsumat imponere alicui ciui Florentino: uel Pistorien si iu beunti: & soluenti onera in ciuitate Pistorii aliquod datium: præstantiam: uel cambium: uel grauamen aliquod pro bonis: seu occasione bonorum: & possessionum: quas ciues haberent in comitatu: & districtu Pistorii: ac etiã pro bestiis: & siue testa eorum: & siqua posita essent: non ualeant: & non te neant: & nullam mereantur executionem: & cassentur: & liberentur: ad pe nam librarum quingentarum ipsi communitati auferenda: & librarum cen tum cuilibet uicario cuiuscunq; communitatis: qui contra prædicta aliquo modo fecerit: quam penam: si ipse Vicarius non soluerit infra terminum de cem dierum post condemnationem de eo factam: ipsi Vicarii: & ipsius com munitatis consiliarii: postquam peruenerint in fortiam dicti communis: de beant per ciuitatẽ fustigari: & in dictã fustigationẽ: & cõdemnationẽ Vica rii: & consiliarii & ipsa communia debeant puniri: & condemnari, si contra prædicta quoquo modo fecerint.

De executione & effectu instrumẽto: ũ affictus. Rubrica cxxij.

SI quis inquilinus: qui conduxerit aliquam domum: uel tem ad pensionem: aut aliquis laborator: qui alicuius terram ad laborandum: uel ad affictum: uel aliter conduxerit: cœssauerit in solutione pẽsionis: uel fructuum: & etiã si castaneta: nemora: uel prata conduxerit: & cœssauerit ut supra: liceat loca tori capere: & detinere bona: & res talis laboratoris. inquilini uel fictaiuo li autoritate propria: donec de his: quæ recipere debuerit dictis occasioni bus: uel aliqua earum: sibi fuerit integraliter satisfactum. ¶ Qui locator in omnibus: & singulis rebus: & bonis talis inquilini laboratoris. uel fictai uoli inuectis: & illatis: & quæ in domo: & bonis locatis extiterint: & in fru ctibus bonorum locatorum: sit potior quolibet alio creditore in tempore: & in iure: & preferatur etiam mulieri in dotem habenti priorem hipotecam in suprascriptis bonis: in aliis uero seruetur prærogatiua temporis.

Quod affictaiuoli & pensionarii pro affictu & pensio ne capi possint. Rubrica cxxiij.

QVilibet affictaiuolus: pensionarius: uel conductor cuiuscunq; personæ: & eorum fideiussores pro affictu: & pensione debitis ad instantiam locantis: uel dantis ad affictum: & eorum hæredum habentium instrumenta publi ca: uel iura exequibilia: & executionem merentia iuxta formam statutorum super hoc uel eorum: qui iura cessa habuerint de prædictis: capi possit: & detineri personaliter. & etiam contra eos: uel in eorum personis: & bonis ad uoluntatem suprascriptorum procedi incipiendo quoq; a captura personæ.

¶ Et præsummatur conducens, uel habens ad affictum habuisse facultatē utendi rebus conductis, & affictatis, nisi contrarium probatum fuerit, quæ probatio ualeat, non obstante instrumento guarantigiato.

De actione cōpetēti domino affictus ex pactis. Rub. cxxiiij.

ORdinamus q̄ ex pactis initis olim & quæ in futurum erunt inter uenditorem, & emptorem, uel quoscunq; alios contrahentes, uel pacisc̄tes, uel patrem, uel filium, & fratres ex diuisione facta inter eos super melioramentum rei, uel super re, unde præstatur affictus, uel pensio, uel quicunq; redditus, acquiratur actio personæ, uel loco, cui deberi dicitur affictus redditus, uel pensio qualis uenditori, uel contrahenti, uel diuidenti competeret ex ipsis pactis, & siqua alia competeret domino affictus, & etiam actio contra emptorem, uel diuisorem, uel alium contrahentem, uel pacisc̄entem acquiratur tali personæ, uel loco, cui dicitur deberi affictus, ac si ipse locasset, uel in affictum concessisset, uel pactum fecisset, & quilibet notarius cōpellatur a quolibet officiali ciuitatis Pistorii ædere, uel exibere instrumentum, siquod extat, ad probandum, & instrumento credatur. ¶ Qui notarii teneantur ex presse apponere in instrumento alienationis empcionis, uel rei unde redditur affictus, pēsio, uel alius redditus, & nominatim dominum, cui dicitur deberi, uel coniuctum est prastari affictus, alioquin cōtractus alienationis non ualeat, & etiam talis alienator teneatur ipsum dominum recipere debitem affictum in dicto instrumento nominare sub pena librarum xxv den. & contractus sit nullus. ¶ Et intelligatur dominum affictus consuetudinis recipere affictum ex tali pacto, uel pactis absq; aliqua alia probatione tacitēda quæ omnia locum habeāt in præteritis, præsentibus, & futuris negotiis. nec propterea per prædicta intelligatur derogatū alicui statuto, per quod prohibeatur alienatio rerum affictarecciarum.

De carta facienda de affictu. Rubrica cxxv.

SIqua persona ciuitatis, uel districtus Pistorii reclamauerit mihi de domino, a quo terram habet uel aliam rem in affictum ut faciam ex inde cartam fieri per affictum, cogam ex inde dominum cartam facere, nisi sit de terra assignata domino ab affictali, cum dubium uertebatur, de qua terra exibat affictus quo casu teneatur dominus facere ei cartam de dote: & alienatione sua, & suorum prædecessorum. ¶ Et eodem modo faciam fieri cartam domino de affictu, & de terra, de qua reddi debet affictus, uel solitum est reddi ab affictali, si dominus mihi inde reclamauerit, & idem dicine de pensionibus, & aliis redditibus. ¶ Et siquis habet cartam publicam de aliquo affictu recipiendo, affictalis uel eius heres non possit se defendere ab affictu prastādo non obstante aliqua temporis præscriptione, licet retroactis, & multis retro temporibus non præstiterit, quæ locum habeant in præteritis, & futuris. ¶ Et si dominus affictus uoluerit sibi cartam denouari ab affictali suo Potestas, & eius Iudex compellant ipsum affictalem cartam de dicto affictu facere

cere domino affictus ab q̃ datione libelli. ¶Et affictalis ad petitionem domini eiusq̃ requisitionem teneatur facere mensurari terram: unde redditur affictus sub pena librarum quinquaginta contrafacienti pro qualibet uice. ¶Et nullus affictalis debeat coadunare aliquam terram affictarecciam: seu unde affictus præstatur: uel præstetur: & si coadunauerit: teneat ad requisitionē domini reclamantis ab alia terra diuidere: & separare: quod si facere neglexerit: condamnetur in libris quinquaginta den. cuius medietas sit communis Pistorii: & altera medietas domini reclamantis. ¶Nec ipsi affictales: uel pensionarii ponant affictum: uel pensionē in rebus: quas tenent ad affictum: uel pensionem: uel locent ad affictum: uel aliquam securitatem in ipsis terris: uel locis imponant sine uoluntate ipsorum: quibus redditur prius affictus: pensio: uel redditus: & hoc locum habeat de cætero & qui contrafecerit puniatur: a præside in libris quinquaginta qualibet uice: & eam securitatem delere: & remouere teneatur: & debeat in totum: & res ipsas: & terras in pristinum statum reducere infra decem dies post reclamum inde factum: quæ locum habeant in præteritis: & futuris. ¶Et qui contra prædicta: aut aliquod prædictorum ex dictis affictaiuolis: & pensionariis: uel aliis: qui redditum soluere teneantur: fecerit: ipso iure cadat a iure: quod haberet in ipsa re: uel melioramento ipsius: & ipso iure ad dominū qui recipere debet debitum affictum: pensionem: uel redditū libere: & pleno iure redeat: & pertineat: si ipse dominus uoluerit. ¶Et affictalis tenetur ostendere domino cartam affictus: si eam habet: & si malitiose cœlauerit: non possit postea uti dicta carta: & idem de domino: si affictalis petierit cartam ab eo: & idem de pensionibus: & aliis redditibus.

De interrogatione fienda pro affictu. Rubrica cxxvj.

ORdinamus: q̃ si quis interrogatus fuerit ab aliquo: q̃ dicat sibi: uel suo autori: & quem dicat suum autorem: deberi affictum: uel pensionem: uel a ludice: uel ad eius postulationem: etiam ante oblationem libelli: uel petitionis: uel litis contestationem: si tenetur: uel debeat ei: a quo petitum: uel cōsuetum est: interroganti teneatur respondere infra terminum sibi a ludice assignandum. ¶Et etiam si petitum fuerit: uel interrogatum declarari de rebus: de quibus ipse affictus: uel pensio reddatur: uel reddi consueuerit p eum: uel aliam personam: uel personas: uel locum: respōdere teneatur infra dictum terminum: non obstante: q̃ interrogatio sit simplex: uel implicita: uel plura contineat. ¶Et si talis interrogatus negauerit: & postea probatum fuerit secundum formam statutorum: puniatur in libris quinq; den. p quolibet stario fumenti: uel alterius bladi: & pro quolibet cognio: seu barile uini: & pro qualibet quaterna olei: & in solidis uiginti pro quolibet denario pensionis: & si fuerit plus: uel minus ad eandē rationē pro rata. ¶Quæ interrogatio nō præiudicet: quo minus postea procedat in causa ad petitionem agentis. ¶Et etiā si petitū: uel interrogatū fuerit: si possidet: uel tenet rem: uel res: de quā: uel quibus dicatur deberi præstari affictus: uel pensio: eodem modo respondere teneatur: quo supra sub dictis formis & penis.

De assignando de bonis affictalis: quando dubitatur vn de exeat affictus. Rubrica CCCVIJ.

STatutum: & ordinatum est: q affictales teneantur assignare domino affictus: dominum autem intelligimus illum: qui instrumentum habet de affictu: pensione: uel redditu: uel locationis: uel concessionis de affictu alicui personæ: uel loco: uel qui consuetus est recipere affictum: uel pensionem per duas: uel tres uices: uel autor suus: teneatur assignare tantum de bonis suis: quæ ualeant affictum: uel pensionem: quam debet præstare: extimãdo sextarium frumenti per affictum librarum triginta: & sextarium bladi librarum uiginti: pro qualibet quaterna olei librarum sexaginta: barile uini librarum uigintiquinq: & ubi solueretur pecuniæ librarum uiginti pro qualibet libra den. & sextarium castanearum siccarum librarum uiginti. & tantum plus: quod ualeat: uel ualebit mediam partem totius affictus: pensionis: uel redditus. ¶ Et si non fecerit assignare: uel non assignauerit: quando dubitatur: unde exeat affictus: uel requisitus fuerit per dominum affictus: uel pensionis: uel per nuncium ad petitionem ipsius ex parte Iudicis causarum ciuilium communis Pistorii infra octauam diem a die requisitionis: præsummatur: & intelligatur: q de omnibus bonis ipsius affictalis: pensionarii: uel soluere debentis exierit. ¶ Et quia publice dicitur: & ab experto cognoscitur: q non est malitia super malitia rusticorum. Prouisum est: q si in instrumento alicuius affictus: uel pensionis fiat mentio de confinibus rei: unde redditur talis affictus: siue pensio: affictalis: & eius hæredes: & tenentes: & possidentes talem terram: uel aliquam eius partem cogantur soluere affictum: uel pensionem: si unus: uel duo confines rei: quam possidet: concordent cum uno: aut duobus confinibus: de quibus fit mẽtio in dicto instrumento: & de tali re teneatur reddere talem affictum: uel pensionem: nisi probauerit de alia re talem affictum: uel pensionẽ exire debere. ¶ Hoc semper intellecto q si qua capitula essent in constitutionibus communis pistorii loquæntia de affictu: uel pensione: quæ essent inter se contraria & diuersa: illa: quæ magis sunt fauorabilia pro his: qui affictum: uel pensionem recipere debent: uel petunt: obseruari debeant: & fauorabilia intelligantur ad uoluntatem illorum: qui affictum: uel pensionem recipere debent: quæ omnia locum habeant in præteritis: & futuris: & non obstãtibus aliquibus statutis: capitulis: uel constitutionibus suprascriptis: & infrascriptis. ¶ Et si reperiantur unus: uel duo confines terræ: uel rei: ex qua petitur pensio: tenens: uel possidens dictam terram: uel rem cogatur præstare pensionem in dicto instrumento contentam: & idem dicimus in affictibus: & aliis redditibus: & tam in præteritis: q̃ futuris. ¶ Et si qua persona tenuerit per decẽnium inter se: & prædecessorem suum: uel eum: a quo causam habet: & taxatam eam terrã affictalis habet: si dubitari contigerit: de qua parte eius rei affictus reddi debeat: eligãtur super hoc boni homines a domino: & affictali quos Potestas: & Iudex cogãt̃ puidere tã p dño: q̃ p affictali: p qua parte eius rei affictus reddi debeat: ita tamẽ q portio: quę remãserit ad affictũ: ad quã citatẽ affictus: quæ p̃stari debebat: sufficiat cõueniẽter. ¶ Et siq̃ p̃sona reddiderit

rediderit affictum: & dubitatur: siue nescitur: unde redditur affictus: cogatur ostendere: & assignare domino tãtam terram: quæ bene sufficiat ad præfatum affictum annuatim præstandum: & quæ ualeat tertiam partem terræ assignatæ ultra extimationem affictus ad rationem extimationis affictus: ut supra declaratum est: & de his faciat eidem domino instrumentum. ¶ Hoc idem teneatur facere extranea persona possidẽs bona affictalia: uel autem præsummatur: & sit: q; de omnibus suis bonis: & rebus affictus reddi debeat: pensio: uel redditus cuiuscunq; rei. ¶ Et si postmodum inueniatur instrumentum de affictu: pensione: uel alio redditu: secundum instrumentum: ut supra factũ: pro nullo habeatur: & primo instrumento stetur.

De specificando seruitutem & redditum rei unde redditur affictus. Rubrica cxxviii.

SIqua persona uendiderit: uel alienauerit aliquam rem: de qua cõsueuit: uel debet affictus præstari: uel pensio: uel alius redditus: uel ius: uel iura uiæ: uel itineris: teneatur: & debeat nominare: & expræsse poni facere in instrumento alienationis: uel uenditionis affictum: redditus: ius: seu iura uiæ: quæ erunt: uel qui præstantur: uel præstari debent: & per notarium in ipso instrumento apponi facere: quod si non fecerit ipse uendens: uel alienans puniatur in libris centum den. applicandis pro dimidia patti: pro quarta rectori exigenti: & pro reliqua communi Pistorii. ¶ Et idem seruetur in uẽdentibus: & alienantibus bona aliena tanquam propria & notarius instrumentum conficiens teneatur copiam eius ædere, & facere ipsi domino uolẽti, & requirenti, & si nõ ædet puniatur in eadem pena suprascripta, ut supra applicanda.

De terra terraticali. Rubrica cxxix.

SI domini terrarum, uel uinearum mihi, uel Iudici causarum reclamauerint de aliquo, quem dicant se ab eo tenere terram ad medium, uel ad tertium, uel ad quartum, & sic de singulis, uel alio modo, faciam eis restituere terram si eum habere potero, sin autem mittam ipsos in possessionem, & si tenẽs terram, uel uineam allegauerit, se aliquod ius in ea habere ptopter laborem, uel uineas, uel aliquod ædificium, & cognitum mihi fuerit, cognoscere non recusabo, & faciam id satisfieri dicto laboratori, & hæc faciam obseruare in toto districtu Pistorii. ¶ Laboratores autem terrarum non possint aliquid petere, uel consequi a dominis bonorum pro laboribus: uitibus, aut aliquo melioramento, & reaptatione domus, uel capannæ plantatis, & factis super terris, quas haberent in conductione ad laborandum, nisi hoc processerit ex pacto, & conuentione expressa inter eos, & dominos bonorum. ¶ Et si tentores probauerint tale pactum intercessisse, q; domini nõ possint eis terras tollere, præstent tentores dominis terrarum partem de omnibus fructibus terræ, & si in pacto fuerit expressum, q; non debeant eis dare de aliqua re in ipso pacto expressa, non faciam eis dare. ¶ Et donec ten-

tores ad uoluntatem domini tenuerint: similiter præstent dominis partem de omnibus fructibus terræ: nisi per pactum expressum inter dominos & tentores aliter sit conuentum: nam in eo articulo: in quo mihi cognitum fuerit: faciam obseruare pactum: quæ omnia dicta sunt saluis pactis: & conuentionibus expræssis inter dominos terrarum: & uinearum: & eorum laboratores. ¶ Nullus tamen colat: uel laboret aliquam terram terraticalē sine expræssa licentia domini: uel possessoris: uel quasi sub pena librarum quinquaginta den. pro quolibet contrafaciente.

De affictu recipiendo. Rubrica cxxx.

DE affictu: uel de re: quæ præstatur pro affictu: utrum sit recipienda: uel nō sit in arbitrio operariorum beati Iacobi de Pistorio: qui bona fide: tam pro domino: q̄ pro affictali teneantur super hoc arbitrari: & quid inde fuerit arbitratum: quilibet officialis obseruare faciat: qui operarii infra mensem accepti eorum officii teneantur super hoc sacramentum præstare. ¶ Et si affictus non fuerit solutus de mense iulii: uel alio tempore: quo deberet solui res iuxta contrahentium pacta: & promissiones: siue sit granum: siue uinū: bladum: castaneæ: uel earum farina: oleum: uantagia: & quæcunq; aliæ res, quæ infra aliquem terminum solui deberent: dominus recipere debens possit petere: & affictaiuoli affictum de prædictis soluere teneantur pro eo prætio: quod plurimi ualuerit a tempore more citra illius anni: in quo non soluerint. ¶ Et si pro parte domini fuerit facta notificatio dictis affictaiuolis uel soluere debentibus affictum: q̄ soluant granum: & affictum debitum: & affictaiuoli non soluerint infra octo dies a die factæ notificationis: tunc & eo casu dicti domini: & recipere debentes talem affictum petere: & consequi possint ad ualorem quanti plurimi a temore moræ citra: & secundum extimationem: quæ ab inde in antea erit descripta in libro ad hæc deputato existenti in opera sancti Iacobi supradicti: quam uenditam dicti operarii dare: & describi facere teneantur: & debeant. ¶ Et si in dicto libro non fuisset descripta ipsarum rerum extimatio prædicta: dicti operarii debeant iudicare extimationem rei non descriptæ secundum communem extimationē descriptarum habito respectu ad ualorem quanti plurimi ut supra: quæ locum habeant in futuris temporibus.

De eo qui steterit per quinquennium & non reclamauerit de afficto. Rubrica cxxxi.

ORdinamus: q̄ siqua persona steterit per quinquenniū: & nō reclamauerit de affictu de affictali suo: qui retro detentus diceretur: si postea reclamauerit de detentione ante ipsum quinquennium: nō audiatur: & hoc nisi inde reclamatio facta fuerit. ¶ Et pro affictu detento non possit peti in præiudicium aliorum creditorum: nisi pro quinquennio: quantum uero ad affictaiuolos non præiudicetur: si non reclamauerit.

Quod

Quod liceat domino tollere bona laboratoribus vel inquilinis. Rubrica cxxxij.

SIquis inquilinus habitauerit in aliqua domo: aut aliquis laborator: qui terras alicuius tenuerit ad laborandum ad affictum: uel mediũ: uel aliter: cessauerit in solutione pensionis: uel affictus: uel medii: liceat domino ipsius domus: & terræ capere: & detinere bona: & res talis inquilini: uel laboratoris: quæ fuerint etiam in domo talis domini: autoritate propria: donec de his: quæ recipere debuerit: dominus ab eodem sibi fuerit integre satisfactũ. ¶ Qui dominus in fructibus omnium terrarum: quas laborauerit laborator: qui tenuerit terras ad affictum: uel admedium: & in rebus inquilinorũ existentibus in domibus eisdem locatis pro pensione: fictu: uel medio: cæteris aliis creditoribus præferatur: etiam habentibus priora: & potiora iura & sit potior: etiam si sit posterior tempore: & hæc trahantur ad præterita: et futura. ¶ Et sit etiam ipse dominus affictus pensionis & cuiuscunq; reddi tus potior in iure in petendo: exigendo: & recipiendo affictum: pensionem uel redditum: q̃ uxor affictalis in dote: uel pro dote sua: non obstante q; instrumentum affictus: pensionis: uel redditus sit confectum post instrumentum dictæ dotis: seu postq̃ dictus affictalis ipsam uxorem duxerit. ¶ Et si quis laborator receperit pecuniam: uel frumentum: uel aliud bladum mutuo: a domino: a quo terram habet ad laborandum: & etiam siquis habuerit: & tenuerit in societate aliquas bestias ab aliquo: & receperit aliquid mutuo: ut supra: ipse dominus sic mutuans sit potior omnibus aliis creditoribus dictorum laboratoris: & tentoris bestiarum in fructibus: & bestiis: & earum fœtu: etiam anterioribus tempore in ea terra uidelicet: quam ab eo laborant: non obstante q; alii creditores bona talium laboratorum: & tentorum bestiarum habeant obligata: quæ omnia locum habeant in fructib⁹ pendentibus in tali terra: & per unum mensem postquam extracti fuerint: & exportati: & in præteritis: & futuris.

De conueniendo quemlibet ex consortibus insolidum pro affictu. Rubrica cxxxiij.

ORdinamus: q; si fuerint plures cõsortes alicuius rei: unde redditur affictus uel in ipso affictu reddendo: dominus affictus possit conuenire quemlibet ex consortibus insolidum: & quilibet ex consortibus teneatur insolidum totum affictum grani: bladi: uini: & aliorum reddituum: dũtamen dominus sit contentus solutione unius summæ totius affictus. ¶ Et terra: ex qua redditur affictus: nõ possit diuidi inter cõsortes: seu fratres: uel alios affictales: & idem dicimus per omnia de omnibus aliis redditibus: & pensionibus & si diuisa fuerint nõ habita uolũtate domini: quilibet diuidẽs condãnetur in libris quinquaginta den. quã docunq; nõ obstãte aliquo trãsgressu tẽporis: & ipsa diuisio rescindat̃ ad uoluntatẽ dñi affictus: & recipere debentis. ¶ Et quicunq; tenet: uel tenuerit aliquã de rebus: ex quib⁹ reddit̃ affictus redditus: seu pẽsio: uel partẽ ipsius rei: quocunq; iure: uel modo eã teneat: ille talis intelligatur cõiors: & possit conueniri insolidũ sicut alii consortes:

aut dimittat rem domino affictus: pensionis uel redditus sine ullo præcio sibi restituēdo ab ipso domino affictus: & nihilominus: ut dictum est: quilibet eorum possit conuenire pro toto affictu: pensione: uel redditu: & prædicta locum habeant in præteritis: præsentibus: & futuris. ¶ Siquis uero negauerit consortes suos: quos habet: uel qui fuerunt in affictu prastando, uel recipiendo esse: uel fuisse consortes: seu hæredes: uel successores alicuius hoc negauerint: siue per eos: siue per eorum procuratorem: tutorem: curatorem: actorem: uel alium quocunq; nomine nuncupatum: & postea probatum fuerit: condemnetur in libris decem communi Pistorii. ¶ Quicunq; uero petierit ab affictali suo affictum: quem receperit: seu habuerit ipse: uel alia persona pro eo: condemnetur in duplum affictus petiti: & prædicta etiam locum habeant in hæredibus: & successoribus: siue per eos petitum, uel negatum fuerit, siue per eorum procuratorem tutorem, curatorem, actorē, uel alium quocunq; nomine censeatur, & communi Pistorii applicetur.

De empoemate & meliozamento obligato domino pro affictu. Rubrica cxxxiiij.

ORdinamus q̄ melioramentum rei, ex qua redditur affictus, sit obligatum ipsi personæ, quæ affictum recipere debet, deberet, uel consuevit, pro ipso affictu, tam pro futuro, q̄ pro detento, in quo melioramēto præferatur aliis creditoribus habentibus priorem hipotecam pro dicto affictu.

De eo qui præstiterit duabus vel tribus vicibus affictum. Rubrica cxxxv.

STatutum, & ordinatum est, q̄ si aliqua persona, uel locus per se, uel alium, uel aliam personam pro eo, uel ea duabus, uel tribus uicibus affictum grani bladi, uini, uel alterius rei receperit, & hoc probauerit per duas, uel tres personas licet quælibet sit sola in dicto suo, & dicat de una uice, & de reddita te scire, q̄ sit affictalis, scilicet q̄ affictalis, uel eius uxor, filius, uel anus de sua familia reddiderit ipsum affictum, & habeant locum hæc in præteritis, & futuris, licet non diffinitis detur super hoc domino affictus, uel persona, uel loco a Iudice iuramentum diffinitum, & postea quilibet affictalis teneat solui domino, & si dominus periurus reperiatur in fraudem, incidat in penā librarum quinquaginta den. ultra periurium. ¶ Et siquis negauerit debere affictum, & postea probatum fuerit qualicunq; modo, talis negans incidat in penam librarum centum den. applicandarum pro dimidia communi Pistorii pro quarta rectori exigenti, & pro reliqua quarta parte ei, contra quem fuerit facta negatio. ¶ Et q̄ quæcunq; persona, uel locus tenet uel possidet rem aliquam, uel aliquam partem ipsius rei, unde fuit redditus affectus, uel pensio alicui personæ, uel loco, uel eius autoribus per duas, uel tres uices ab illa persona, uel loco, qui talem rem, uel partem aliquam ipsius rei tenet, uel possidet, uel ab eius autore, uel autoribus, uel ab alia quacunque persona, possit probari, & sufficiat

probatio

probatio per cartam publicam concessionis factæ: & locationis in affictum seu renouationis: uel confessionis affictus cuicunq; etiã alii personæ q̃ possidenti: uel tenenti per aliquam personam: uel locum: uel eius autorem: uel aliam personam a qua diceret causam habere: uel per testes: qui dicant de locatione: uel concessione: renouatione: uel confessione: uel q̃ consuetum sit præstare talem affectum: uel pensionem: qui dicant de duabus: uel tribus uicibus etiam si fuerint ipsi testes soli in eorum dictis: & dicant de credulitate: q̃ sit affictus: uel q̃ de tali re: uel aliqua re exeat: uel q̃ ex affictu: uel p affectum: uel pensionem reddatur de ea re: & etiam si sint de familia illius: qui dicat: se affectum: uel pensionem recipere debere: uel debuisse: uel autorem suum: uel etiam dicant de affictali: uel possidente: uel tenente præstationem: uel eius familia: teneatur talis possidens: uel tenens ad præstationẽ affictus: uel pensionis: ac si ipse: uel eius autor affectum: uel pensionem soluere: uel præstare promisisset personaliter: & cõtra eum procedi possit ad accipiendum possessionem de affictu detento per triennium integrum: & totius triennii: etiam si tale triennium non esset continuum: ac si ipse esset ille: qui promisisset soluere: uel præstare talem affectum: uel pensionem: nõ obstante aliqua exceptione ignorantiæ: quæ opponatur: uel opponi possit, & etiam non obstante aliqua temporis præscriptione: salua defensione legitima pro dicto tenenti: uel possidenti. ¶ Cuicunq; uero fuerit facta locatio pro affictu: redditu: uel pensione: uel quæcunq; persona fuerit confessa in publico instrumento se possidere rem aliquam pro affictu: pensione: uel redditu præsummatur hodie tenere: uel possidere ipse: uel eius heres: uel heredes: nisi possessorem ostendiderit: uel probauerit: itaq; ad solutionem cogi: & compelli possit talis possessor in iudicio seculari communis Pistorii: in quem possessorem facta fuerit legiptime de iure alienatio ipsius rei: & si non ostendiderit alium: uel alios possessores, ipse cogatur, & cogi possit ad solutionem præd ctum, quæ omnia suprascripta locum habeant in præteritis, & futuris, non obstantibus aliquibus statutis, capitulis, & constitutionibus suprascriptis, uel infrascriptis. ¶ Hoc semper intellecto, q̃ si alienatio ipsius rei facta fuerit sine expressa uoluntate domini affictum recipere debẽtis, ipse dominus conuenire possit dictum possessorem, uel eum, cui locatio facta fuerit, uel eius hæredes: sed ab hodie in antea statutũ de affictu, & pensione in sua maneat firmitate. ¶ Et idem intelligatur, & obseruetur de omnibus detinentibus terras possessiones, & domos, unde redditur, uel reddi debet affectus pensio, uel alius redditus. ¶ Et si affictalis, uel pẽsionarius detinuerit, & non soluerit affectum: uel pensionem integrum: seu integram totius triennii: etiam si tale triennium non esset continuum: dominus affictus: uel pensionis possit cum autoritate iudicis: quam iudex ei tenetur præstare requisita primo parte aduersa: si non ostendiderit iustam causam infra triduum: quare detinuerit: & non soluerit: introire possessionem rei: ex qua redditur affectus: uel pensio. ¶ Et quæcunq; persona tenet terram: uel aliam rem: uel aliquam partem ipsius terræ: uel rei: uel aliquam de rebus concessis: uel locatis in affectum sibi: uel alicui aliæ personæ: uel loco: uel ex qua consuetum est: uel debet præstari affictus

a quacunq; persona: uel loco Potestas: uel Iudex: cuius cognitio erit: cogat, illam personam tenentem: uel possidentem talem terram: uel rē: uel aliquam ipsius partem: seu aliquam de prædictis rebus: soluere totum affictum ipsi concessori: uel locatori: uel consueto recipere affictum pensionem: uel redditum: uel eius successoribus uniuersis & singulis: non obstante aliqua temporis præscriptione: & idem sit de pensionibus: aliisq; redditibus: & præstationibus. ¶ Et hoc capitulum: & omnia suprascripta locum habeant in his personis: quæ tenēt rem obligatam pro affictu: redditu: uel pensione: quæ omnia locum habeant in præteritis: & futuris.

De nō deteriorando rē: unde redditur affictus. Rubrica cxxxvj.

ORdinamus: q; aliquis de ciuitate Pistorii: uel districtu affictalis: uel terrā: uel rem tenens: de qua debet: uel consueuit præstare affictu: uel aliud redditum: non possit minuere: uel deteriorare terrā ipsam: uel rem aliquo modo: saluis pactis habitis inter eos. ¶ Et si affictalis neglexerit laborare terram: de qua redditur affictus: pensio: uel alius redditus: liceat domino cum autoritate Iudicis causarum: quam Iudex ei præstare teneatur: requisito affictali talem terram laborari facere: & fructus inde percipere: computando fructus: quos percepit: pro affictu & redditu: & expensis in laborerio factis non præiudicando domino in aliquo iure: quod habet pro affictu contra affictalem: uel in re: pro qua redditur affictus: quæ locum habeant in præteritis: & futuris in terris laboratis per dominum sine licentia: & autoritate Iudicis. ¶ Et in ultimo anno locationis: & conductionis non possint seminare bladum pro suchiando terram: & deteriorando eius laborerium in bonis affictalis: nisi uangauerint: & sucrauerint terram: in qua deberet seminari bladū: quo casu possint facere: & seminare fabas: mileum: & panicū dummodo non fiat post secationem grani super siccis: uel super linulis, mezaiuoli uero: nullatenus possint facere bladum in ultimo anno, nisi de consensu domini. ¶ Nec possint dicti laboratores, & conductores in ultimo anno aliquid incidere super dictis terris, laboratores uero qui non sunt in ultimo anno possint potare arbitrio boni uiri sub pena librarum centum den. applicanda pro dimidia domino bonorum seu parti offensæ, pro quarta parte rectori exigenti, & pro reliqua quarta parte communi Pistorii.

Quod affictaiuoli & pensionarij non possint alienare res: ex quibus redditur affictus uel pensio: nec eorum melioramentum. Rubrica cxxxvij.

STatutum, & ordinatum est, q; nullus colonus, fictaiuolus, laborator, uel pēsionarius, de ciuitate, uel districtu Pistorii possit uendere, donare, uel aliter alienare in totum, uel in partem aliquas possessiones sui domini, siue quas tenet ad pensionem, uel ad affictum, alicui personæ, uel loco sine licentia domini sui, & si colonus, affictaiuolus, uel laborator uenderit, uel alienauerit aliquas possessiones, non præiudicet suo domino in aliquo suo iure etiā

possessionibus

poſſeſſionis ipſa uenditio,uel alienatio. ¶Nec poſſit ipſe colonus affictaiuolus,uel laborator obligare occaſione dotis,teſtamenti uel alicuius debiti contracti per eum aliquas poſſeſſiones talis domini ſine eius conſenſu nec alicui,in quem facta eſſet talis uenditio, alienatio, uel obligatio de talibus bonis contra prædicta,ius aliquod acquiratur.& ipſa uenditio,alienatio,& obligatio ſit ipſo iure nulla,irrita,& caſſa,& hoc capitulum ſit præciſum,& locum habeat in præteritis,& futuris,& inſuper talis uendens uel alienans condemnetur in libris centum den.cuius medietas ſpectet domino rei alienatæ:& ei applicetur:quarta communi Piſtorii:& reliqua rectori eam exigenti. ¶Et affictaiuoli prædicti non uendant:nec alienent: nec affictent nec permutent:nec diuidant:nec dent in dotem iura ſua de rebus: quas in affictum habent:nec ex toto:nec ex parte aliqua:niſi prius eum: uel eos: a quo:uel quibus terram habent:uel eorum heredes:& ſucceſſores requirãt & certum præcium:quod inde habere poſſint:dominis:uel dominabus denuncient:& non dent alicui:qui non ſit ſubiectus iuriſditioni ſeculari communis Piſtorii:nec alicui:qui non ſit idonior ipſo affictaiuolo: & coram teſtibus per publicum inſtrumentum fiat ipſa requiſitio:uel de mandato Iudicis cauſarum in ſcriptis per nuncium communis Piſtorii. ¶Et ſi domini uoluerint pro eodem præcio:quod ab aliis conſequi poſſet:eis detur: & ſi infra menſem non acceperint:affictaiuolus det:cuicunq; uoluerit:non tamen perſonis:uel locis prohibitis:ut ſupra:& hæc locum habeant ſi affictalis uenerit infra menſem ad audiendum reſpõſionem a domino factam: uel domina:niſi ad uoluntatem domini hoc fieri fecerit:ſaluis pactis. & conditionibus prius inter dominos:& affictaiuolos habitis:& expreſſis:& ſi contra factum fuerit:ad eos:uel ad eas:quibus affictus præſtabatur:reuertatur ipſo iure: & dicti affictales cadãt a iure ſuo:& bona redeãt domino: ad eius tamen uoluntatem:cum omni melioramento:ſine aliquo reſtauro: & inſuper puniatur pena librarum centum den.ad opus cõmunis Piſtorii. ¶Et ſi fuerint plures conſortes ex patrimonio:uel ex ſucceſſione:& unus dimiſerit:alter cogatur tenere: & ſoluere:niſi per uoluntatem recipientis remanſerit. ¶Nec affictaiuoli poſſint uendere partem aliquam de terris affictatis ſine uoluntate domini:etiam ſi dominum inde requiſierint: q; ſi contra prædicta:aut aliquod prædictorum factum fuerit:non ualeat ipſo iure:& nihilominus reſcindi debeat:& in priſtinum ſtatum reuerti infra octo dies:ex quo inde fuerit reclamatum:& de hoc teneatur: & poſſit cognoſcere Iudex cauſarum ciuilium ſummarie:ſine ſtrepitu:& figura iudicii:uel libello: uel petitione:uel litis conteſtatione:& perſona cõtrafaciens puniatur in libris centum den.quandocunq; non obſtante aliquo curſu tẽporis: & etiam cadat a iure ſuo:ut ſupra dictum eſt. ¶Et quilibet pẽſionarius:fictaiuolus, & quilibet alius. qui teneret bona ab aliquo in perpetuum: uel ad lineam uel ad longum tempus teneatur: & obligatus ſit ſingulis nouem annis,recognoſcere per ſcripturam publicam terras:& ſua bona:quæ:& quas tenet ab aliquo:& eas:uel ea reconfinare:& inſolidum ſe obligare ad petitionem concedentium:uel eorum hæredum:uel ſucceſſorum ſub pena: & ad penã caducitatis dictorum bonorum ſi infra menſem a die requiſitionis prædicta

non adimpleuerit: cum omni melioratione: ut supra dicitur. ¶Et si contigerit debere: uel uelle dare in solutum aliquam rem: ex qua præstatur affictus: seu consueuit præstari: seu melioramentum pro eo præcio: quod arbitratum fuerit: hoc antedationem in solutum denuncietur domino: uel domine affictus: & licitum sit ei recipere: & habere illud melioramentum pro præcio faciendo a duobus amicis communibus ab utraq; parte eligendis: & in casu discordiæ detur tertius modo: quo secundum statuta eligi debet consultor: & quicquid per duos ex eis fuerit arbitratum alio etiam absente: & inrequisito: uel præsente: & contradicēte: ualeat: & exequatur: & si aliter factum fuerit: ipsa alienatio non ualeat ipso iure: & nihilominus rescindi facere possit: ut superius dictum est, & idem dicimus de pensionibus & aliis redditibus. ¶Et si affictales uendiderint: uel aliquo modo alienauerint terram, uel aliam rem: de qua datur affictus: nisi prius requirant dominum ut supra dicitur: ipsa alienatio: & nulla temporis præscriptio debeat nocere domino: uel illi: seu illis: cui: uel quibus affictus redditur: quocunq; titulo possideat rem: de qua præstatur affictus: & quilibet officialis: cuius cognitio fuerit: teneatur hoc in pristinum statum reuerti: si domino placuerit. ¶Et si ipse dominus uoluerit habere ipsam rem alienatam pro præcio faciendo: ut supra: sit in eius libertate: & uoluntate: & de prædictis possit etiam cognoscere iudex causarum ciuilium: & idem dicimus de pensionibus: & aliis redditibus. ¶Et si olim fuerunt: uel sunt hodie consortes in aliqua re data ad affictum: uel pensionem: uel eorum hæredes: & aliquis consortium: uel hæredum eorum uoluerit uendere: uel alienare empoema ipsius rei: uel rem emere: uel non emere: & consors: qui est: uel fuerit: si uoluerit ipsam rem emere pro tanto præcio: quanto ab alio haberi poterit: uel pro eo præcio: quo declarati fuerit per amicos communes: ut supra eligendos: teneatur eidem suo consorti uendere: & alienationem facere: uel eius hæredibus, pro præcio faciendo: ut supra: & alteri personæ: excepto domino affictus: inrequisito consorte uendere, uel alienare non possit.

¶EXPLICIT LIBER SECVNDVS STATVTORVM PISTORIENSIVM.

STATVTORVM PISTORIENSIVM LIBER TERTIVS.

De represaliis concedendis. Rubrica j.

PROVISVM: & ordinatum est, q̃ Potestas, Capitaneus, & Commissarius ciuitatis Pistorii, & quilibet eorum adiuuent, & adiuuare teneantur, & debeant homines, & personas ciuitatis, & districtus Pistorii sua credita, & iura requirere, & recuperare, & si in aliqua ciuitate, uel castro, uel terra extra dictum districtum habere deberent aliquam pecuniæ quantitatem: uel eorum res fuerint ablatæ: uel detentæ: uel eorum possessiones fuerint inquietatæ: uel ab eis inique exactiones extortæ: uel pedagia male tolta: uel ab eis ablata contra debitum: & solitum modum: & pactum, uel in personis fuerint detenti, & propter hoc expensis grauata: Ad petitionem talis creditoris: & iniuriam passi: & damna: & iniuriam: petētis requiri faciant ipsi dominus Potestas: Capitaneus, Commissarius, & Iudices ipsorum rectorum consilium, & commune ipsius terræ nunciis, uel literis communis Pistorii, & satisfieri faciant tali personæ recipere debenti, uel iniuriam passo, & damna, & iniuriam petenti, uel eius procuratori absq; aliquo grauamine, & dispendio, & iustitiam ei faciant summarie, & breuiter, ita q̃ sua credita consequantur. ¶ Et si præses circa petitionem, seu cautionem & requisitionem prædictam neglexerit, seu negligēter processerit, uel omiserit plenam & summariam iustitiam, & rationem facere, rectum eum requiri faciant per literas rogando, ut infra mensem post literatum præsentationem satisfieri faciant tali creditori, uel iniuriam passo, uel damnificato, denunciando q̃ ipsi suis ciuibus deesse non possunt, nec debent, & q̃ eis prouidere tenentur, nisi satisfecerint, ex forma capituli constituti. ¶ Et si post binam citationem prædictam: satisfactio non fieret, tunc Potestas ciuitatis Pistorii recepta probatione summaria a tali ciue, uel comitatino, seu recipere debenti, uel iniuriam passo, uel damnificato, uel iniuriato ueritatem dicente, conuocato consilio populi in eius præsentia facta præposita, & obtento partito modo infrascripto prædicto ciui, uel comitatino debeat dare licentiam, & potestatem de eo, in quo ostensum fuerit se debere recipere, uel damnificatum esse, capiendi, tenendi, detinendi, sequestrandi, uel immittēdi personas, & res ciuium ciuitatis, & hominum locorum, & castrorum, qui sic requisiti fuerint, & citati usq; ad ualutam, & extimationem rerum, & quātitatis debitæ, recepta prius de quantitate idonea securitate a tali petenti licentiam capiendi de præsentandis rebus, & ostendendis, quas contigerit eum ob hāc causam tollere: uel tenere coram Rectore ciuitatis Pistorii: &

de rebus sic ablatis fieri facere publicum instrumentum infra mensem: ne aliquæ ex eis aliqua fraude cælentur: quam scripturam teneat camerarius communis Pistorii. ¶Et teneatur quilibet rector omnes repræsaliasq; tali modo concessæ fuerint: uel alio quocunq; modo firmas tenere: & non reuocare: & illas executioni mandare pro posse ad uoluntatem petentis: nō obstante aliquo capitulo constituti præcibus: uel rogamine aliquarum personarum undecunq; sint. ¶Et præses: nec aliquis de sua familia possit: uel debeat suspendere aliquam licentiam repræsaliarum alicuius ciuitatis concessarum: uel concedendarum: seu aliquam repræsaliam ciuitatis: uel districtus: nec inde consilium tenere: uel reformare: uel eas aliquo modo: uel in genio impedire: uel obliquare: nec possit dare licentiam: uel parabolam aliquam: uel securitatem alicui personæ: uel loco: contra quam: uel quem lata esset: uel fuerit aliqua repræsalia: nisi solummodo de uoluntate: & consensu prædictorum habentium repræsalias: & si cōtra prædicta: aut aliquod prædictorum fieret per aliquem de sua familia: condemnetur dictus Præses per sindicum: qui eum sindicabit: in libris quinquaginta den. dandis: & soluendis habenti repræsalias. ¶Et habentes repræsalias possint eis uti libere: & expedite autoriate propria: & sine licētia alicuius posti dictæ repræsaliæ fuerint eis concessæ: uel in posterum concedendæ confirmatæ fuerint per Illustrissimum & eccellentissimum dominum Ducem imperii Florentini: uel eius preclarissimos consiliarios: non obstante aliquo capitulo: & hoc capitulum sit præcisum: & præcise debeat obseruari in qualibet sui parte: & prædicta uolumus fieri: & executioni mandari non obstante aliqua temporis præscriptione. ¶Et postea deinceps nulla repræsalia: uel licentia reprahendi possit: uel debeat quoquo modo dari: uel concedi per aliquod consilium: uel aliquem rectorem ciuitatis Pistorii contra aliquam ciuitatem: terram: communitatem: uel locum de extra ciuitatem: & comitatum Pistorii: nisi prius de concessione talis repræsaliæ: & licentiæ solemnis præposita: & reformatio facta fuerit in consilio populi dictæ ciuitatis: & si secus data: uel concessa fuerit: non ualeat: & non teneat ipso iure: & pro non data, uel concæssa habeatur. ¶Et ad hoc ut ciues, & districtuales Pistorii habeant materiam bene peragendi, & ob metum præsentis capituli, & contentorum in eo ab omnibus malis se abstineant, & desinant delaudare. Statutum est, q; quilibet ex prædictis ciuibus, & districtualibus, qui cum alienis mercantiis rebus, florenis, uel pecuniæ quantitatibus, innitis dominis ipsarum mercantiarum rerum, florenorum, uel pecuniæ etiam possit a quolibet uero, & legiptimo creditore in dicta ciuitate Pistorii personaliter, & realiter conueniri non obstante aliquo statuto, uel capitulo in contrarium loquente. ¶Hoc etiam expræsse declarato, q; si literæ repræsaliarum, uel quoquo modo præiudiciales contra commune Pistorii, uel uniuersitatem ipsius cōmunis uenerint, seu repræsentatæ fuerint, uel quoquo modo impetratæ, statim domini Priores & Vexilliter iustitiæ dictæ ciuitatis pro tempore existentes, uel eorum loco subrogati, eorum decreto, & deliberatione per illos officiales, quibus, seu cui ipsi commiserint, faciant talem, seu tales debitores, ob quorū culpam, uel defectū prædictæ literæ repræsaliæ, seu præiudiciales uenerint,

seu

ſeu impetratæ fuerint: per eorum berrouarios: familiam: ſeu officiales perſo naliter detineri: & in carceribus poni: & mancipari: in quibus ſtent: & ſtare debeant detenti per ſpacium ſex menſium: niſi tales capti: uel capiendi: & detinendi noluerint legiptime: & idonee ſatiſdare per fideiuſſores de ſoluẽ do: & ſatisfaciendo ſuis creditoribus: & de conſeruando indemne commu ne Piſtorii a talibus litteris: ſeu repræſaliis: & pœnitus ſine damno: uel niſi penes idoneam: & ſufficientem perſonam de quantitatibus: mercantiis: & rebus: uel earum extimatione petitis: uel occaſione dictarũ litterarum pe tendarum idoneum: & ſufficiẽs depoſitum fecerint: ſen fieri fecerint: in qui bus caſibus non detineantur: immo: ſi capti fuerint: relaſſentur. ℂ Hoc etiam expræſſo: & declarato: q̃ ſtatim ipſo: ſen ipſis: de quibus ſupra fit mẽ tio: capto: ſeu captis dicti domini Priores: ſeu Vexilliſer iuſtitiæ: uel eorum loco ſubrogati: qui tunc temporis in officio præerunt: teneantur tali domi no: ſeu dominis: cõmuni: ſeu cõmunibus ſignificare per litteras: q̃ talibus petẽtibus: uel litteras præfatas impetrãtibus corã Iudice cõmunis Piſtorii comparentibus fieri facient ius ſummarium: & tales piſtorienſes realiter: & perſonaliter conueniri: & q̃ talis captus eſt: uel q̃ ſufficienter ſatiſdedit: ſi ſa tiſdederit: uel ſufficienter depoſuit: & q̃ talis petẽs expectabitur per ſex mẽ ſes: quibus elapſis liberabitur a dictis carceribus: fideiuſſione: uel depoſi tione. ℂ Et cum multæ litteræ repræſalias continentes: & præiudiciales multis rectoribus: & officialibus ciuitatis Piſtorii miſſæ fuerint: & ſint: & ipſas litteras legi: & notificari non fecerint in conſilio populi ciuitatis Piſto rii: propter quod dictum conſilium ut ignarum prouidere non potuit ne gociis communis Piſtorii circa ipſas litteras remediis oportunis: & propte rea commune Piſtorii: & homines eiuſdem non modicum damnificati fue rint: & ſint: ideo prouiſum ſit: q̃ domini Priores: & Vexilliſer iuſtitiæ pro tempore exiſtentes: uel eorum loco ſubrogati teneantur: & debeant omnes litteras continentes repræſalias: uel quoquo modo prẽiudiciales communi Piſtorii infra quinq̃ dies futuros a die receptionis earum in conſilio populi legi facere: & ſuper his conſilium petere: & quicquid per ipſum conſilium circa dictas litteras fuerit prouiſum: infra octo dies inde ꝓxime futuros exe cutioni mandare ſub pena librarum cẽtum pro quolibet ipſorum domino rum Priorum: uel ſubrogatorum: & priuationis officiorum: beneficiorum & honorum communis. ℂ Et ſi ad finem alicuius officii dominorũ Prio rum: uel ſubrogatorum prædictorum uenerint: teneantur: & debeant ſub dictis penis litteras ipſas: quas receperint: prima die introitus ſucceſſoribus eorum conſignare. ℂ Qui noui domini Priores: uel ſubrogati infra tres dies poſt earum conſignationem proxime futuros teneãtur eas executioni mandare in omnibus: & per omnia: ut ſupra dictum eſt: & continetur ſub penis ſupraſcriptis: & cãcellarius communis Piſtorii: & notarius dictorum dominorum Priorum litteras prædictas: quæ dirigerentur: & præſentatæ fuerint communi Piſtorii: legere teneantur in dicto conſilio ſub dictis pe nis: dummodo ipſis litteris per alterum eorum lectis: alter eorum legere nõ teneatur. ℂ Et omnes rectores: & officiales ciuitatis Piſtorii: cui: ſeu qui bus tales litteræ miſſæ fuerint, ipſis litteris receptis, teneantur infra tres dies

ab earum receptione eas notificari facere dominis Prioribus,& Vexillifero iuſtitiæ,uel eorum ſubrogatis ſub pena,& ad penam librarum centum den. tali rectori,& officiali nõ ſeruãti prædicta de ſuo ſalario auferenda ad opus communis Piſtorii per ſindicum,qui eum ſindicabit. ¶Et cum iura communis minuantur ob negligentiam non ſcribentium, ad hoc ut de cætero melius inueniantur ſancitum eſt,q; expenſis communis fiat, & fieri debeat unus liber cartarum pecudinearum in tabulis ligatus,in quo omnes prædictæ repræſaliarum,& præiudiciales litteræ deſcribantur, & regiſtrentur, & quicquid per dictum commune Piſtorii earum uigore factum,ordinatum, ſeu ſecutum fuerit per cancellarium,ſeu notarium ſupraſcriptos,uel alterum eorum regiſtretur ſub dictis penis priuationis officii,& beneficiorum communis Piſtorii,de quibus talis cancellarius, & notarius contrafaciens ipſo iure intelligatur eſſe,& ſit ipſo iure priuatus,& penitus remotus,& ſufficiat ſi per alterum ex eis regiſtretur. ¶Et cum multæ repræſaliæ contra commune Piſtorii,& ipſius ſingulares perſonas cõtra deum,& iuſtitiam retroactis temporibus conceſſæ dicantur.Statutum eſt q; quicunq; de cætero aliquid peteret a commune Piſtorii,uel ſingularibus perſonis ipſius ciuitatis, & dicta occaſione contra ipſum commune,& homines,& perſonas eiuſdem litteras præiudiciales,uel repræſaliarum impetrauerint extra ab aliquo cõmune,Præſide,domino,uel officiali eccleſiaſtico,uel ſeculari cuiuſcunq; ſtatus,uel dignitatis exiſtat,& ipſe,uel ipſi ſic petentes,uel impetrantes,ſeu petens,uel impetrans requiſitus fuerit,ut de petitis per eum compromittatur in iudicem non ſuſpectum communi Piſtorii de iure tantum, ſi infra octo dies a die,qua fuerit requiſitus proxime ſecuturos,ut ſupra dicitur, non fecerit compromiſſum,condamnetur,& condamnari debeat per officiales,& rectores communis Piſtorii,uel alterum ipſorum arbitrio talis rectoris ſuper huiuſmodi cauſa procedẽtis. ¶Et ſi facta commiſſione prædicta appareat dictum,ſeu dictos petentes,ſeu impetrantes in his,quæ petuntur non fouere inſtitiam,& in dicta cauſa ſuccubuerint,& a petitione ipſorum commune Piſtorii,ſeu reus,uel rei,ſeu alter ipſorum abſolutus fuerit per dictum Iudicem,tunc & eo caſu dictus petens,ſeu petentes,uel impetrantes condemnẽtur per quemcunq; rectorem,ſeu officialem communis Piſtorii ad opus ipſius communis arbitrio talis rectoris,ſeu officialis. ¶Et intelligantur litteræ officiali:ſeu officialibus cõmunis Piſtorii notificatæ eo ipſo,quo præſentes ſint in conſilio,quando leguntur,ita q; nullam poſſint ignorantiam allegare,quin facientes contra præſens capitulum condemnent,ut ſuperius dictum eſt. ¶Et domini Priores,& Vexilliſer iuſtitiæ,uel eorum loco ſubrogati teneantur notificare per literas reſponſiuas præſens capitulum communi,ſeu domino a quo,ſeu quibus tales litteras receperint ſtatim ipſis primis litteris repræſaliarum receptis,& ſimiliter contra officiales, & rectores communis Piſtorii,qui tales primas litteras receperint,per ſuas litteras reſponſiuas ſtatim primis litteris receptis tali communi,ſeu domino,a quo receperint,præſens capitulum notificare, quod capitulum uendicet ſibi locũ in repræſaliis iam conceſſis contra dictum commune Piſtorii, & ipſius ſingulares perſonas,ſi & in quantum contumaciæ,quarum uigore dictæ repręſaliæ

ſaliæ conceſſæ fuerint: tollantur. ¶ Quibus contumaciis remotis: ſi remo ueri poterunt: talis: ſeu tales: ad cuius: ſeu quorum petitionem cõceſſæ fue rint: ſi fuerint requiſiti: ad ea omnia: quæ in præſenti capitulo continentur, teneantur: & contra eos procedatur: & fiat in omnibus: & per omnia: pro ut ſupra continetur. ¶ Quæ omnia ualeant: & teneant: & inuiolabiliter debeant obſeruari; non obſtantibus aliquibus legibus: ſtatutis: ordinibus uel reformationibus populi uel communis Piſtorii: etiam quantuncunq; penalibus: derogatoriis: uel præciſis: ſeu aliis quibuſcunq; quibus omnib⁹, in quantum eſſent contraria ad prædicta: uel aliquod prædictorum: ſit: & eſſe intelligatur nominatim: expreſſe: & ſpecialiter derogatum. ¶ Et omnia: & ſingula in præſenti capitulo contenta ſolum: & duntaxat uendicent ſibi locum: & habeant: & habere intelligantur contra illos tãtum: qui ſunt de extra ciuitatem: comitatum: & diſtrictum Florentiæ.

De conſeruando indemnes eos: qui ſe obligauerunt p:o communi. Rubrica ij.

CEnſemus: q; quicunq; ſe obligauerit pro communi Piſtorii pro aliquo debi to ſoluendo de uoluntate communis ipſius: uel conſilii eiuſdem conſeruetur a dicto communi indemnis in omnibus de ipſa obligatione, & ad termi nem: uel terminos cõſtitutos debitum perſoluatur: & Præſes teneatur pro prædicta poſſe executioni mandare.

De iuribus communis reinueniendis. Rubrica iij.

SInt ſolliciti Capitaneus, & eius Iudex, & Vicarius generalis cõmunis Piſtorii, & Priores, & Vexillifer iuſtitiæ reinuenire iura cõmunis Piſtorii, & omnia bona, & ſortiam & auxilium dare, q; reinueniantur ad utilitatem communis Piſtorii. ¶ Qui Capitaneus publice banniri facere teneatur per ciuitatem Piſtorii, q; ſiqua perſona habet, tenet, uel occupat iniuſte, uel indebite de bonis, rebus, & pecunia communis Piſtorii, q; illam, & illas dare, reddere, & reſtituere debeat camerario communis Piſtorii pro ipſo communi recipienti infra quindecim dies, quod ſi non fecerit puniatur per ipſum Capitaneum in duplum extimationis eius, quod acceperat, habuerat. uel extorſerat, cuius penæ medietas ſit communis, & altera medietas accuſatoris, & teneatur ei credentia. ¶ Et ſiqua perſona ſciuerit aliquem habuiſſe, uel percepiſſe aliquid de rebus, uel de pecunia cõmunis, denunciet ipſi Capitaneo, uel camerario, & ei tenebitur credentia, & conſequetur medietatem, & hoc banniatur primo menſe introitus ſui officii. ¶ Et cum propter guerrarum pericula, quæ hactenus uiguerunt in ciuitate, & comitatu Piſtorii uiæ, & ſtratæ, tam publicæ, q; uicinales occupatæ ſunt, & deuaſtatæ, fontes, & pontes fluminum deſtructi propter quæ magna incommoda ſequuntur ciuibus, & diſtrictualibus. ¶ Statuimus & ordinamus, q; dictus dominus Capitaneus, & ſeu commiſſarius per ſe, & ſuam familiam ſub uinculo eius præſtiti iuramenti, & ſub pena librarum centum den. ſibi retinendarum de ſuo

ſalario per camerarium dicti communis teneatur procurare pro poſſe: q̃ oc eupantes uias: & terrena communis Piſtorii: & diſtrictus eius contra formã ſtatutorum illas: & illa relaſſent: & reſtituant: & ſtraræ: & uiæ publicæ ciuitatis Piſtorii reaptentur: ut fuerit oportunum expẽſis uicinorum: qui cogi poſſint per quoſcunq; rectores ciuitatis Piſtorii.

De ſolutione facienda datiorum per diſtrictuales ciuitatis Piſtorii. Rubrica iiij.

FOretanei: ſeu comitatini noſtri diſtrictus teneantur: & debeant ſoluere datia: & collectas: & facere alias factiones in eo loco: & communitate: ubi habent poſſeſſiones ipſorum uidelicet pro libra talium poſſeſſionum exiſtentium in tali communitate: ita q̃ ubicunq; habuerint poſſeſſiones: in dicto loco ſoluere teneantur pro dicta tali poſſeſſione: ubi eſt ſita: & ſic de ſingulis & pro ea poſſeſſione in dicto loco ſoluatur ſecundum decentem libram ipſius poſſeſſionis: datia uero: grauedines: & collectas ſoluendas reſpectu perſonæ ſoluant in eo loco in quo morantur & dormiunt. ¶ Et nulli a ſolutionibus ſupraſcriptis: ut ſupra dicitur fiendis: ſe defendere poſſint: quin ſoluant: & etiam non obſtãte: q̃ tales foretanei: uel comitatini uenerint ad habitandum in ciuitate Piſtorii: ſe tueri poſſint. ¶ Et prædicta non uendicent ſibi locum in illis: nec ad ſolutionem prædictam teneantur illi: qui ſunt: uel erunt facti ciues per reformationem conſilii populi ciuitatis Piſtorii: uel aliter ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis Piſtorii.

Quod habitantes in comitatu Piſtorij faciant factiones vbi habitant. Rubrica v.

STatutum: & ordinatũ eſt: q̃ omnes: & ſingulæ perſonæ undecunq; fuerint: uel ſint cuiuſcunq; conditionis exiſtant: habitantes: & quæ deinceps habitauerint in aliquo caſtro: terra: communitate: ſeu uilla comitatus: & diſtrictus Piſtorii teneantur: & debeant omnia: & quæcunq; onera: munera: & factiones reales & perſonales facere ſubire: & ſoluere in dictis caſtro: terra: communitate: uel uilla: ſicut alii homines ipſius loci: niſi tales perſonæ eſſent ciues ciuitatis Piſtorii: uel facerent: & obſeruarent: & obſeruauerint integraliter ea: quæ continentur in ſtatuto Rubrica de his qui ſunt: uel erunt facti ciues per refor. conſ. uel niſi tales perſonæ eſſent: & fuiſſent ciues ciuitatis Piſtorii per reformationem conſilii, uel alio modo legiptimo, & habitauerint in ciuitate Piſtorii continue cum eorum familia, & in ipſa ciuitate faceerent: uel fecerint omnes. & ſingulas factiones uelut alii ciues dictæ ciuitatis. ¶ Et intelligantur tales perſonæ habitare in ipſa ciuitate, licet tempore uindemiarum: & meſſium habitent in comitatu cum familiis eorum, uel ſine. ¶ Saluis tamen priuilegiis, & immunitatibus conceſſis per ſtatuta, uel reformationes communis Piſtorii forenſibus uenientibus, ſeu qui uenerint ad habitandum in comitatu Piſtorii, & forẽſibus, ac etiam comitatinis piſtorienſibus, qui uenirẽt ad exercendũ artem, uel habitandum in ciuitate

Piſtorii,

Pistorii: ita q̃ per prædicta: uel infrascripta non intelligatur ipsis statutis: & reformationibus in aliquo derogatum: uel aliquid immutatum: & hoc statutum non comprehendat ciues ciuitatis Pistorii: & illi, qui soliti sunt pistorii onera subire, pistorii similiter soluant, non obstante q̃ dicti tales pistorii non habitent.

Quod omnia bona quorumcunque ciuium & habitantium in ciuitate Pistorii sint tributaria & censuaria communis. Rubrica vj.

CVm in consilio populi ciuitatis & communis Pistorii in anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quarto, inditione xii, & die trigesimo mensis Maii prouisum fuerit, q̃ omnia, singula bona quorumcunque ciuium, incolarum & habitantium in ipsa ciuitate Pistorii essent perpetuo obligata, & hipotecata communi Pistorii, & oneri tributorum supposita, de qua plenius constat manu ser Agabiti ser Ioannis de puppio tunc cancellarii dicti communis, cuius tenor est uidelicet. IN CHRISTI NOMINE AMEN. Anno ipsius natiuitatis MCCCCIIII inditione xii die xxx mensis Maii. ℂ Consilio populi ciuitatis Pistorii ex deliberatione Dominorum Priorum & Vexilliferi Iustitiæ populi, & communis Pistorii, & officio xii bonorum uirorum bannito ad uocem præconis de mandato nobilis uiri Gini Nerii de capponibus de Florentia hon. capitanei custodiæ ciuitatis Pistorii, ad sonum campanæ conuocato, & congregato in numero sufficienti in sala magna palatii solitæ residentiæ præfatorum Dominorum Priorum, ut moris est, in quo quidem consilio sapiens iurisperitus Dominus Tommas franchi de sancto Geminiano Iudex dicti domini Capitanei proposuit infrascriptam propositam solemniter obtentam, & deliberatam per antedictos Dominos Priores, & xii secundum formam ordinamentorum communis Pistorii. ℂ Primo si uidetur, & placet cõsilio populi, & cõsiliariis in eo existẽtibus pro utilitate cõmunis Pistorii prouidere, ordinare, & solemniter reformare, q̃ autoritate ipsius consilii, & consiliariorum eiusdem omnia, & singula, & quæcunq; bona immobilia, & possessiones sitæ, & sita in ciuitate, comitatu, & districtu Pistorii omniũ, & singulorum hominũ incolarũ, & habitantiũ in ipsa ciuitate, quæ, & quas ad præsens possidẽtur, & possidẽt, & in futurum possidebuntur ciuiliter, & naturaliter: & seu ciuiliter tantũ & seu naturaliter tãtũ, per ipsos ciues, incolas, & habitãtes, uel aliquem ipsorum in dicta ciuitate, quo ad subeundum onera, datia, collectas & munera realia imponenda, & imponendas, in futurum in ciuitate prædicta sint, & esse intelligantur in futurum tributaria, & obligata, & hipotecata communi Pistorii pro oneribus, datiis, collectis, impositis, & de cætero in dicta ciuitate imponendis, & exigendis, soluendis, & substinendis. & affecta oneribus ipsorum tributorum, datiorum, collectarum, & impositarum imponendarum, & exigendarum, ut prædicitur, in ipsa ciuitate. ℂ Et quo ad omnia prædicta substinenda, & supportanda sint, & esse intelligantur autoritate præsentis legis, & prouisionis dicto cõ

occasione gabellæ: introituum: uel prouentuum damni: uel inobseruantiæ quod recepisse diceretur: uel sibi illatum fuisse quoquo modo: etiã ex quacunq; deliberatione facta: tam in ciuitate Florentiæ: q̃ in ciuitate Pistorii: etiam si tales essent: quibus ipse gabellarius: & emptor haberet necesse parere: nisi solum: & duntaxat si talis prouisio fieret per consilium populi ciuitatis Pistorii: & cum hoc onere: lege: & conditione sibi facta esse intelligat uenditio: & sit: & habeatur pro inserta in uenditione dictarum gabellarum introituum: & prouentuum. ¶ Et quicunq; aliter: uel alio modo peteret reſaluum aliquod: uel restitutionem: aut occasione prædicta retineret aliquam quantitatem pecuniæ de pagis debitis: uel aliquid ad commune pertinens: uel ipsi communi debitum quouis modo retineret: aut occuparet: uel quo modolibet contra prædicta directe: uel indirecte faceret: incidat in penam florenorum mille auri ipso facto: quam quilibet Rector communis Pistorii possit exigere: & deuenire facere in communi: sine aliqua solemnitate seruanda: & habeat ipse rector quartam partem eius: quod tali occasione deuenire fecerit in communi prædicto: & nihilominus talis emptor seu emptores cogantur ad integram solutionem totius præcii per eos promissi: & siue pro quo facta fuerit uenditio. ¶ Et teneantur: & debeant gabellarii: & emptores prædicti pagas: & solutiones facere modis: & temporibus ordinatis tam per formam promissionis: q̃ statutorum sub pena denarii unius pro qualibet libra debiti non soluti in tempore: & pro quolibet die dilationis adhibitæ: & nihilominus incidant in maiorem penam: quæ per formam statutorum reperiretur imposita. ¶ Et nullus rector ciuitatis Pistorii ipsis gabellariis: & emptoribus supradictis circa prædicta audientiam præbeat: uel modo aliquo eorum petitiones recipiat: & qui contra fecerit incidat in penam eius: quod peteretur per talem gabellarium: & emptorem: uel alterum pro eo seu eis applicanda pro dimidia cameræ communis Florentiæ: & pro altera dimidia communi Pistorii. ¶ Et quilibet Rector & officialis ciuitatis Pistorii teneatur: & debeat exactionem facere: & gabellarios: & emptores prædictos cogere ad soluendum: & ipsorum partionarios: & fideiussores: & si requisitus fuerit ab officio dominorum Priorum & Vexilliferi iustitiæ: uel eorum loco subrogatorũ: uel ab aliquo de dictis officiis: seu officio: q̃ executionem faciat: & illam non fecerit: cum penes se possibilitatem faciendi habeat: retineatur de suis pagis tantumdem: si tantumdem recipere debet a commune Pistorii: & de prædictis possit in perpetuũ cognosci: puniri: & condemnari: & exactio fieri: non obstante aliquo cursu temporis: & non obstante aliquo statuto uel ordinamento: quod in contrariũ faceret. ¶ Et nihilominus: qui dictum reſaluum: uel restitutionem peteret: uel eius occasione aliquid attentaret: uel eius socii: uel participes: qui prædictis consentirent: uel si prædicta scirent: & eis expresse non contradicerent: in perpetuum sint priuati officio tam habito: q̃ habendo ciuitatis Pistorii: & non possint in perpetuum emere: uel participes esse alicuius gabellæ: introituum: uel prouentuum communis Pistorii: & si emerint: & participes fuerint: incidant in supradictam penam florenorum mille: & prædicta omnia: & singula locum habeant in ga-

bellis:introitibus:& prouentibus in futurum uendendis:inaliis uero seruetur forma statutorum iam factorum. ¶Si autem executusfuerit ipse Rector executionem:habeat solidos duos a dicto gabellario: uel emptore pro qualibet libra eius:quod peruenire fecerit in communi.

De donationibus insinuandis. Rubrica xj.

ORdinatum est:q; quæcunq; persona de ciuitate:uel districtu Pistorii de cætero donauerit:seu titulo donationis concesserit alicui personæ omnia sua bona:uel aliud immobile corporale:q; donatarius seu donataria:infra mensem a die donationis currentem faciat esse notum Potestati ciuitatis Pistorii:qui teneatur sacramento eam scribi facere in actis publicis communis pistorii specialiter ad hoc deputatis:& infra prædictum tẽpus facere publice banniri per ciuitatem Pistorii nominando donatorem: & recipientem donationem:& eo modo:quo dictum est:publicet dictam donationẽ: quod bãnum similiter dictus dominus Potestas scribi faciat in dictis actis. ¶Et teneantur etiam donatarius:& donataria infra duos menses a die dictæ celebratæ donationis dictam donationem legi facere in consilio populi ciuitatis Pistorii per cancellarium dicti communis:uel eius locum tenentem: nominando nomen:& pronomen donantis:& recipientis:& nomen notarii:qui de ipsa confecerit instrumentum cum die:mense: & anno. ¶Qui cancellarius teneatur de prædictis facere notam in libris reformationum cõmunis Pistorii:& habeat solidos quinq; ab eo: qui talem donationem legi fecerit in consilio prædicto:alioquin si ipsa donatio prædictorum appareret:quæ sic non esset:ut supra dictum est:insinuata:& bannita:lecta:& scripta:non ualeat:nec teneat:& pro nulla reputetur. ¶Et prædicta locum habeant in donationibus rerum ualentium a quinquaginta libris supra:ac etiam locum habeant in omnibus donationibus:quæ in futurũ fierent qui buscunq; locis:etiam piis:ne mulieres:& aliæ personæ decipiantur. ¶Et intelligatur donatio excedere summam librarum quinquaginta licet plures donationes dicerentur esse in eodem instrumento:& in eodem die per eandem personam:quæ omnes cumulatæ caperent dictam summam librarum quinquaginta den. ¶Et nisi insinuata:bannita:& lecta fuerit in consilio ut supra modo prædicto non ualeat ipso iure.

De emancipationibus confirmandis. Rubrica xij.

STatutum:& ordinatum est:q; omnes:& singulę emancipationes:in futurũ fiendæ legantur in consilio populi communis Pistorii infra duos menses a die qua fuerint celebratæ:de quibus emancipationibus ut supra lectis fiat publica instrumẽta p cãcellariũ cõmunis Pistorii in libro suarũ reformationum sub pena librarũ uiginti quinq; den. ipsi cãcellario ꝓ uice qualibet auferẽda:si ipsam nõ scripserit:& aliter nõ ualeat ipsa emãcipatio:quæ nõ sit lecta modo prædicto facta primo solutione solidorũ uiginti p talẽ emãcipatũ camerario cameræ cõis Pistorii p apodissã notarii cameræ dicti cõis scriptã

qua

qua facta: legi: & scribi possit: ut prædicitur: & non aliter. ¶ Et quando le guntur specialiter nominentur bona: super quibus fit emancipatio: qui cancellarius habeat solidos quinq; den. pro quolibet emancipato. ¶ Et nihilominus quousq; non fuerit facta ipsa notificatio: bona ipsa intelligantur hipotecata creditoribus pro debitis.

De substitutionibus banniendis. Rubrica xiii.

CVm multæ substitutiones fiant in testamentis: & ultimis uoluntatibus: per quas homines: & personæ ciuitatis Pistorii defraudantur: cum eas ignorãt. Statutum: & ordinatum est: q; tales substitutiones fiendæ in nullo præiudicent: nec præiudicare possint creditoribus talium personarũ contra quas factæ essent; & habeantur quemadmodum factæ non essent: quo ad dictos creditores: & eorum filios: & successores: nisi dictæ substitutiones publice banniantur: uel bannitæ essent per ciuitatem Pistorii modo: & forma in testamento: & ultima uoluntate contentis: & prædicta uendicent sibi locum solummodo in futurum. ¶ Et notarii rogati de aliquo testamento: in quo fieret mentio de aliqua substitutione teneantur: & debeant infra mensem a die habitæ notitiæ de morte testatoris ipsam notificare tali substituto: & describere eam in libro ad hoc deputando in operam sancti Iacobi de Pistorio sub pena florenorum centũ: & habeant pro tali descriptione solidos uiginti den. ab hæredibus: seu hærede instituto: pro quibus cogi possit etiam executiue: & de facto. ¶ Quam notificationem & descriptionem facere teneantur: & debeant etiam notarii: quibus fuerint commissa acta notariorum defunctorum sub dicta pena: & habeant solidos uiginti ut supra. ¶ Et qa hoc est incognitum: infra duos menses a die approbationis præsentium statutorum banniatur: ad hoc ut pateat: & omnibus innotescat.

De uniuersali vẽditione facienda & insinuãda. Rubrica xiiii.

STatutum: & ordinatum est: q; siqua persona uniuersaliter uendiderit: uel alienauerit omnia sua bona: talis uenditio & alienatio insinuetur: & bannitur infra unum mensem post uenditionem: uel alienationem: ut dictum est supra de donationibus: alioquin pro nulla reputetur: & hoc capitulum bãniatur quolibet anno de mense Iulii. ¶ Et prædicta non habeant locum in aliquibus obligationibus generalibus: & specialibus tacitis: uel expressis: seu in donationibus propter nuptias: & dotibus: & dotis augmento.

De nõ veniendo cõtra venditionẽ & consensum. Rubrica xv.

STatutum: & ordinatum est: q; siqua persona uendiderit aliquam rem immobilem: seu consenserit eius uenditioni: non possit modo aliquo contra dictam rem: & eius consensum uenire: nec molestiam aliquam inferre in ea, uel laboratoribus: qui cõduxerint dictã rem uenditã ab emptore sub pena librarum quinquaginta den. cuius penæ medietas sit communis Pistorii:

& altera medietas emptoris: saluis semper statutis loquentibus de instrumentis fictitiis: & simulatis: nec etiam per hoc derogetur priuilegiis concessis mulieribus per formam statutorum Pistorii.

De non recipiendo malitiose caessionem ab aliquo contra aliquem. Rubrica xvi.

STatutum: & ordinatum est: q̄ nulla persona ciuitatis: uel districtus Pistorii uel aliunde: malitiose cædat aliqua iura: uel ea malitiose recipiat: uel uendat uel emat sub pena librarum centum den. auferenda tam cædenti q̄ recipienti: & cæssio ipso iure sit nulla: utrum autem malitiose cæsserit: uel non: probetur per publicam famam per sex testes bonæ famæ: & opinionis.

De pena apposita in cõtractu pro cõsensu præstãdo. Rub. xvij.

STatutum: & ordinatum est: q̄ si aliqua persona promisit: uel promiserit emptori in contractu uenditionis: uel emptionis facere consentire uxorem suã, matrem: uel fratrem: uel aliam personam sub certa pena: & certo die uenditionis factæ: uel faciendæ: & emptor: uel emptrix possederit rem emptam sine molestia: & uenditor non fecit consentire personam: quam promisit: nõ propterea conueniri possit de pena: dummodo infra octo dies: postquam inde fuerit requisitus faciat cõsentire personam quã promisit: alias possit cõueniri ad penã p̄missã prædictã: & hæc locũ habeãt in præteritis & futuris.

Quod creditor non teneatur remittere partem aliquam debitori. Rubrica xviii.

PRouisum: & ordinatum est: q̄ si aliquis de ciuitate: uel districtu Pistorii: de cætero recessit: uel recesserit occasione alicuius debiti: quod fecisset: ita q̄ ad mandata Potestatis non interfit: creditores non cogantur: a Potestate: uel aliis officialibus remittere certam partem debiti: uel pacisci de certa parte debiti remittenda: licet maior pars creditorum pro cumulo debiti: uel p̄sonarum remittere certam partem debiti uellent: uel pacisci de certa parte debiti remittenda. ¶ Et si aliquis creditor fecerit aliquod pactum tali debitori: ut supra dictum est: de certa parte debiti remittenda: uel remitteret: illud pactum: uel remissio nõ noceat alicui creditori: uel creditoribus: quo minus totum debitum petere possint: & Potestas: & alii officiales teneantur sacramento solui facere non obstante tali pacto: uel remissione: & hoc locum habeat in omnibus aliis debitoribus: qui nondum composuerunt: & idem fiat in dilationibus.

De his qui habitauerunt Pistorij per quinque annos scientibus dominis. Rubrica xix.

QVicunq; stetit: & habitauit Pistorii: uel in burgis: uel subburgis per quinq;

annos

annos continuos: uel habitauerit in antea in circulos ciuitatis sciente domino: & non contradicente sine legali interpellatione super se: & nō cum alio non permittat Potestas contra personam eius: & suorum liberorum habitātium Pistorii: aut in burgis: aut sub burgis litem moueri: uel molestari: immo eos defendat a domino in suo dominio: saluis seruitiis omnibus: & redditibus: quos solebat ab eis recipere: & saluo interesse: ita q̄ ad dominum reuertatur: si decesserit sine filiis: uel filiabus: sed de cōquæstione facere possit quicquid uult: de his autem excipimus seruos: & ancillas: si autem dominus fuerit pupillus: non currat ei tempus usq̄ ad quatuordecim annos.

De procuratoribus ordinādis ab operarijs ecclesiarū. Rub. xx.

STatutum est: q̄ omnes operarii ecclesiarum ciuitatis: & districtus Pistorii per se procuratores possint ordinare nomine operæ: cuius sunt operarii: & per se: uel procuratorem agere: & de calumnia iurare: & merita causæ facere de iure: & rationes cuiuslibet operæ: & possint facere procuratores singula res personas absentes a prouincia tuscię.

De ferendo testimonium per arbitros. Rubrica xxj.

STatuimus: q̄ tam arbitri: q̄ laudatores ad perhēdum testimonium compellantur: etiam altera parte contradicente.

De capientibus lupos. Rubrica xxij.

STatuimus: & ordinamus: q̄ quælibet persona: quæ ceperit aliquem lupum magnum: uel lupicinos & ipsum lupum magnum: uel lupicinos repræsenta uerit camerario communis Pistorii: habeat: & habere debeat de tali lupo magno: quem uiuum: uel mortuum repræsentauerit: a commune Pistorii libras tres den. pro quolibet lupo magno: & pro quolibet lupicino solidos quadraginta den. & dictus camerarius sine alia prouisione facienda soluere possit: & debeat de pecunia dicti communis.

De licentia edificandi inuitis cōsortibus. Rubrica xxiij.

STatutum est: q̄ liceat consorti aliis consortibus inuitis: tamen requisitis primo ad infrascripta: edificare casamentum commune: & casam communem usq̄ ad tria solaria: & infra: & domum communem reparare: & uti comoditate: & prouentu earum: quousq̄ alius consors: uel consortes refunderent ei expensas pro rata portionis: uel portionum. ¶ Expense tamen in edificando: & reparatione huiusmodi factæ rediganturin scriptis: quæ si immoderate uideantur: recurratur ad arbitrium magistrorum bonę opinionis. ¶ Et Potestas teneatur prohibere aliis consortibus: ne ædificationi: & reparationi inferant super prædictis molestiam: & interim non præscribat cōsors ille partem alterius: uel aliorum: & hæc fiant dummodo ille: cuius est domus

communis cum ſuo conſorte uſq; ad unum ſolarium: uel ſine ſolario: poſſit uti commoditate illius ſolarii: ſeu domus pro ſua parte: iam factæ: & facti uſq; ad illam altitudinem: in qua reperiretur domus communis ædificata: ſalario uero ædificato per conſortem non poſſit uti: niſi primo reſtituant expenſas: ut ſupra continetur: & hoc capitulum non habeat locum in curiis communibus: ſaluis ſemper pactis inter conſortes habitis.

De terreno dato ædificatori. Rubrica xxiiii.

STatutum: & ordinatum eſt: q̃ ille: qui dederit terrenum ædificatori pro muro ædificando: poſſit ædificare: & uti muro catenis a ſummo uſq; ad deorſum: quatenus terrenum dederit.

De nouo muro edificando Rubrica xxv.

SI aliquis ædificauerit de nouo murum iuxta uicinum ſuum in ciuitate Piſtorii, uel in burgis iuxta circulos, uel infra circulos, fundamenti medietas fiat in terreno ædificantis, & medietas in domo uicini proximi uſq; in groſſitudinem muri trium quartorum brachii communis, & non ultra cogatur, & dominus muri relinquat morſas in muro, ita q̃ uicinus, uel uicina proximus uel proxima poſſit firmare arcus ſuæ domus, uel apprehendere ſe ad murũ. ¶ Et ſi uicinus: ſeu uicina, qui, uel quæ habet domum iuxta murum ædificantis uoluerit, q̃ murus ſit communis, teneatur, poſtquam uoluerit uti eõ moditate ipſius muri pro medietate, expẽſas omnes in muro factas pro medietate reſtituere, & dominus, uel domina redigat ipſas expenſas factas in ſcriptis, & oſtendat uicino, ſeu uicinæ ſuo, ſeu ſuæ, quando ipſe uicinus, ſeu uicina uoluerit eum reſtaurare de expenſis prædictis. ¶ Et ſi expenſæ immoderatæ fuerint ſit in arbitrio magiſtrorum, qui iurent hoc arbitrari iuſte & bona fide, & ſi uoluerit, q̃ murus ſit communis, habeat licentiam immittendi cornices in muro uſq; ad uiginti pedes tantum, & ſiquo tempore cornices rumperentur, uel comburerentur, uel ruptæ, uel combuſtæ apparerẽt poſſint in eodem muro reponi uſq; in altitudinem prædictam, in qua conſueuerunt eſſe. ¶ Et ſi conuicinus ſit adeo pauper, ut non poſſit reſtaurationem muri facere pro medietate, tunc ille, qui uoluerit ædificare murum, accipiat tertiam partem de terreno uicini prædicti pro fundamento muri prædicti futuri, & uicinus compellatur ei concedere & dare, & uicinus, in eius terreno fieret fundamentum, per tertiam partem, habeat licentiam immittere cornices in muro prædicto uſq; ad uiginti pedes. ¶ Et uicinus, iuxta quem fuerit ædificatum in terreno minus ſexpedibus communibus, habeat licentiam dandi medietatem terreni in quo murus debeat fieri, uel reſcindi de medietate fundamenti arbitrio duorum magiſtrorum bonæ opinionis. ¶ Et poſtquam factum fuerit reſtaurum muri, ille murus ſit communis pro medietate, & habeat licentiam ædificandi, & faciendi in illo muro, ſicut ille, qui ædificare fecit, quod reſtaurum fiat infra ſex menſes: poſtq̃ fuerit factus murus. & domino Poteſtati fuerit inde reclamatũ, & ſi uoluerit

reſtaurũ

restaurum facere: possit se cum arcu ad illum murum firmare: & cornices im mittere usq; ad uiginti pedes tantum. ¶Si uero ille: qui murum edifica uit: noluerit de terreno uicini recipere: tunc eius uicinus sine aliquo re staurose cum sua domo possit ad murum appodiare: & adherere etiam sine licē tia domini: duntamen illa persona: quæ se appodiauerit: & adhesierit: ex illa parte nihil immittat in dictum murum: seu in aliquo lædat: nec rumpat: nec deturpet ipsum murum: nec patiatur: q; dictus murus ex parte illa rum paturet aliquod immittatur: uel deturpetur: uel in aliquo lædatur: & con trafaciens puniatur in libris decē den. pro qualibet uice: & sic teneatur sem per Rector quilibet punire: & condemnare: saluis tamen pactis: & conuen tionibus inter eos appositis: & hæc omnia locum habeant in ciuitate: & di strictu Pistorii.

De carta faciēda ab edificatore. Rubrica xxvj.

ITem dicimus de muris olim ædificatis in terreno uicini sui saluis pactis: & conuentionibus inter eos habitis: & ille: qui dederit terrenum: possit mitte re piastras: & habere super dicto muro supra tectum suum causa defenden di se ab aqua: ut non ueniat in domum suam per ipsum murum: & possit im mittere gangaros in ipso muro ex parte suæ domus pro habēdo ibi hestia. ¶Et si edificator muri uoluerit cartam habere ab ipso uicino: ut in ipso mu ro nullam habeat rationem præter prædicta: uicinus teneatur cartā facere ipsi ædificatori ad sensum sui sapientis. ¶Et si uicinus: uel consors mura uerit: uel in antea murare uoluerit super muro communi: licat sibi requisi to uicino: aut consortæ: & talis uicinus: & consors teneatur facere cartam publicam de expensis factis per talem consortem super muro cōmuni absq; petitione: uel libelli oblatione: & tempore: quo uti uoluerit commoditate dicti muri: uicino: seu consorti suo reficiat expensas factas super murum cō munem: ut dictum est arbitrandas per duos bonos: & legales magistros ci uitatis Pistorii eligendos ab utraq; parte: tempore quo fiet instrumentum de refectione expensarum. ¶Si uero personæ: quæ utuntur commodita te dicti muri sint: uel fuerint citatæ: uel requisitæ uenire coram iudice causa rum pro refaluo faciendo: non uenerint infra tertiam diem: fiat electio ma gistrorum prædictorum ab ipso iudice: & eam facere teneatur iudex ipse ela psis tribus diebus: postquam inde fuerit requisitus: & quicquid dicti magi stri fuerint arbitrati: ualeat: & teneat: ac si per magistros a partibus in con cordia electos arbitratum fuerit non obstante aliquo capitulo constituti.

Quod consors ad petitionem alterius consortis teneatur facere cartam de parte: quam habet in domo: turri vel casamento. Rubrica xxvij.

STatuimus: q; siqua persona de consortibus alicuius domus: turris: uel casa menti positæ: uel positi in ciuitate Pistorii: uel burgis: uel in comitatu: & di strictu ipsius uoluerit esse certa de parte sua: & petierit a consortibus uno: uel pluribus cartam sibi fieri: quilibet rector ciuitatis Pistorii: ex quo inde

fuerit reclamatum ab inde ad unum mensem: teneatur compellere consortes: & cartam fieri facere consorti uolenti: & petenti de parte: quam habet de ea re: & negantes condemnare in libris uiginti ad opus communis Pistorii: si constiterit petitionem eius esse ueram.

De eo qui cõtrariauerit vicinũ suũ edificare. Rubrica xxviii.

SIquis contrariauerit uicinum suum edificare, nisi de iure, uel in iudicio, iuuet eum Præses, cui contrariatur, & fortiam faciat, & det adiutorium, ut possit edificare, nisi edificator cœssare faceret rationem, uel si per prohibentem steterit, salua pena contradictionis, si autem edificator cœssare faceret rationem ad uoluntatem Potestatis, & sui iudicis non teneatur eum iuuare, sed contrarietur ei, ut non edificet. ¶ Et si qua persona uoluerit de nouo edificare iuxta uiam publicã, uel inter se, & uicinum suum, uel edificium destruere, siue postea reedificet, siue non, adeat prius iudicem causarum ciuilium, & petat ab eo, ut det ei modum aliquem, ut possit edificare, uel pro edificare, quod si non fecerit, puniatur, quoties culpabilis fuerit, in libris decem, & compellatur a dicto iudice edificium destruere, & hæc locum habeant in ciuitate Pistorii, & in burgis, & subburgis, & iudex teneatur ei modum dare infra tres dies, & si iudex requisitus non iuerit prædicta uisurus & facturus, puniatur per sindicum, qui eum sindicabit qualibet uice in libris quinque den. ¶ Et nulla persona intra muros ciuitatis coperiat, uel copertre faciat uiam publicam, seu uicinalem, uel classum de pontibus, seu balconibus, seu tecto, seu de aliquo alio sine licentia iudicis, & uicinorum, ac etiam communis Pistorii. ¶ Si autem illa persona, cui contrariatum fuerit edificare, satisfacere uoluerit de opere demoliendo, si conuinceretur iniuste edificasse, possit edificare, si tamen in possessione esset rei, quam edificare uoluerit. Præses teneatur, postquam illa persona conuicta fuerit de iure, facere ita, q; illa persona demoliat opus iniuste factum ad uoluntatem actoris, nisi prohibens paratus sit in continenti in causa procedere & cognoscere, tunc iudex, corã quo quæstio uentillaretur, præcise teneatur procedere, & diffinire infra uiginti dies continuos currentes a die, seu tempore denunciationis, omni occasione remota, non obstantibus aliquibus feriis, & interim nõ edificetur. ¶ Et si denunciator, uel contrariator succubuerit, reficiat aduersario omne damnum, & expensas, quas in causa propterea fecerit, & idem dicimus, si contrariator non obtinuerit, nisi forte infra dictos uiginti dies inter utramque partem concordia facta fuerit. ¶ Et siquis edificauerit, uel edificare uoluerit, & aliquis ei contradixerit, & in causa fuerit ille, qui succubuerit, condemnetur in libris quinque den.

De occupatione terreni vel casamenti. Rubrica xxix.

QVæcunq; persona habet aliquod occupatum, uel immissum in aliquo muro uel super muro, seu terreno, uel in antea occupauerit, uel immiserit, in quo non licuerit ei habere tenutam ipsam, occupationem, uel immissionem, teneatur

restaurum facere: possit se cum arcu ad illum murum firmare: & cornices im mittere usq; ad uiginti pedes tantum. ¶ Si uero ille: qui murum edificauit: noluerit de terreno uicini recipere: tunc eius uicinus sine aliquo restauro se cum sua domo possit ad murum appodiare: & adherere etiam sine licẽtia domini: dumtamen illa persona: quæ se appodiauerit: & adhe sierit: ex illa parte nihil immittat in dictum murum: seu in aliquo lædat: nec rumpat: nec deturpet ipsum murum: nec patiatur: q; dictus murus ex parte illa rumpatur: uel aliquod immittatur: uel deturpetur: uel in aliquo lædatur: & contrasciens puniatur in libris decẽ den. pro qualibet uice: & sic teneatur sem per Rector quilibet punire: & condemnare: saluis tamen pactis: & conuentionibus inter eos appositis: & hæc omnia locum habeant in ciuitate: & districtu Pistorii.

De carta faciẽda ab edificatore. Rubrica xxvj.

ITem dicimus de muris olim ædificatis in terreno uicini sui saluis pactis: & conuentionibus inter eos habitis: & ille: qui dederit terrenum: possit mittere piastras: & habere super dicto muro supra tectum suum causa defendendi se ab aqua: ut non ueniat in domum suam per ipsum murum: & possit immittere gangaros in ipso muro ex parte suæ domus pro habẽdo ibi hestia. ¶ Et si edificator muri uoluerit cartam habere ab ipso uicino: ut in ipso muro nullam habeat rationem præter prædicta: uicinus teneatur cartã facere ipsi ædificatori ad sensum sui sapientis. ¶ Et si uicinus: uel consors murauerit: uel in antea murare uoluerit super muro communi: licet sibi requisito uicino: aut consorte: & talis uicinus: & consors teneatur facere cartam publicam de expensis factis per talem consortem super muro cõmuni absq; petitione: uel libelli oblatione: & tempore: quo uti uoluerit commoditate dicti muri: uicino: seu consorti suo reficiat expensas factas super muru cõmunem: ut dictum est arbitrandas per duos bonos: & legales magistros ciuitatis Pistorii eligendos ab utraq; parte: tempore quo fiet iustrumentum de refectione expensarum. ¶ Si uero personæ: quæ utuntur commoditate dicti muri sint: uel fuerint citatæ: uel requisitæ uenire coram iudice causarum pro resaluo faciendo: non uenerint infra tertiam diem: fiat ælectio magistrorum prædictorum ab ipso iudice: & eam facere teneatur iudex ipse elapsis tribus diebus: postquam inde fuerit requisitus: & quicquid dicti magistri fuerint arbitrati: ualeat: & teneat: ac si per magistros a partibus in concordia ælectos arbitratum fuerit non obstante aliquo capitulo constituti.

Quod consors ad petitionem alterius consortis teneatur facere cartam de parte: quam habet in domo: turri uel casamento. Rubrica xxvij.

STatuimus: q; siqua persona de consortibus alicuius domus: turris: uel casamenti positæ: uel positi in ciuitate Pistorii: uel burgis: uel in comitatu: & districtu ipsius uoluerit esse certa de parte sua: & petierit a consortibus uno: uel pluribus cartam sibi fieri: quilibet rector ciuitatis Pistorii: ex quo inde

medietas uicini prædicti: qui iudex de talibus condemnet: & condemnationes exigat realiter: & personaliter detinendo: & bannum imponendo: & exigendo summarie sine strepitu aliquo iudiciali: ut sibi iustius uidebitur: & etiam per oculorum uisionem possit iudicare. & diffinire: a cuius sententia: & diffinitione non possit appellari: uel de nullitate dici. ¶ Et si iudex neglexerit prædicta infra quindecim dies a tempore reclami: condemnetur a suis sindicis in libris uiginti quinq; den. ad opus communis Pistorii: & condemnatio: & exactio fiat de suprascripto iniuriato toties quoties contrafaciet: ut supra dicitur. ¶ Et intelligatur fieri iniuria iniuriato a quocunq; si ue domino domus: uel ab eius familia: siue a quocunq; alio etiam extraneo fiat iniuria: ita q; dominus domus intelligatur semper iniuriare uicinum suum: de cuius domo iniuria facta fuerit uicino: ut supra dictum est: & contra ipsum dominum: uel quasi dominum fiat exactio condemnationis: quæ inde fieret: & quod dictum est supra de muro communi: intelligatur murus communis siue sit communis æqualibus partibus: siue inequalibus.

Quod non liceat consorti mittere ligna vel aliquid in domo vel turri communi. Rubrica xxxiiij.

STatutum est: q; si consortes alicuius domus: uel turris cõmunis: uel aliquis ex ipsis consortibus haberet domum propriam: uel terrenum iuxta eam: & classus: seu uia fuerit in medio inter domum: & terrenum propriũ: uel propriam alicuius consortis: uel consortium: tali consorti: uel consortibus habentibus domum: uel terrenum proprium: uel propriam iuxta domũ: uel terrenum commune uia: uel classo mediante non liceat immittere lignamina: uel aliquid aliud in domum: uel turrim communem: nec põtem: uel andatorium facere supra terram: a domo propria in domum: uel turrim communem: & quod factũ: uel missum in antea appareret a quacunq; persona: tollatur: & remoueatur: a consorte: uel consortibus habentibus domum: uel terrenum proprium: uel propriam prope domum: uel terrenum commune: & Præses obseruari facere teneatur infra quindecim dies: postquam habuerit reclamum: alioquin auferat prædicta non obseruanti libras decẽ den. ad opus communis Pistorii: & nihilominus pons: & andatorium tollatur: qui: uel quod missum est: uel factum: saluis pactis: & conuentionibus habitis inter consortes: & non currat aliqua præscriptio temporis.

De claudendis. Rubrica xxxv.

CEnsemus: q; de claudẽdis: quæ iam factæ sunt: uel erunt inter proximos uicinos ciuitatis Pistorii: uel eius burgis: siue sint ligneæ: uel de uno mattone supra alium: uel de alio muro per tres submissos amplo: uel minus: Præses infra duos menses: ex quo inde fuerit reclamatum: faciat: & teneatur facere restaurare uicinum de illa claudenda pro medietate a uicino habente iuxta uicinum aliam domum pro ea parte: qua utitur: uel uti uoluerit comoditate dicti muri: uel claudendæ. ¶ Sed si uicinus: uel consors reclamauerit de

cœtero de uicino suo Potestati: uel de consorte habente domum iuxta illū pro ea parte: qua utitur: ut faciat cum eo claudendam de lapidibus: uel mat tonibus: & calce usq; in quantitatem trium semissorum communalium: uel iuxta dictam grossitudinem arbitrio Rectoris: uel Iudicis: uicinus: qui dictum murum facere noluerit: non teneatur ad expensas factas in dicto muro: nisi ab eo tempore: quo utetur cōmoditate dicti muri: teneatur tamen dare medietatem terreni in quo constituti debet dictus murus: & de hoc teneatur Potestas: & eius Iudex sine libelli oblatione non obstāte aliquo statuto: & constitutione suprascriptis: uel infrascriptis. ¶ Et habeat licentiā uicinus: uel consors facere prædictam claudendam: uel communem domū reædificare: uel remurare infra duos menses post claudendam factam: uel domum reædificatam: & teneatur Potestas facere resaluum fieri uicino: uel consorti: si ei ex inde fuerit reclamatum: pro ea parte: qua utitur: uel uti uoluerit commoditate dicti muri: uel claudendæ. ¶ Et quilibet teneatur ad instantiam cuiuslibet uicini: ubi non esset aliqua claudenda: facere clauden dam saltem de planchis: & ad hoc possit cogi inuitus: ut concurrat ad expē sas talis claudendæ: ita q; fiat communibus expensis: & quilibet uicinus soluat dictas expensas pro rata terreni: & idem obseruetur in omnibus: & per omnia inter foretaneos nostri districtus: & hoc capitulum locum habeat: quando claudendæ factæ sunt in terreno utriusq; uicini: de his tamen excipimus manifestos pauperes. ¶ Et si aliquis fecit: uel in antea fecerit murū in suo terreno suis propriis expensis: uicinus: qui terrenum nō dederit: uel partem expensarum non fecerit: teneatur uicinus ipse, qui ibi partem non habet, facere instrumentum de expensis, & muro nouo ædificatori, & ei, qui murum fecerit, qualiter est suus proprius: & ipse ibi non habet seruitutem, nec partem. ¶ Et si fuerit requisitus a domino coram Iudice de dicto instrumento de ipso muro faciendo, & non fecerit infra quatuor dies post requisitionem, puniatur in libris decem, & nihilominus cartam muri facere teneatur: & eadē pena puniatur, si aliquid cōtra uoluntatē domini immiserit.

De nō tenēdo fenestrā sup terrenū vel curiā alicuius. Rub. xxxv)

STatutum est, q; nulla persona cuiuscunq; status, uel conditionis existat, possit facere, habere, uel tenere fenestram in domo, cassero, uel turri supra terrenum, uel curiam alicuius sui uicini, unde, seu per quam possit uidere in terreno, uel curia alicuius sui uicini, uel aliquid immittere, uel aquam proicere. ¶ Et quæcunq; persona habet, uel tenet, & in antea fecerit, uel fieri fecerit, teneatur, & debeat infra quindecim dies, postquam inde fuerit requisitus, ipsam talem fenestram eleuare, seu eleuari facere sub pena, & ad penam librarū uigintiquinq; den. cuilibet contrafacienti uice qualibet auferenda, nisi domus ipsa extra muros haberet aliquid terreni ex ea parte.

Quod cloace z volte sint sub terra. Rubrica xxxvi.

STatutum, & ordinatum est, q; uoltæ giardinorum, & aquariorū, & ubicūq; immūdicia

immũdicia aliqua recipiẽt fiãt ſub terra: in qbus recipiant immũdiciæ corporis: & aquatrinæ: & qlibet officialis cõis Piſtorii: & etiã damnorũ datorũ cogãt quẽlibet ad dictas uoltas ſic faciẽdas: ut dictæ immũdiciæ: & aquatrinæ recipiant: & qlibet eis teneat parere ſub pena lib. x. den. pro qualibet uice.

De dando uiã ubi magis cõueniens fuerit. Rubrica xxxviij.

STatuimus: qꝙ dominus prædii ſeruitutem habentis poſſit dare uiam per ipſum prædium ei: cui debetur: ex ea parte prædii ſine malitia: & fraude: unde magis conueniens fuerit: & ei uidebitur ſine grauamine prædii ſeruientis: & dominus: cui debetur: recipere teneatur. ℂ Et quæcunqꝙ perſona habuerit aliquam uiam per campum alterius: & ipſe: cuius campus eſt: uaſtauerit uel clauſerit: ſeu alia quæcunqꝙ perſona: talis: cuius campus eſt: reducat in priſtinum ſtatum: & ipſam uiam infra octo dies a die factæ requiſitionis remittat ſub pena ſolidorum quadraginta den. eidem de facto auferenda: & ipſe: deuaſtans condemnetur in libris quinqꝙ den. ad opus communis Piſtorii: quæ omnia locum etiam habeant in bonis exiſtentibus in poteſtariis.

De perſona habẽte terrã tenentẽ caput ad uiã. Rubrica xxxix.

STatuimus: qꝙ ſiqua perſona habens terram ſimul coherentem: ſeu etiam locus aliquis non mediantibus foueis: ſiue mediantibus tenentem caput ad uiam publicam habeat ius eundi: & redeundi: ſiue ſeruitutem: uel uiam ad aliquam partem ipſius terræ per fundum alicuius perſonæ: uel loci: illa perſona: uel locus: per cuius fundum erit ius eundi: & redeundi: uel agendi: uel ſemitus: uel uia tenearur redimere ius eundi: & ſeruitutẽ uiæ iuſto præcio extimando per duos bonos: & legales homines a Rectore eligendos: quæ redemptio fiat ad requiſitionem perſonæ: quæ habet ius eundi: & redeundi. ℂ Perſona uero: uel locus ſeruitutem: & uiam eundi: & redeundi habens teneatur uendere ius: uiam: & ſeruitutem prædictam ad requiſitionẽ perſonæ: quæ debet ſeruitutem iuſto præcio: ut ſupra extimando: & de hoc teneatur quilibet rector: & iudex cauſarum ſummariæ: & ſine ſtrepitu: & figura iudicii: & libelli oblatione: & litis conteſtatione cognoſcere: & terminare aliquibus feriis non obſtantibus: & de prædictis appellari non poſſit: nec de nullitate opponi. ℂ Quæ omnia locum habeant non obſtante qꝙ pater alienauerit filio: uel alii perſonæ: in quo caſu intelligatur filius tanqꝙ pater: & omnes tanquam uendentes etiam aliquo capitulo non obſtante.

De alienationibus non faciendis non ſubiectis iuriſditioni communis Piſtorij. Rubrica xl.

HAc ſaluberrima lege prouiſum: & ordinatũ eſt: qꝙ nulla bona immobilia cuiuſcunqꝙ qualitatis exiſtãt ſita in ciuitate Piſtorii: uel diſtrictu poſſint uẽdi: aut donari: uel in ſolutũ dari: aut iure pignoris: uel hipotecę: uel alio modo uel titulo tradi, aut quomodolibet obligari: aut ad uſum: uel uſum fructũ cõcedi: uel in ultima uolũtate relinqui: nec etiã ab inteſtato deferri: & acquiri alicui pſonæ uniuerſitati: uel loco: quę nõ ſit oriũda ipſa: uel eius pater de ciuitate: uel diſtrictu Piſtorii: & quæ nõ ſit ſubiecta iuriſditioni cõis Piſtorii

sine licẽtia generalis cõsilii populi ciuitatis prædictæ: & qui cõtrafecerit puniat: & puniri debeat in duplo extimationis: & ualoris rerũ sic alienatarũ: traditarũ, & relictarũ. ¶ Et insuper talis uenditio, donatio, traditio, obligatio, & insolutum datio, & tale relictum, & acquisitum ipso iure non ualeat: & nulla, & nullum sit: & ipsa bona sic uendita, tradita, acquisita, & insolutũ data sine licentia prædicta ex nunc, prout ex tunc, ipso iure, & de facto sint publicata communi Pistorii, & per ipsum commune uendi, locari, teneri, & alienari possint ad commodum dicti communis, & Capitaneus, seu Commissarius dictæ ciuitatis unculo iuramenti teneatur, & debeat talia bona describi, & redigi facere inter alia bona dicti communis. ¶ Possint tamen ipsa bona in ultima uoluntate relinqui iure institutionis, & quoquo relicti titulo cuilibet loco ecclesiastico, & cuilibet hospitali, ac etiam cuilibet societati pauperum existentibus in ciuitate, & districtu Pistorii, dummodo talis locus ecclesiasticus, hospitale, uel societas antequam aliquid consequantur & consequi possint teneantur idonee, & cum idoneis fideiussoribus subiectis iurisditioni communis Pistorii cauere ipsi communi Pistorii, uel alicui publicæ personæ pro eo recipienti, q; ipsa bona eis relicta non alienabunt, nec obligabunt alicui personæ, societati, uniuersitati, uel loco non subiectis iurisditioni communis Pistorii. ¶ Possint etiam talia bona per quamlibet aliam personam uolentem se dedicare committere: uel se conuersare: etiam conuersari: dedicari: & committi alicui monasterio: hospitali: aut alii loco religioso: uel pio existenti in ciuitate: uel districtu Pistorii: in ipsa sui dedicatione: commissione: uel conuersione etiam dedicari: committi: uel conuersari in aliud monasterium: hospitale: uel locum: dummodo tale monasterium hospitale: uel locus teneatur primo cauere modo: & forma prædictis. ¶ Et quilibet forensis qui uenerit ad standum: & habitandum cum sua familia in ciuitate: & comitatu Pistorii: ut alii de ciuitate: & comitatu faciunt: possit emere: & tenere bona prædicta non obstante præsenti statuto: ita tamen q; si ipsi uel eorum successores recesserint: ex tunc ipsi forenses subiaceant dispositioni præsentis statuti: nisi: priusquam recesserint: rem immobilem acquisitam transtulerint in aliquem ciuem: uel comitatinum: aut districtualem qui sit origine propria: uel paterna de ciuitate: aut districtu Pistorii. ¶ Et quandocunq; alicui forensi per testamentum: uel ultimam uoluntatem esset ab aliquo relictum de bonis supra comprehensis: uel ab intestato delatũ uel acquisitum ipse forensis non possit: nec; ualeat illa bona: ut præfertur: habere: nec tenere: nec de illis uelle suum facere: sed in eo casu teneatur: & obligatus sit: postquã de tali relicto notitiam habuerit: ea uẽdere: distrahere: uel alienare alicui personæ de ciuitate: comitatu: uel districtu Pistorii ea emere uolenti: & casu quo non essent in concordia de præcio: pro illo præcio declarando per Magnificum Prioratum ciuitatis Pistorii: uel eius locũtenentes: uel maiorem partem eorum. ¶ Et ad hoc: ut talis effectus sequatur: ille: cui prædicta bona relicta fuerint: uel acquisita: teneatur: & obligatus sit infra mensem a die habitæ noticiæ ea uenalia facere per publicum bãnum mittendũ in ciuitate Pistorii per publica loca: solita: & cõsueta: & interim fructus talium bonorũ intelligant esse: & sint acquisiti cameræ cõmunis

Pistorii

Pistorii pro dimidia: pro quarta parte notificatori: seu denunciatori: & pro reliqua Rectori ipsam executionem facienti: & cuilibet licear in futurũ notificare quocunq; tempore non obstante aliqua temporis præscriptione.

De bonis immobilibus nõ emẽdis pro forẽsibus. Rubrica xlj.

CVm nonnulli de ciuitate: & districtu Pistorii quotidie emant bona immobilia sita in ciuitate: & districtu Pistorii pro forensibus: & non subiectis iurisditioni dicti communis Pistorii: & de ipsorum forensium: & non subiectorum pecunia: & malitiose, & fraudolenter: ut penas euitent statutorum: fingunt ipsa bona nomine suo tantum: & pro se: & de eorum pecunia propria emere: ipsorum tantum nomina in contractibus inseri facientes: Statuimus q; nulla persona subiecta iurisditioni communis Pistorii audeat: uel præsumat uere: ficte: uel simulate talia bona emere pro aliquo forensi: uel non subiecto iurisditioni dicti communis: aut donationis: uel permutationis: seu alio quocunq; titulo ralia bona sic recipere sub pena dupli extimationis siue ualoris talium bonorum emptorum: uel receptorum: & nihilominus talis emptio: donatio: uel permutatio: & quilibet alius contractus factus: & celebratus modo prædicto sit nullus ipso iure: & ipsa bona sint: & esse intelligantur ipso iure ex nunc pro ut ex tunc publicata communi Pistorii: & per commune Pistorii teneri: uendi: alienari: & locari possint: & debeãt ad commodum communis: & eadem pena teneatur uenditor talium bonorũ: aut quomodolibet obligatorum modo prædicto. ¶ Et quilibet de prædictis possit esse accusator: uel denunciator: cui præstetur fides cum uno teste deponente de proprio auditu: uel præsentia: uel exhibendo instrumenta: & lucretur quartam partem extimationis: seu ualoris bonorum publicatorũ: & aliam quartam Rector ille: qui fecerit ipsa bona publicari: & cameræ cõmunis Pistorii applicari: & confiscari: quas ratas Rector: & accusator prædicti habere debeant a camerario dicti communis: postquam ipsa bona cũ effectu ad dictum commune: & cameram eius peruenerint: & non aliter: præcedente tamen partito magnifici Prioratus: uel eorum locum tenentiũ obtinendo per duas tertias partes eorum ad minus.

Quod nulla persona permittat bona sua teneri per aliquam personam vel locum non subiectum. Rubrica xlij.

VT nullus omnino locus fraudibus relinquatur. Statuimus: & ordinamus q; nulla persona: uniuersitas: uel locus subiectus: uel subiecta iurisditioni communis Pistorii permittat: uel faciat bona immobilia: quæ teneret: & possideret tanquam sua in ciuitate: comitatu: uel districtu Pistorii: teneri occupata per aliquam personam: uniuersitatem: uel locum non subiectum iurisditioni communis Pistorii: & qui contrafecerit puniatur pena in præcedenti capitulo disposita: & contenta: & nihilominus talia bona ex nũc pro ut ex tunc intelligantur: & sint publicata communi Pistorii distribuenda p ut & sicut in præcedenti capitulo continetur in omnibus: & per omnia.

De dationibus in solutum non faciendis per curiam forensibus & de modo seruando in eis. Rubrica xliij.

STatuimus: q; si aliquis forensis, uel non subiectus iurisditioni communis pistorii peteret coram Rectore, uel suo Iudice, aut aliquo officiali dictæ ciuitatis sibi dari, concedi, uel adiudicari in solutum, & pagamẽtum pro aliquo debito, uel obligatione, aut pro executione alicuius sententiæ, uel præcepti bona, & de bonis immobilibus alicuius de ciuitate, uel districtu Pistorii sita, uel sitis in ipsa ciuitate, & districtu, facta relatione per arbitros talium bonorum ad hoc eligendos teneantur Rectores & officiales prædicti ipsa bona sic relata bannire, & subastari facere per ciuitatem Pistorii tribus uicibus ad minus, adeo q; inter unam uicem, & aliam sit spacium trium dierum ad minus, qua subastatione facta, siquis reperiretur emptor subiectus iurisditioni communis Pistorii, qui emere uelle dicta bona, seu de dictis bonis, tunc ipse Rector teneatur ea uendere, & tradere emptori plus aliis offerẽti. ¶ Si uero emptor non reperiretur, tunc pro ipsa extimatione usq; ad quantitatem debiti, & expensarum dentur in solutum tali creditori, ita tamen q; si inde ad quinq; annos tunc proxime secuturos ille, cuius fuerint dicta bona uel eius hæredes, & in eorum defectu quilibet alius de ciuitate: comitatu: uel districtu Pistorii emere uoluerit ipsa bona sit adiudicata: debeat ipse creditor eidem dicta bona uendere pro eo præcio: & quantitate: pro qua adiudicata fuerint: & expensis: & ipso requisito in platea communis: si non uenerit possit uenditionem facere iudex: facto tamen prius deposito de quantitate præcii prædicti penes: & in manibus camerarii communis Pistorii: qui camerarius quantitatem prædictam teneatur: & obligatus sit ponere ad introitum dicti communis: & eam soluere tam ipsæ: q̃ suis successores dicto creditori: uel eius procuratori quandocunq; aduenerit: seu pro ea miserit: & ratificauerit uenditionem prædictam a Iudice factam.

De procedendo per Rectores contra facientes contra prædicta. Rubrica xliiij.

STatuimus: & ordinamus: q; dominus Potestas: & Capitaneus: seu Commissarius ciuitatis Pistorii: & quilibet eorum possint contra prædicta: uel prædictorum aliquod committentes procedere per accusationem: inquisitionẽ & denunciationem: & ipsos accusatos: uel inquisitos ad tormenta ponere præcedentibus: uel non præcedentibus indiciis prout eis uidebitur: & repertos culpabiles punire: & condemnare: penis prædictis in præcedẽtibus capitulis cõtẽtis. ¶ Et quilibet possit accusare: denũciare: & notificare cõtra prædicta: uel aliquod prædictorũ facientes: & cõmittẽtes: ꝓbãdo tamẽ cõtra negãtes eo modo quo dictũ est supra rubrica xli de bon. immob. nõ em. ¶ Et quilibet dictorũ Rectorũ teneatur & debeat cõtra tales denũciatos: inqsitos: seu notificatos, ꝓcedere: & ingrere mõ ꝑdicto: & repertos culpabiles punire: & cõdẽnare penis prædictis: & q̃quid p eos in ꝑdictis factũ fuerit ualeat: & teneat: nec possit appellari: uel aliquo modo ĩ

fringi,

fringi: uel de nullitate dici: & intelligatur solemniter actum: & de iure non obstante aliquo statuto communis Pistorii: cui uolumus: in quantum prædictis: seu alicui prædictorum esset contrarium per hoc præsens capitulum derogari: & derogatum esse.

Quod non possit prouideri contra cõdemnationem factam de contra facientibus occasione predicta. Rubrica xlv.

PRouisum: & ordinatũ est: q; si casus euenerit: q; aliquis ciuis: uel districtualis Pistorii: uel alia persona condamnetur uel condemnata fuerit per aliquẽ rectorem ciuitatis Pistorii occasione prædictorum: uel alicuius eorum: proponi: consuli: uel reformari non possit modo aliquo: aut aliqualiter annulletur: uel q; suspendatur: uel terminus prorogetur ad soluendum: & si contra prædicta factum: dictum: prouisum: uel ordinatum fuerit: ipso iure sit nullũ: & nullius efficaciæ: uel uoloris: & nihilominus quilibet Rector: seu officialis: qui contra prædicta fecerit: puniatur in libris quingentis den. & consulens: & reformans puniatur in libris ducentis den. ¶ Et prædicta omnia statuta: capitula: & ordinamenta suprascripta: & infrascripta loquentia de alienationibus non fiendis de bonis immobilibus non subiectis iurisditioni Pistorii inuiolabiliter: & imperpetuum obseruẽtur: nec possit eis: aut alicui eorum derogari propter aliud statutum: ordinamentum: uel reformationem: nisi talis reformatio: statutum: & ordinamentum obtentum fuerit in consilio populi ciuitatis Pistorii saltem per nouem partes ex decem partibus consiliariorum dicti consilii: & ipsa: & quælibet eorum sint statuta populi: & leges municipales: & pro statutis: & legibus municipalibus ciuitatis Pistorii in perpetuum debeant inuiolabiliter ab omnibus: & singulis obseruari: prout & sicut iacent: & scripta sunt: & in eis plenius continetur: ad purum: uerum: & sanum intellectum. ¶ Et ipsa statuta: leges: & ordinamenta: & quodlibet eorum locum habeant: & extendantur ad præterita: non obstante aliqua temporis præscriptione longa: uel longissima: uel aliquo lapsu temporis: qui: uel quæ per ius ciuile præiudicetur: aut per formam statutorum communis: uel populi: aut populi tantum: uel communis tantum: quibus uel alicui prædictorum superius: uel inferius expræssorum alia præscriptio: uel lapsus temporis præiudicare non possit: quin prædicta fiant & executioni mandentur singulariter: præcise: & absolute: ut superius continetur.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

STATVTORVM PISTORIENSIVM INCIPIT LIBER QVARTVS.

De officio & iuramento domini Capitanei. Rubrica j.

TATVTVM: & ordinatum est: pro conseruatione: & augmentatione populi ciuitatis Pistorii: & status pacifici: & quieti dictæ ciuitatis: eiusq; comitatus: fortiæ: & districtus ipsius communis: q; in perpetuum sit: & esse debeat unus Capitaneus: qui sit Florētinus ætatis quadraginta annorum: & ultra: cuius officium duret: & durare debeat sex mensibus: nec esse possit in officio: siue Potestas in ciuitate Pistorii infra illa tempora: quæ prohiberētur per ordinamenta: prouisiones: & statuta de prædictis disponentia: & habeant deueta tam actiuæ: q̄ passiue secundum ordinamenta super his edita. ¶ Qui Capitaneus teneatur per se ipsum: & non per substitutum officium capitaneatus exercere: & se: uel aliquem de sua familia nō absentare aliquo modo a ciuitate Pistorii sine expressa licentia consilii populi dictæ ciuitatis siue duarum partium ipsius: & ultra. ¶ Et non possit: uel debeat secum ducere: uel tenere in sua familia pro suo officio capitaneatus exercendo quoquo modo aliquem: qui non sit deuotus suæ Excellentiæ Illustrissime: & amator pacifici status dictæ ciuitatis Pistorii: & eius districtus: & qui fuerit in officio aliquo in dicta ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii infra triennium proxime præteritum: & non dum completum ante introitum dicti domini Capitanei: & qui non sit de terra: uel loco distanti a ciuitate Pistorii per uiginti miliaria ad minus: excepto q̄ de ciuitate Florētiæ. ¶ Qui Capitaneus cum tota sua familia: & equis personaliter in ciuitate Pistorii die præcedenti ante introitum: siue initium sui officii esse debeat: & ducat: & ducere teneatur: & tenere debeat in sua familia pro dicto suo officio exercēdo. ¶ Vnum Iudicem iuris peritum: & legalem: seu doctorem ætatis ad minus annorum triginta. ¶ Vnum militem socium notarium autenticū: & expertum ætatis prædictæ. ¶ Duos notarios: tres bestias: quarum duo sint æquinæ ad minus: & sex famulos pro executionibus tantum faciendis: & non pro alio exercitio: seu seruitio. ¶ Et teneatur facere monstras de se suisq; officialibus: famulis: & æquis secundum q̄ tenetur ex forma ordinamentorū cōmunis Pistorii: & Florentiæ: & tunc eius domicellos & famulos cōsignet: & repræsentet: & cōsignare: & repræsentare teneatur: & debeat officialibus deputatis ad mostrā officialiū uidendā: & aliter facta repræsentatio, & consignatio ipsa nō ualeat. ¶ Et habeat: & habere debeat dictus Capitaneus pro se: & tota sua familia: & equis p̄ suo: totiusq; familiæ: & equorum: & cuiusq; eorū salario: & mercede pro ueniēdo: stādo: & redeūdo ad regimen dicti Capitaneatus: & de dicto regimine: & p̄ tēpore quo steterit ad sindicatum: pro cartis: atramento: cera: lumine: & aliis: quæ sibi: & suæ familiæ expedierint pro toto tempore sui officii in sex mensibus eiusdem

a camerario

a camerario cameræ communis Piſtorii de pecunia dicti communis tria-
milia librarum den. quod ſalarium ei ſolui debeat camerarius prædictus de
menſe in menſem: prout tangit pro rata dicti ſui ſalarii: hoc modo uidelicet
primam pagam ex primo menſe finito: & ſic ſucceſſiue de menſe in menſem
uſq; in quatuor menſes: quintam uero & ſextam pagam: quinti: & ſexti men
ſis retineat ipſe camerarius uſq; ad diem receſſus ipſius Capitanei: & ei ſol-
uere eas facta abſolutione de eo eiuſq; familia a ſindicatu per ſindicos: qui
eum uel eos ſindicabunt: & non antea: uel ſoluta ſeu ſolutis condemnatio-
nibus: ſiquæ fierent de eo: uel eius familia: uel eorum aliquo: & facta fine:
& liberatione generali communi Piſtorii: uel alteri perſonæ recipienti per
publicum inſtrumentum uallatum promiſſionibus: penis: obligationibus
renunciationibus: & iuramento: præcepto guarantigiæ: & aliis ſolemnitati
bus in talibus conſuetis: & uſitatis: quam finem: & liberationem facere te-
neatur: & debeat antequam inquiſitioni generali cotam ſindicis per cancel
latium: uel notarium cameræ rogandam: reſpondeat. ¶ Qui Capitaneus
teneatur: & debeat Altari beati Iacobi Apoſtoli maioris eccleſiæ Piſtorien
ſis de ſuo proprio: propriiſq; eius expenſis quatuor drapellones ſiricos iux
ta motem hactenus obſeruatum ea die: qua placuerit operariis eiuſdē pro
tempore exiſtentibus dare: & offerre. ¶ Quod ſi non fecerit camerarius
cameræ communis de ſalario ipſius domini Capitanei florenos quinq; de
auro retinere teneatur: & debeat: ipſoſq; operariis prædictis date. ¶ Et le
ges: iura: ſtatuta & ordinamenta obſeruare: obſeruariq; facere teneatur: &
debeat: facta: & fienda populi: & communis Piſtorii: & quæ in fauorem po
puli: ac dominorum Priorum & Vexilliferi iuſtitiæ: uel eorum loco ſubro-
gatorum eſſent: & præconſulis notariorum: & collegii eorū dictæ ciuitatis.
¶ Cuius Capitanei miniſtri: officiales: & familia perſonaliter ſtent: & ſtare
teneantur: & debeant ad ſindicatum in ciuitate Piſtorii ſub ſindicis ad præ-
dicta deputatis ſecundum formam ſtatutorum: ordinamentorum: & reſor-
mationum de eorum ſindicatu diſponentium: ¶ Qui quidē Capitaneus
ad ipſam ciuitatem Piſtorii ad omnem eius riſchuum: & ſortunam cum tota
ſua familia uenire: & in ea ſtare: & recedere ab ea debeat: & ſi ad dictum offi
cium exercendum uenerit: & toto tempore ſex menſium ipſum nō exercue-
rit: uel exercere nequiuerit morte præuentus: uel alia quacunq; de cauſa:
quod abſit: ſalarium prędictum ei ſoluatur pro rata temporis: quo officium
exercuerit. ¶ Et manu tactis corporaliter ſcripturis ad ſancta dei euange-
lia iuret: & iurare teneatur: & debeat: bona fide: & ſine fraude ciuitatem: cō
mune: populum Piſtorienſem: eiuſq; diſtrictum: & ſtatum pacificum ipſius
defendere: & manutenere: artes: artificeſq; eiuſdem pro poſſe augere: & ma
nutenere: paces treugas initas: & factas inter ciues: & diſtrictuales ciuitatis
Piſtorii: & quæ ſuo tempore fient: obſeruare: & ab hominibus: & perſo nis
inter quas: uel quos factæ ſunt: uel erunt: & quorum nomine cœlebratæ eſ-
ſent obſeruari facere: & officium ſiue regimen domini Poteſtatis: & of-
ficiales: honorem: & iuriſditionem ipſius eiuſque familiæ manutenere:
& defendere: & officium magnificorum dominorum Priorum & Vexil
liferi iuſticiæ: & eorū loco ſubrogatos: honorē notariorū dictæ ciuitatis: &

ipsum collegium manutenere: & defendere: obseruare: & obseruari facere: & bona fide curare: defendere: & manutenere statuta: ordinamenta: bona: & iura communis: iurisditiones: terrena: edificia: & res: & bona: honoresq; ipsius cõmunis Pistorii inuenire: & inuenta recuperare: & manutenere ad honorẽ & pacificũ statũ ciuitatis: & populi pistorien. & manutenere: & defẽdere ecclesias: & pia loca: & religiosa: ipsorumq; iura absq; lesione cõmunis Pistorii: & sollicite procurare: q; pecunia: & es communis saluetur: & custodiatur: & q; inutiliter non expẽdatur: & fideliter: & sollicite facere: q; homines: & personæ uniuersæ: & singulæ ciuitatis: & districtus Pistorii in pace uiuant: & tranquillo statu: & q; uiduæ pupilli: & orphani non 'opprimãtur: uel ab aliqua persona dictæ ciuitatis: districtus: uel aliunde: grauentur, & qualibet die iuridica ueniat una uice ad minus ad curiam: & faciat de se copiam ad bancum iuris ad eum uenire uolentibus: nisi iusta causa esset impeditus: & omnia: & singula capitula: & constitutiones populi: & communis: quæ non essent contraria statutis populi reformationibusq; communis Pistorii obseruabit. ¶ Et q; non recipiat aliquid per se ipsum: uel alium ultra salarium eidem concessum per formam constitutionum communis Pistorii: nec permittat: nec consentiat tacite: uel expresse: q; aliquis de sua familia recipiat: uel accipiat aliquid: nec aliqua persona pro eo: uel pro eius familia: & q; obseruabit: & obseruari faciet statuta omnia operæ sancti Iacobi apostoli: & ipsam operam: & sapientiam dictæ ciuitatis institutam & funda

tã A REVERENDISSIMO DOMINO NICOLAO CIVI PISTORIENSI DE FAMILIA DE FORTIGUERRIS SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE PRAESBITERO CARDINALI ET EPISCOPO TIANENSI protegat: & defendat: & teneat: & tenere faciat hostia Palatii suæ residentiæ continue aperta de die: adeo q; possit haberi aditus: & ingressus ad locum in quo ius redditur: & q; deposito eius officio ipse in ciuitate Florentiæ & tota eius familia Pistorii stabunt ad sindicatum personaliter sub sindicis deputandis ad eorum sindicatum faciendum secundum formam statutorum & ordinamentorum de eo loquentium. ¶ Et faciat: & obseruet omnia: & singula: quæ in eius extractione: & deputatione continentur: & omnia alia obseruet: & obseruari faciat: & adimpleri per se ipsum: & eius familiam: quæ continentur in statutis communis: uel populi: & per ipsum: & eius familiam obseruari debentia: bona fide: & sine fraude: remotis odio amore: timore: præce: præcio: & qualibet humana gratia toto tempore eius regiminis. ¶ Et se non intromittat in ciuilibus causis: nec pati q; intromittantur sui officiales: & familia: nisi quatenus per statuta cõmunis Pistorii eis permittitur. ¶ Et iuret etiam obseruare omnia: & singula decreta: prouisiones: & delibetationes dominorum Priorum & Vexilliferi iustitiæ ciuitatis Pistorii: quæ licita: & honesta sint. ¶ Quod sacramentum præstet dictus dominus Capitaneus in maiori ecclesia ciuitatis Pistorii super Altare beati Iacobi Apostoli prima die sui aduentus: antequã uadat ad palatium suæ residentiæ: & sic successiue in generali consilio communis: & populi ciuitatis Pistorii: quod consilium domini Priores: & Ve-

xilliser

xilliser conuocari facere teneantur sono campanæ: uoceq; præconis: ut moris est: et per cancellarium communis dictari debeat sacramentum ipsum. ¶ Alia autem familia: & primo Iudex: Milesocius: notarii: Domicelli, & berrouarii iuret: & sufficiat eos iurare sic generaliter: q; bona fide, legaliter: & sine fraude: summoq; studio facient: & obseruabunt omnia: & singula: quæ tenentur: & debent facere: & obseruare per formam statutorum communis Pistorii: & quæ eis commissa essent per Capitaneum. & Priores & Vexilliferum iusticiæ: et quæ in posterum committerentur: quod sacramentum præstetur in dicto consilio tacto libro ad sancta dei euangelia.

Quod Capitaneus & Potestas & eorum familia teneantur defendere officium Dominorum Priorum. Rubrica ij.

TEneantur domini Capitaneus: et Potestas: et quilibet Rector ciuitatis Pistorii: et eorum: et cuiuslibet eorum Iudices: milites: notarii: et familia officium dominorum Priorum: et Vexilliferi iustitiæ: et collegarum eorundē: et ipsos dominos Priores: Vexilliferum et eorum notarium: et ciues de officio collegarum pro posse defendere: et conseruare: nec permittere eos: uel aliquem eorum grauari: nec eis hostium palatii ipsorum Dominorum Priorum Vexilliferi: et collegarum claudere uel claudi permittere: sed ipsos benigne: et cum honore recipere: et gratia tractare: et si contrafactum fuerit per ipsos Rectores: uel eorum familiam: contrafaciens puniatur per eius sindicos in libris uigintiquinq; dummodo per prædicta in præsenti capitulo contenta non præiudicetur mandatis suæ Excellentiæ Illustrissime quo ad prædicta in eo contenta.

Quod de maleficijs cōmittendis per dominos priores nō possit cognosci per Rectores nisi vt infra. Rubrica iij.

STatutum: ordinatum est, ad hoc ut liberiores in cunctis gerendis Domini Priores et Vex. iustitiæ, et officium collegarum sint, suisq; negociis, et dictę ciuitatis Pistorii et sine alicuius timore prouidere ualeant, q; Rectores ciuitatis Pistorii, et quilibet eorum per se, aut eorum curias non possint, nec debeant occasione, causa, uel prætextu cuiuscunq; delicti, excessus, uel maleficii etiam quantuncunq; grauissimi, et enormis inquirere, procedere, aut quomodolibet exequi, etiam per denunciationem accusationem inquisitionem, uel notificationem contra, uel aduersus aliquem, seu aliquos, qui tempore magistratus, uel officii talis Rectoris fuissent, essent, aut erunt de officio dominorum Priorum et Vex. iustitiæ, uel de officio collegarum, nec ipsos, uel aliquem eorum quoquo modo capere, uel detinere, seu detineri facere, sed successores immediate prædictorum dominorum Rectorum possint, et ualeant contra præmissos procedere, exequi, et punire pro ut per statuta communis Pistorii disponitur, dummodo pena non imponatur mutilationis membri, aut ultimi supplicii. ¶ Si uero præmissi, qui sunt, uel erunt ex officiis prædictis, talia cōmisissent, seu cōmitterent, propter quæ mutilatio

membri: aut ultimum supplicium per statuta communis Pistorii sequi deberet: in illis casibus possint per dominos Capitaneum: uel Potestatem: aut alios quos unq; capi: & detineri: & teneatur ille: qui talem: seu tales cepisset: infra tertiam diem post capturam ipsos: sic captos præsentari facere executori ordinamentorum iusticiæ ciuitatis Florentiæ: ut executionem fieri faciat: qui possit procedere: & condemnare secundum qualitatem delicti: excessus: uel maleficii commissi sub pena: & ad penam fiorenorum quingentorum auri ipsis Capitaneo: uel Potestati: seu aliis officialibus pro qualibet uice: ipso facto absq; aliquo actu: uel condemnatione facienda: auferenda quoties per eos, uel eorum aliquem contrafactum fuerit: cuius dimidia applicetur communi Florentiæ: & altera dimidia communi Pistorii: & rector qui huiusmodi penam exegerit: & peruenire fecerit in communi Florentiæ, & Pistorii: ut prædicitur: habeat: & habere debeat: & sic per camerarium cameræ communis Pistorii ei soluatur dimidia pars eius, quod ipsi communi Pistorii fecerit applicari absq; alia solemnitate seruanda. ¶ Et nihilominus ipse camerarius de salario debito: seu debendo dicto Capitaneo: aut Potestati contrafacienti prædictis: uel ea non seruanti retinere teneatur: & debeat, & cameræ tam communis Florentiæ q̃ Pistorii dare: & soluere: & si secus fieret de suo proprio soluisse intelligatur, & ab eo eiusq; hæredibus exigi possit quandocunq; pro quibus omnibus contrafacientes sint: & esse intelligantur supposito officio, & magistratui magnificorum consiliariorum suæ Excellentiæ Illustrissime: & quatuor commissariorum ciuitatis Florentiæ super rebus pistorien sibus, octo baliæ, & conseruatorum legum ciuitatis præ dictæ, & cuilibet eorum, inter quos habeat locum præuentio.

De vita & spendio dominorum Priorum: & de sigillando litteras. Rubrica iiij.

PRouisum, & ordinatum est, q; officium dominorum Priorum & Vex. iustitiæ ciuitatis Pistorii possit habere: & spẽdere pro eorum salario, luminibus cartis, scripturis, & aliis necessariis, & consuetis de pecunia dicti communis omne id, quod fuerit ordinatum: & constitutum per ordinamenta dicti cõmunis. ¶ Et ad tollendum scandala, quæ oriri solent quotidie pro non sigillando litteras, quæ per dictum officium deliberabuntur. Statutum est, q; facta deliberatione litterarum, omnes de dicto officio, qui claues habebunt sigilli teneantur eas dare, & sigillare: sigillariq; facere, & permittere ipsas litteras, sic deliberatas ea die, qua deliberabuntur, & siquis eorum contrafecerit litterasq; ipsas nõ permiserit sigillari, expellatur de officio, de quo est: seu erit, ipse cõtrafaciens, & eo priuatus esse intelligatur, & nihilominus incidat in penam librarum xxv den. cuius quarta sit accusatoris, quarta Rectoris uenire faciẽtis in camerã cõmunis & altera medietas ipsius cõmunis pistorii: & cõtra tales qlibet officialis possit ꝓcedere infra terminũ unius ãni

De pena nõ obediẽtis dñis prioribꝫ & vex. iustitie. Rubrica v.

ORdinamus, q; dominus Capitaneus populi debeat punire, & condemnare omnia

omnia: & singula communia: communitates: & uniuersitates communium districtus Pistorii: & omnes: & singulos homines: & personas ciuitatis: & districtus Pistorii: & aliunde: qui: & quæ non paruerint: & seu parerent in posterum mandatis: & præceptis quomodolibet factis per dominos Priores: & Vex. iustitiæ pro tempore existentes in ea pena: seu penis: qua: uel quibus per eos prouisum extiterit: seu per duas partes ex eis: & eorum officii. ¶ Qui Capitaneus possit teneatur: & debeat de prædictis inquirere: & ex suo officio procedere: punire: & condemnare de facto ad opus communis Pistorii: & cuilibet contrafacienti qualibet uice auferre. ¶ Possint etiã domini Priores: & Vex. iustitiæ per duas partes eorum officii inobedientes mulctare: & condemnare in illis penis: summis: & quãtitatibus: quibus eis uisum fuerit: & deliberata: & decreta per eos: seu duas partes eorum officii exequantur: & executioni mandentur per quoscunq; Rectores: & officiales ciuitatis Pistorii: & quascunq; alias personas: & præcipue per Rectorẽ ipsum: cui executionem commiserint: dummodo licita: & honesta sint.

De pena priorum & Vex. iustitiæ & eorum notarii facientiũ contra alterum priorem. Rubrica vj.

STatuimus: q; si Priores & Vex. iustitiæ: uel eorum notarius durante eorũ officio offendiderint inter se cum aliquo armorum genere: & uulnus factũ fuerit: quilibet uulnus faciens puniatur per Rectorem in triplum eius: q; si alium offendisset: & de officio per ipsum Rectorem expellatur: & in perpetuum non sit: nec esse possit Prior uel Vex. iustitiæ: seu eorum notarius. ¶ Si uero aliter: uel alio modo q̃ cum armis offendiderint inter se: offendẽs puniatur in duplum eius: quod continetur in statutis communis: uel populi: dummodo de uetbis iniuriosis inter se habitis non puniatur: alii autẽ Priores & Vex. iustitiæ teneantur ipsi Rectori: quæ facta sunt: infra tertiã diem notificare ad penam librarum xxv den. cuilibet eorum auferenda ad opus communis Pistorii. ¶ Et nullus Prior: Vex. iustitiæ: uel eorum notarius durãte eorum officio: possit: uel debeat: nisi tempore rumoris iuxta uel penes se in palatio eorum residentiæ aliqua arma offendibilia habere: seu tenere sub pena librarum quinquaginta den. eidem qualibet uice: qua contrafactum sit: auferenda: & de prædictis: & quolibet eorum possit & debeat Rector ipse ex suo officio procedere per inquisitionem: accusationem & denunciationem: seu aliter quomodolibet: & repertos culpabiles penis prædictis punire: & condemnare: & prædicta: & quodlibet prædictorum dictorum dominorum Priorum officio durante: & Vex. iustitiæ: & eorum notarii: & ipso officio deposito: & finito facere possit: & debeat: non obstante aliquo statuto populi: & communis Pistorii in contrarium loquente. ¶ Et in prædictis offendenti non prosit beneficium pacis: quo ad solutionem condemnationis faciendam: quam integraliter soluere teneatur in pecunia numerata tantum: quæ locum habeant in futuris: & ad prçterita non extendantur: ad quarũ condẽnationũ solutionẽ fideiussores ipsorũ dñorũ Priorũ & Vex. & notarii cũ suis pricipalib⁹ insolidũ teneãt: & obligati sint.

in penis prædictis: a quibus condemnationibus non possit appellari, uel de nullitate opponi: etiam ratione ordinis non seruati: uel solemnitatis omissæ: nec Rectores ipsi pro dictis condemnationibus aliquo tempore sindicari: uel modo aliquo molestari possint.

De non aduocando uel procurando per dominos Priores & Vex. iustitie coram aliquo Rectore. Rubrica x.

NVllus Prior: uel Vexillifer iusticiæ: uel eorum notarius adeat: uel procuret pro se: uel alia persona coram aliquo Rectore aut officiali: uel uadat ad ipsorum uel alicuius ipsorum hospitium: & qui contrafecerit puniatur per Capitaneū populi dictæ ciuitatis qualibet uice in libris uiginti quinque. ¶ Nec possit aliquis Prior: Vex. iusticiæ: uel eorum notarius ab ortu solis usq; ad tertium sonum pulsatæ campanæ exire palatium eorum residentiæ: nec extra palalatium dicto tempore stare: excepto casu infirmitatis: & saluo q; possit stare permanendo tribus diebus continuis in domo sua: sed non in apoteca: neq; artem exercere: neq; per ciuitatē: uel extra eam ire de die: nisi fuerint in numero sufficienti sub pena librarum quingentarum denariorum pro quolibet eisdem de facto auferenda: si contrafecerint. ¶ Neq; exire extra ciuitatem: uel comitatum in aliqua parte: seu loco sine expressa licentia consilii populi obtenta ad minus per duas partes: de qua apparere debeat manu cancellarii: uel eorum notarii: quam licentiam habere debeant ante eorum recessum sub dicta pena: neq; excuset eum: uel excusare possit præceptum alicuius Rectoris: uel officialis: aut alterius personæ: aut collegii: seu dominationis: excepta eius Excellentia Illustriss. sub dicta pena: si cōtra dictam formam iret: staret: aut se absentaret: & ulterius contrafaciens amittat omne sōcudum: seu salarium, quod habere: & recipere deberet a commune Pistorii. ¶ Neq; ipsi domini Priores aut aliquis eorum possint ire ad funus alicuius personæ: neq; ad aliquas nuptias sub eadem pena. ¶ Et quibuslibet diebus: & noctibus sex eorum officii ad minus remanere debeant in palatio eorum residentiæ sub pena librarum quinquaginta den. cuilibet non reperto in dicto palatio: nisi legiptimus numerus eorum ex aliqna causa exiret palatium prædictum. ¶ Nec aliquis eorum possit in aliqua curia conueniri: nec alios conuenire: nisi obtenta licētia ab ipso officio per duas partes ad minus: manu eorum notarii: uel cancellarii communis: ut supra dictum est: saluis causis iam cæptis actiue: uel passiue: in quibus teneantur procuratorem constituere manu notarii causarum ciuilium.

Quod cācellarius sit loco notarij dominorū Priorū. Rub. xj.

ET si contigerit: q; in bursis notarii officii dominorum Priorum tam ordinatis: q̄ ordinandis in futurum non reperiretur notarius uel si reperiretur: esset absens: inhabilis: uel non idoneus secundum ordinamenta: tunc: & eo casu cancellarius communis Pistorii: qui pro tempore fuerit: sit: & esse intelligatur: & esse debeat notarius dicti officii dominorum Priorum: & offi

cium ipſum exerceat tanquam habilis: & idoneus: de ſalario autem dominorum Priorum in dicto caſu detrahantur libre xxii den. & in camera communis remaneant: & non poſſit ipſe cancellarius pro dicto officio notarii exercendo aliud petere: uel habere: niſi libras quinq; den. pro carta cera: & ſcripturis: nec teneatur ad dandum cartam uel ceram alicui ex officio D. Priorum. ¶ Et qui contrafecerit prædictis incidat in penam libratum ducentarum den. de facto ei auferenda pro dimidia cameræ communis Piſtorii applicanda: pto quarta rectori exigenti: & pro alia quarta accuſatori: uel denũciatori: & rationerii cuiuſcunq; camerariatus ſi reperierint aliquam ſolutionem: factam contra modum: & formam prædictam: & non condemnauerit ſimiliter incidant in penam prædictam: & de prædictis perpetuo poſſit cognoſci: inquiri: procedi: & terminari quibuſcunq; in contrarium non obſtãtibus.

De officio conſilij. Rubrica xiij

STatutum: & ordinatum eſt: q; conſilium populi ciuitatis Piſtorii quod pro tempore fuerit ſimul: & una cum Capitaneo populi: uel eius uicario: & ſeu locumtenente ſolum dicti domini Capitanei: & cum omnibus prioribus: & Vex. iuſticiæ: uel eorum locum tenentibus: & collegiis: qui pro tempore fuerint: ſeu eorum duabus partibus: habeat: & habere intelligatur plenam: & liberam baliam: autoritatem: & poteſtatem conſtituendi: reformandi: & ordinandi omnia: & ſingula: quæ pro bono: & pacifico ſtatu communis Piſtorii: & populi dictæ ciuitatis ipſi conſilio: & conſiliariis placuerit: præcedentibus prouiſionibus: & deliberationibus firmandis: ordinandis: approbandis: & obtinẽdis modo: & forma & put: & ſicut in effectu in oibus: & p omnia continetur in rubrica iiii lib. Primo præſentium ſtatutorum de peti. firm. ac per reformationes: tam factas: quam faciendas per habentes autoritatem ſuper ordinatione officiorum ciuitatis Piſtorii. ¶ Et Rectores & officiales: ſindicos: & procuratores ad actus quoslibet eligendos: conſtituendos: & firmandos: caſſiones: tranſactiones: alienationes: & obligationes quaslibet faciendi: & omnia: & ſingula facendi: & decernendi: quæ totum commune facere poteſt: & populus Piſtorienſis: non obſtante aliquo ſtatuto conſtituti communis: & populi dictæ ciuitatis in contrarium loquente. ¶ Et ſufficiat in dicto conſilio populi intereſſe numerus cõſiliariorum ſtatutus: & ordinatus per reformationem communis Piſtorii: & quod per duas partes: uel plures ipſorum conſiliariorum: quando plures intereſſent cõſilio: ex tribus partibus coadunatorum in numero ſufficienti obtentum fuerit: plenum robur firmitatis obtineat: ſi maior numerus circa dictum negocium per formam ſtatutorum aut ordinamentorum ſupraſcriptorum: & cõmunis Piſtorii non requireretur. ¶ Et poſſit dictum conſilium facere: cõſtituere: & ordinare leges: ſtatuta: prouiſiones: & ordinamenta præciſa: & p: nalia perpetua: & temporalia prout ei uiſum fuerit: quæ obſeruari debeãt ut ſupra: dummodo non ſint contra ſtatum: iuriſditionem: & præhemin e v tiam communis Florentiæ. ¶ Cuius cõſilii partita: & deliberationes: nec non prouiſiones primo loco: ut prædicitur: firmandæ per cãcellarium dicti

cõmunis

communis Pistorii rogari debeant,& in eius absentiam per notarium dominorum Priorum pro tempore existentem.

De personis de consilio reiciendis & honestate in eo intrantium. Rubrica xiij.

QVoties fieret consilium pro facto alicuius personæ specialis,ad quam pertinet consilium,deiciantur de consilio ipse,pater,frater,carnalis,filius,nepotes,fratres consobrini,& manifestus inimicus,& hoc capitulum legatur in consilio populi,quando esset consilium,& quilibet de suprascriptis teneat exire de consilio,qui ibi inuentus fuerit,quod si non fecerit paniatur in libris quinq; den.qualibet uice,& quilibet possit denunciare,& teneatur ei credentia. ¶Et cum consilium populi congregari contigerit quacunq; ratione,uel causa,nullus consiliarius in eo congregetur habens capparonem, grembialem,uel fuerit absq; caligis,nec in aliqua alia coadunatione ciuium in palatio dominorum priorum. ¶In quo consilio non possit aliquis uenire,nisi cum mãtello,aut lucco,aut ciuili toga,& pianellis seu crepidis sub pena librarum quinq; pro quolibet,& qualibet uice applicanda pro dimidia gabellariis portarum ciuitatis Pistorii,& pro altera dimidia accusatori cum uno teste,qui gabellarii facta eis fide per dictum accusatorẽ cum uno teste in continenti teneantur ei soluere dictam dimidiam. ¶Nulla tamẽ persona cuiuscunq; conditionis,uel status sit ciuitatis,uel districtus Pistorii possit portare in palatio dictorum dominorũ Priorum ab hostio mediæ scalæ supra aliquod genus armorum offendibilium sub pena librarum decẽ pro quolibet & qualibet uice,& pro quolibet genere armorum.

De officialium iuramento Rubrica xiiij.

ORdinamus,q; quilibet de ciuitate,uel districtu Pistorii,qui quoquo modo eligeretur,uel assummeretur,uel præponeretur uel erit,uel deputabitur de inceps pro communi Pistorii ad aliquod officiũ Prioratus, Vexilliferatus, notariatus,consilii Capitaneatus,uel ad aliud officium,uel baliã ciuitatis uel districtus Pistorii,tempore acceptationis talis officii,& antequã ipsum officium incipiat exercere,iuret corporaliter manu tactis scripturis,& iurare teneatur,& debeat bona fide,& sine fraude se esse in futurum perpetuo fidelem,& deuotum,ac amatorem imperii suæ Excellentie Illustriss.& ciuitatis Pistorii. ¶Et quicunq; renunciauerit,uel recusauerit tale iuramentum præstare sit,& esse intelligatur ipso facto priuatus ab officio,ad quod creatus,præpositus,assumptus,uel deputatus fuerit,& in perpetuum eligi non possit in ciuitate Pistorii ad aliquo dofficiũ,uel baliam,de qua recusatione, seu renunciatione fieri debeat publicum instrumentum per notarium,corã quo fieret dicta renunciatio,uel recusatio,in actis communis Pistorii,ad hoc ut ex inde perpetua memoria habeatur,sub pena librarum quinquaginta den.ipsi notario contrafacienti pro qualibet uice auferenda.

Quod non constituatur sindicus: nisi primo reformetur in consilio. Rubrica xix.

PRouisum est, q̃ dominus Capitaneus ciuitatis Pistorii, uel eius Vicarius, dominus Potestas, uel eius Vicarius, domini Priores & Vex. iusticiæ, & cõsilium generale populi, uel communis Pistorii, uel aliquis ipsorum nõ possint, nec debeant pro se ipsis, & uice, & nomine communis ciuitatis Pistorii, & pro ipso communi, uel populo constituere, creare, uel ordinare in eorum & dicti communis sindicum, & procuratorem, actorem, factorem, & certũ nũcium specialem aliquem, seu aliquos simul, & in solidum aliqua ratione, uel causa, quæ dici, uel excogitari possit, nisi primo reformetur in oportunis consiliis dictæ ciuitatis secundum formam ordinamẽtorum eiusdem, q̃ sindicus, seu sindici fieri debeant, & ad quid fieri debeant, ita tamen, q̃ prædicta non uendicent sibi locum in sindicatibus, quæ fierẽt, uel fiunt pro præsentando electionem Rectoribus, & officialibus communis Pistorii. ¶ Et domini Priores & Vex. iusticiæ, qui quolibet anno erũt de mense Ianuarii in dicto mense teneantur, & debeant eligi facere in consilio populi ad partitum ad siccum duos sindicos, qui debeant defendere, & ostendere iura communis Pistorii coram quocunq; Rectore, & officiali pro defensa communis, & possint etiam accedere Florentiam ad eius Excellentiam Illustriss. & alios magistratus, ubi opus esset, pro prædictis, quorũ officium duret per unum annum. ¶ Et ad prædicta dicti sindici habeant mandatum, & auctoritatem a commune Pistorii, pena dictis dominis Prioribus prædicta omittentibus librarum quinquaginta den. & amissione eorum salarii pro quolibet eorum, & habeant salarium dicti sindici eis ordinandum per consilium populi, & duas partes ipsius. ¶ Tubicenes autem electi per dictum consilium intelligantur quo ad uenditiones gabellarum introituum, & aliarum rerũ dicti cõmunis esse sindici, & procuratores ipsius, & quæ per eos, uel alterũ eorũ circa prædicta de cõsensu dominorũ Priorũ fient, ualeãt, & teneãt.

Quod nulla balia duret ultra sex menses. Rubrica xx.

PRouisum est, q̃ nulla balia, autoritas, uel Potestas communis Pistorii dein ceps dari, uel concedi possit, seu debeat per formationẽ consilii populi ciuitatis Pistorii in antea faciendam dominis Prioribus, & Vex. iusticiæ, nec alicui ciui Pistoriensi directe, uel indirecte duratura ultra sex menses, saluis tamen dispositis per alia statuta circa prædicta in casibus specificatis. ¶ Et dñi Priores & Vex. Iusticiæ, qui pro tẽpore fuerint, non permittant, q̃ aliqua præposita fiat quod aliqua balia, autoritas, uel Potestas detur, uel concedatur alicui, uel aliquibus Pistoriẽsibus, quæ duret ultra sex mẽses a die datæ, & concessæ in antea computandos, & si contrafieret non ualeat, & nõ teneat ipso iure, & quilibet ex Prioribus & Vex. Iusticiæ, qui dictam præpositma fieri permitteret puniatur, & condemnetur in libris decem den. pro qualibet uice. ¶ Et similiter omness termini in compromisso non specificati, uel appositi durent, sex mensibus, & non ultra. ¶ Et si placuerit consilio populi & ciuitatis Pistorii duret dicta balia ad plus usque in sex

menses: & non ultra. ¶ Quicunq; uero fuerit electus: & iuerit per oratorē ad ciuitatē Florentiæ uel alio ad aliquē magistratū: seu ad aliquod officiū p cōmune Pistorii: & eius autoritate habeat deuetū per quatuor mēses: a die finitæ ambasciatæ: & teneatur quilibet: qui creatus fuerit: ire ad penā librarum quinq; den. si recusaret: cameræ cōmunis Pistorii applicandā. ¶ Et cā cellarius tenetur illū describere in libro boni cōmunis modo: & forma: pro ut alii describuntur cū præiudicio laniationis ab officiis. ¶ Quæ locū habeant: nisi per consiliū populi aliter fuerit deliberatū: seu prouisum: & eleuatum deuetū ipsis ambasciatoribus: quod deuetū per ipsum cōsiliū eleuari possit ad partitū ad siccū: nulla etiā super hoc præcedente petitione: aut prouisione: & quæ dicta sunt de ambasciatoribus habeāt locū in omnibus commissionibus datis per dictum consilium.

De officio reformatorum ciuitatis Pistorii. Rubrica xxj.

STatutū: & ordinatū est: q; quandocunq; cōtigerit reformari: seu reformationem fieri de officiis ciuitatis Pistorii: talis reformatio fieri debeat p gradu. tos ciues ipsius ciuitatis: seu per alios quoscunq; per autoritatē habētes deputatos: modo: & forma infrascripta uidelicet: q; possint ponere: & deliberare tēpus reformæ: scilicet pro quāto tēpore imbursationes per eos faciendas durare uoluerint: & pro illo tēpore: pro quo deliberauerint: possint prouidere solū per uiā imbursationis de officio Vexilliferi: Prioratus: & eorū notarii de duobus mēsibus in duos menses tantū: & tam de ordinariis: q̄ de subsidiariis: prout uoluerint: & de officio cōsilii populi per eamdē uiam imbursationis: & pro sex mēsibus in sex mēses: & tam de ordinariis: q̄ de extraordinariis. ¶ Itē de operariis sancti Iacobi apostoli, sancti Zenonis, Sācti Ioannis baptistæ, sanctæ Mariæ humilitatis, Mōtis pietatis, & aliox officiorum, tam factorū q̄ faciendorū rerū omniū ad curā: & regimen cōmunis Pistorii pertinentiū, pro uno anno duraturis, uel minori, seu maiori tēpore prout, sicut eis uidebitur, & de officio bonorū uirorū carcerū cōmunis Pistorii pro semestri tantū duraturo, & de officio notarii cameræ, & notariorū causarū ciuiliū pro uno anno, aut ut supra duraturis. ¶ Qui reformatores pro ipsa reforma faciēda possint expēdere, & pro omnibus ex inde dependētibus, etiā si fuerint ad societatē aliquorū, qui nō essent de ciuitate Pistorii, etiā si uoluerint in aliquē conferre aliquā remunerationē, seu honorantiā, uel quid aliud facere solū, & duntaxat usq; in libris quatuorcētis den. & nō ultra, cōputatis in his expēsis notarii reformæ: & eiusdē reformæ scripturaz: & aliter, uel alio modo prouideri nō possit de maiori expēsa, nisi obtinereē in cōsilio populi per nouē ex decē cōsiliariis. ¶ Si uero uenerint reformatores de Florētia, & sine societate ciuiū pistorienſiū cū expēsa certa tūc limitari nō possit, q; de expēsa prouideat in dicto casu p consiliū populi. ¶ Teneanturq; dicti reformatores de cætero imbursare solū personas secūdū formā infrascriptorū capitulorum, & si aliter imbursarent, imbursatio non teneat. ¶ Imbursati uero habeant, & habere debeant infrascripta deueta, quæ in saccando, extrahendo, & officia exercendo debeant firmiter obseruari, nec per reformatores possint modo aliquo tolli, uel aliqualiter remoueri, uidelicet

uidelicet q; Vex. sit ætatis annorũ triginta ad minus tempore extractionis: Prior xxv: notarius ordinarius uigintiquinq; & subsidiarii xx: collegæ uigintiquinq; & consiliarii xxv. ¶ Et nullus possit esse de una bursa: uel sacco ad id officiũ nisi semel: & siquis extraheretur ad aliquod dictorũ officiorũ: qui nõ esset ætatis prædictæ: si ipsum acceptaret: incidat in penã librarũ quingentarũ den. uice qualibet: & de prædictis possit cognosci omni tẽpore: & sine tẽporis præscriptione: & præfinitione: de aliis uero deuetis possit disponi per reformatores: prout eis uidebitur. ¶ Nec possit aliquis esse: eligi: uel assummi: qui sit notatus aliqua infamia: respectu cuiuscunque falsitatis: uel furti per eum cõmissi: uel cõmissæ per condẽnationẽ contra eum latã: in aliquo officio: & si talis infamis aliquod officium acceptaret: uel exerceret: seu exercuerit: ipso iure incurrat in penã librarũ quingẽtarũ den. in quibus possit: & debeat condemnari per quẽlibet Rectorẽ ciuitatis Pistorii: & de prædictis cognosci possit nulla tẽporis præscriptione obstãte. ¶ Quod si cõtigerit: q; ipsis reformatoribus uideretur de prędictis officiis: uel aliquo eorũ prouidere p aliã uiã: uel pro maiori tẽpore: uel de alio officio: uel aliter q̃ sit dictũ: tunc: & eo casu possint recurrere ad consiliũ populi ciuitatis Pistorii: & ibidẽ dicere clare: & exponere illud: quod eis uidebitur expediens: & prout in eo fuerit solẽniter reformatũ: ita possit circa eorũ dispositionẽ ꝓcedi.

De pena recipientis indebite aliquid a camera. Rubrica xxiij.

STatuimus: q; siquis indebite: & fraudulẽtur aliquid receperit a camera: uel camerario cõmunis Pistorii: puniat̃ per dominũ Capitaneũ in libris centũ den. ultra restitutionẽ pecuniæ: uel rei indebite receptarũ: uel minus: secundum qualitatẽ negocii: & quãtitatẽ pecuniæ: uel alterius rei indebitæ receptæ. ¶ Et ad cõmune Pistorii spectet: & pertineat: & possit: & ualeat prouidere: ordinare: & capitulare: & ordinamẽta: & prouisiones facere penales & penalia circa officiũ: & regulationẽ cameræ: & ipsius camerarios: & notarios: eaq; registrare eo modo: & forma prout cõsilio populi uidebitur: & placuerit ꝓ utilitate ipsius cõis: & ꝓuisa: ordinata: & stabilita in prædictis: & circa p̃dicta p dictũ cõsiliũ populi ualeat: & teneat: & executioni mãdetur.

De sindicamento notariorum maleficiorum causarum ciuiliũ, & damnorum ℬ. Rubrica xxiiij.

NOtarii quicunq; maleficiorũ: causarũ ciuiliũ: & dãnorũ datorũ cõmunis Pistorii: qui pro tẽpore fuerint: per maiorẽ sindicũ: & iudicẽ appellationũ: & nullitatũ dictæ ciuitatis sindicent̃: si uero sindicũ uacare cõtigerit: tũc & eo casu sindicari debeãt p quatuor ciues æligẽdos: & deputãdos iuxta ordinamenta dictæ ciuitatis: in quibus quidẽ sindicamẽtis procedatur hoc modo uidelicet. ¶ Quod finito eorum & cuiuslibet ipsorum officio dicti sindici, seu ciues teneantur uinculo eorum iuramenti immediate formare inquisitionem contra dictos officiales, & ipsos facere respondere, & si deuslotes præstare de soluendo condemnationem, quam fieri contige-

ret. ¶Et quilibet, quī uoluerit aliquid dicere, petere, uel opponere contra dictos notarios, uel aliquem eorum, comparear infra tertiam diem futuram finito eorum officio, & quarta die debeant absolui, uel condemnari.

De puris manibus habendis per Rectores. Rubrica xxiiij.

CVm omnes administratores puris uti manibus præcipuæ deceat, ne eorum immundicia cæteris sit in exemplum. Statutum, & ordinatum est, q̄ omnes & singuli rectores ciuitatis, & districtus Pistorii, tam ciues, q̄ comitatini dictæ ciuitatis, q̄ etiam forenses de extra districtum ciuitatis Pistorii, in eorū regiminibus, & officiis puras teneant', & debeāt manus habere, & nō petere, recipere accipere, uel extorquere p̄ se, uel aliū, seu alios quoquo modo directæ, uel per obliquum a commune Pistorii, uel camera ipsius, uel ab aliqua communitate, uel loco ipsius ciuitatis, uel ab aliqua singulari persona aliquam pecuniæ quantitatem, uel rem aliquam cuiuscunq; cōditionis, uel ualoris extiterit prætextu, uel occasione sui regiminis, uel officii nisi quatenus, & prout eis licet, uel concessum foret per formam statutorum, reformationū, & ordinamentorū ciuitatis, uel districtus Pistorii. ¶Et quilibet rector, uel officiales dictæ ciuitatis tam ciuis, & districtualis, q̄ forensis teneatur, & debeat tempore, quo iurauerit de suo officio exercendo, inter cætera, & principaliter ad sancta dei euangelia iurare in suo regimine, & officio puras habere manus. ¶Siquis uero eorum in suo officio, uel regimine puras non haberet manus, seu habere præsumpserit, condemnetur, & puniat' qualibet uice, qua cōtrafecerit, ad restitutionē eius, quod habuerit, receperit, acceperit, uel extorserit ipse, uel alter pro eo illi, a quo habitū, receptū, extortū, uel acceptū extiterit, & ultra penis infrascriptis cōi Pistorii applicā dis pro dimidia, pro quarta accusatori, & pro reliqua Rectori, officialibus, seu magistratibus pro ut infra dicetur, uidelicet. ¶Quod si Potestas, Capitaneus, uel alterio officialis ciuitatis Pistorii puras manus nō habuerint petendo, recipiēdo, accipiēdo, uel extorquēdo, ut superius dictū est, puniant', & cōdemnētur per eorū sindicos pro baratteria, & tanq̄ baratterii pena librarū ducentarū ad minus, & plus usq; in quingētas arbitrio dictorū sindicorum inspectis qualitatibus personarū, & delictorū. ¶Si uero Iudex, aut milesſocius, aut notarius Potestatis, Capitanei, uel alterius cuiuscunq; Rectoris, & officialis, uel notarius maleficiotū, seu quicunq; forensis ad aliqd aliud officiū in ciuitate, uel districtu Pistorii deputatus, ut supra cōtrafecerint, seu extorserint, puniātur, & cōdemnētur per eorū sindicos pena librarū centū ad minus, & plus usq; in trecētis arbitrio dictorū sindicorū inspecta qualitate personarū, & delictorū. ¶Si autē fuerit domicellus, familiaris, uel berrouarius alicuius officialis forēsis puniat', & cōdēnetur pena librarū quinquaginta den. arbitrio sindicorū prædictorū. ¶Et insuper quicunq; Rectorū prædictorū, uel officialiū, seu eorū familiarū de baratteria, seu de nō habitis puris manibus, uel quia cōtra prædicta, uel aliquod prædictorū fecerit, uel cōmiserit, fuerit cōdemnatus, non possit in perpetuum eligi, uel recipi quoquo modo ad aliquod officiū regimē, uel baliam, seu cū aliquo Rectore uel officiali in ciuitate uel districtu Pistorii. ¶Siquis uero ciuis

uel

uel districtualis Pistorii contra prædicta: uel aliquod eorum fecerit: uel cõmiserit: puniatur: & condemnetur pro baratteria: & tanq̃ baratterius per dictum dominum Capitaneũ populi ciuitatis Pistorii: si fuerit Prior uel Vex. iusticiæ dictæ ciuitatis in libris centum den. ¶ Si uero aliquis officialis ad officium aliquod in ciuitate Pistorii: uel districtu deputatus in libris quinquaginta den. & in perpetuum non sit: nec esse possit in aliquo officio: uel balia dictæ ciuitatis. ¶ Et prædicta non extendantur ad notarios ciues: uel districtuales pistorienses: quibus ex forma statutorum: uel ordinamentorum: uel reformationis dictæ ciuitatis: uel eius districtus liceret solutionẽ recipere de scripturis: quas fecerint in officio: seu quibus non foret per hæc statuta: reformationes: & ordinamenta prohibitum dictarum scripturarum solutioni recipere: uel habere. ¶ Sed si aliquid acciperent: peterent: uel extorquærent de ipsis scripturis ultra: q̃ eis liceret ex forma statutorum: reformationum: uel ordinamentorum: in huiusmodi casibus condemnentur ipsi notarii: qui plus debito acciperent de scripturis prædictis: in quadruplũ eius: quod indebite acceperint: & ultra in libris quinq; den. arbitrio sindicorum: qui eos sindicabunt. ¶ Et nullus ciuis possit condemnari pro baratteria: eo q; receperit aliqua commestibilia: uel potabilia ualentia solides quinq; uel ab inde infra: & de prædictis: uel eorum quolibet possit probari per unum testem de uisu bonæ conditionis: & famæ: & per quatuor testes de fama ciusdem conditionis: & amæ: uel per octo testes de fama conditionis: & famæ prædictæ. ¶ Et quæcunq; persona accusauerit: uel denunciauerit aliquem ex prædictis rectoribus: uel officialibus: uel eorum familiaribus de baratteria: seu de prædictis: uel eorũ aliquo: uel qui testificatus fuerit: non possit: uel debeat condemnari: puniri: uel aliqualiter molestari pro eo: q; eum: quem accusauerit: uel denunciauerit: seu contra quem testificatus fuerit: corruperit: seu corrupisse diceretur: non obstante statuto sub rubrica de pena corrump. potest. uel aliquo alio statuto ordinato: uel ordinãdo: seu reformatione dictæ ciuitatis. ¶ Et de prædictis: & quolibet prædictorum possit cognosci: procedi: & condemnari cum accusatione: & denunciatione cuiuscunq; personæ ciuitatis: uel districtus Pistorii: & per inquisitionẽ ex officio sine aliqua accusatione: uel denunciatione infra annũ post finitũ officiũ: nõ obstãte aliqua sententia absolutoria lata super generali inquisitione formata. ¶ Pro qua quidem pena imponenta suprascriptis Rectoribus: officialibus: aliisq; personis suprascriptis prædicti cõtrafacientes intelligantur esse: & sint suppositi officialibus legũ: octo custodiæ: & baliæ: ac etiam officio quatuor Commissariorum ciuitatis Florentiæ super rebus Pistoriẽsibus: inter quos habeat locũ prætũctio: & sit in electione uolẽtis accusare: uel denũciare: quã accusationẽ: uel denunciationẽ facere possint trã durante eorũ officio: q̃ post infra annũ: ut supra. ¶ Itẽ ordinatũ est: q; facta tẽsina ualoris eius quãtitatis: quã actor percipere tenet̃: debitor: cuius bona essent tensita: non possit per aliquem Rectorẽ: uel curiã capi: nec detineri personaliter: nec aliqua alia tensina fieri pro eodem debitor: nec econuerso: & si tensina pro tota quantitate debiti facta non esset sufficiens: alia fieri possit usque ad integram quantitatem debiti: unica tamen solutione

expensarum: de quibus dictum est supra: & in aliis capitulis interueniente: & non plus: licet plures essent tensinæ. ¶ Et si creditor peteret: & uellet se cundum ueram quantitatem extimationis res tensitas sibi adiudicari: tunc & eo casu sibi dari: & adiudicari possint: & debeāt per dictos Rectores: seu alterum eorum infra uigiuti dies: & secundum q̄ supra dictum est in statuto sub rubrica de tens. fiend. & proseq. quæ si non sufficerent: tunc licite possit ad requisitionem creditoris alia tensina fieri: aut ad capturam personalem debitoris procedi: & exequi usq; quo fuerit creditori satisfactum procedendo de una in aliam: ut dictum est: & prædicta seruari debeāt per dictos Rectores: & eorum curiam sub pena librarum centum den. ut supra applicandarum. ¶ Nulla etiam persona possit aliquid soluere ultra salaria supradicta in statutis contenta ad penam librarum uigintiquinq; den. cuius medietas sit communis: & altera Rectoris exigētis: & quilibet Rector possit in perpetuum de prædictis cognoscere: & condemnare. ¶ Et nullus rector: seu officialis ciuitatis: & districtus Pistorii: uel alius de eorum curia: & familia possit aliquid accipere: uel petere ab aliqua persona: quæ detenta esset in palatio: uel in quocunq; loco palatii ipsius Rectoris: uel officialis quacunq; de causa: etiam si ipsam personam detentam mitteret: & mitti faceret in suis carceribus occasione dictæ detentionis: uel carcerum: non obstātibus in prædictis aliquibus statutis consuetudinibus: uel ordinamētis de prædicta materia loquentibus: tractantibus: uel in contrarium disponentibus: quibus: & cuilibet ipsorum intelligatur esse: & sit generaliter: & specialiter derogatum sub pena: & ad penā: de qua supra: pro qualibet uice qua contrafieret: ut supra applicāda m: & pro qua sint supposīti: ut supra in aliis casibus dispositum est.

De pecunia mutuo nō acquirēda p̄ Rectores. Rubrica xxv.

Statutum est: q̄ Potestas: Capitaneus: seu Commissarius: uel alius officialis communis Pistorii non possint: uel debeant per se: uel alium de eorum: seu alicuius eorum familia acquirere ab aliqua persona ciuitatis: uel districtus Pistorii mutuo aliquas quantitates pecuniarum: & ita ipsi: & quilibet de familia ipsorū iurare: & facere teneant: & quoties cōtrafecerint: seu eorū aliqs cōtrafecerit: pdāt p̄ qualibet uice de eorū salario libras uigintiquinq; den. & in tantū cōdemnentur a sindicis eorū: & mutuans condēnetur a Potestate in libris decem den. & dicti officiales non possint mutuare: & si fieret cōtra, nō ualeat: & nō teneat: & sit ipso iure nullū: & nullius efficaciæ.

De eo quod fuerit illicite ex torto rēstituēdo. Rubrica xxvj.

Quicunq; Rector: seu officialis: uel alia p̄sona: quæ debet sindicari: & cōdēnari in aliquo reddēdo: uel dādo cōi Pistorii: & inuentū fuerit, q̄ ipse rector officialis, uel alia p̄sona prædicta sup hoc sindicāda, abstulerit, uel receperit aliquid iniustæ, totū id, quod ablatū fuerit, uel extortū, aut acceptū, reuertatur ad illā personā, quæ illud dedit, uel cui illud ablatū, uel extortum fuerit,

& con

& condemnetur communi Pistorii in duplum: salui aliis capitulis: & statutis de prædictis loquentibus.

De non pignorando res ecclesiasticas. Rubrica xxvij.

STatutum est pro augmento diuini cultus: & ut ecclesiæ eorum ornamenta culpa Rectorum: & pastorum earum: & defectu non spolientur: & mutuantis uorago cæsset: q̃ nulla persona cuiuscunq; status: uel conditionis existat nullo modo audeat: uel præsumat prætextu alicuius mutui: depositi: uel accomãdigiæ: quæ per eos fieret recipere: uel tenere quoquo modo in pignus uel pro pignore: uel aliqua alia securitate: uel obligatione aliquem calicem, cruces: turribula: uel aliqua alia ornamenta: & fulcimenta auri: uel argenti alicuius ecclesiæ: nec aliquos libros: pianetas: dalmaticas: tunicellas: camices: amictus: uel aliqua alia fulcimenta: & ornamenta alicuius ecclesiæ. ¶ Et qui cõtrafecerit: nil possit petere a tali: cui mutuasset: & nihilominus quilibet Rector: & officialis ciuitatis Pistorii ad petitionem: & instantiam cuiuslibet Rectoris: & cappellani: uel operariorum: seu cuiuslibet parrochiani ipsius ecclesiæ teneantur: & debeant diuini cultus intuitu: & sub pena perjurii restitui facere ipsi ecclesiæ dicta fulcimenta: & ornamenta: quæ pignorata: & obligata essent: & reperirentur libere: & sine aliqua expensa inde fienda.

De discordijs pacificandis. Rubrica xxviij.

SIquæ discordiæ fuerint inter aliquas personas de ciuitate: uel districtu Pistorii. Statutum est: q̃ ad mandata communis teneantur Capitaneus populi: & domini Priores tractare: & facere pro posse: q̃ ipsi deuient de dicta discordia: & ad pacem ueniant: uel concordiam: uel saltem treugam ponere: & firmare inter ipsas personas infra quindecim dies inde a die factæ discordiæ futuros: uel a die scientiæ ipsarum: seu a die qua requisiti fuerint per aliquem ex dictis partibus. ¶ Et si aliqua persona nollet ad mandata Capitanei: Priorum & Vex. iusticiæ ciuitatis Pistorii: uel duarum partium priorum: & Vex. facere de ipsa discordia pacem: uel treugam infra dictum tempus condamnetur arbitrio domini Capitanei: & dominorum Priorum & Vex. Iusticiæ: donec dictam pacem uel treugam fecerit: ut dictum est: duntamen treugam teneatur facere per unum annũ ad minus: & ultra prout dominis prioribus & Vex. iusticiæ uidebitur.

De pacibus obseruandis. Rubrica xxix.

PRouisum: & ordinatum est: q̃ dominus Potestas: & quilibet alius Rector ciuitatis: & districtus Pistorii teneatur: & debeat obseruare: & obseruari facere omnes paces factas: & quæ fierent: & etiam facere dari: & præstari fideiussores bonos, & idoneos approbandos concorditer per dictas partes, & si non erunt in concordia, per dictum Rectorem, a quo prædicta fieri facerẽt, & ea fieri facere teneantur dicti Rectores tam ex suo officio, q̃ ad alterius petitionem, & non obtemperantes sibi in prædictis possint punire, & condemnare inspecta qualitate personæ inobedientis.

De summaria cognitione questionis preterru capitulorum pacis. Rubrica xxx.

AD tollenda iurgia: & scandala: quæ possent oriri inter ciues: comitatinos: & districtuales ciuitatis Pistorii: & ad corroborationem & augmentum pacis. Statuimus: & ordinamus: q̃ Rectores ciuitatis Pistorii: qui pro tempore fuerint: & eorum Iudices teneantur: & debeant quæstiones: & lites: quæ coram eis uentillarentur: seu uentillabuntur uigore: seu prætextu capitulorum pacis: cognoscere: terminare: ac diffinire summarie: & de plano sine strepitu: & figura iudicii: & sine litis contestatione: & non obstante q̃ ordo iuridicus seruatus non fuerit.

De treugis & securitatibus prestandis. xxxi.

SIquis ciuis: uel districtualis communis Pistorii peteret coram aliquo Rectore dictæ ciuitatis: uel districtus sibi præstari: uel fieri treugam: seu securitatem ab aliquo: de quo dicat se timere: ne ipsum offenderet ratione alicuius odii: uel inimicitiæ: teneatur dictus Rector: uel eius Iudex maleficiorum: qui requisitus fuerit: requiri facere per nuncium communis Pistorii personaliter: uel saltem ad domum: ubi habitat: uel habitare consueuit: illũ a quo treuga: uel securitas præstari petitur: q̃ infra terminum competentẽ comparere debeat coram eo ad treugam: uel securitatem præstandam tali petenti: & cum uenerit: cogat eum facere treugam: uel securitatem ipsi petenti præstare: & pro tali securitate: uel treuga dare fideiussores idoneos secundum suam possibilitatem: & discordiæ qualitatem: & de possibilitate: & qualitate sit in arbitrio rectoris: & ipsa treuga duret per tres annos: & pro tribus annis fiat: duretq̃ treuga prædicta: & securitas de non offendendo duret toto tempore Rectoris recipientis: seu recipi facientis securitatẽ prædictam: & ultra per unum mensem. ¶ Et si talis requisitus non uenerit: & dictam securitatem: & treugam non fecerit: uel præstiterit: Rector ipsum talem non præstantem treugam: uel securitatem cogat ipsam treugam: & securitatem tali petenti facere: & præstare: & nihilominus ipse treugam: & securitatem non præstans exbannitur: & condemnetur arbitrio ipsius Rectoris inspecta qualitate personæ: & negocii: dummodo non possit condemnari: nisi in pecunia: uel relegatione: & habeatur exbannitus pro maleficio nec aliquod ius: uel ratio ei seruetur: uel reddatur per officiales communis Pistorii. ¶ Et quicunq̃ occasione prædicta exbanniretur: exbanniri debeat per bannitores communis Pistorii per totam ciuitatem in locis cõsuetis: & maxime: si fuerit ciuis: ad domum suæ habitationis: rector uero: qui eos sic condemnaret: debeat eos condemnare sub conditione uidelicet q̃ si infra decem dies a die factæ condemnationis comparuerit coram ipso rectore, & securitatem: & treugam fecerit: & satisfecerit: ut supra dictum est: per se: uel eorum procuratores ad hoc specialiter constitutos: ipsi eximantur: & cancellentur a dicto banno: & condemnatione: seu relegatione: nihil propterea soluendo communi: uel alii pro communi dicta de causa: & non habeantur

beantur pro exbannitis: uel condemnatis: & si Rector de prædictis requisitus contrafaceret: uel ea non obseruauerit: condemnetur per eius sindicos in libris centum den. ¶ A prædictis autem excipimus: q̃ nullus offensor: uel qui offensionem fecerit: uel faciet in futurum in personam alicuius a tali offenso: uel eius consanguineo petere: uel habere securitatem possit: & Rector non teneatur cogere talem offensum: uel eius consanguineos securitatem: uel treugam præstare tali offendenti: hoc tamen non præiudicet consanguineis ipsius offensoris: quin treugam: & securitatem petere possint ab offenso: uel eius consanguineis. ¶ Possit etiam quilibet Rector ut supra cogere homines de casatis ciuitatis: & districtus Pistorii habẽtes inter eos discordiam: siue brigam facere: & præstare inter se treugam: uel securitatem & ipsam uallare: & firmare idoneis fideiussoribus: penisq̃: & p̃ missionibus oportunis. ¶ Et omnes promissiones: obligationes: renunciationes: & ratificationes: & omnia alia: quæ continentur in treugis: uel securitatibus: de quibus supra fit mentio, sint firma, & rata tam per principales q̃ per fideiussores, nec retractari debeant: uel possint de iure, uel de facto prætextu minoris ætatis, uel alicuius priuilegii, uel beneficii suffragio, iure canonico, uel ciuili, uel etiam auxilio alicuius statuti, uel ordinamenti æditi, uel ædendi, quin ipse treugæ, & in eis contenta inuiolabiliter perdurent. ¶ Et in promissione treugarum, uel securitatum omnia intelligantur per stipulationem solemniter facta, si ibi quantitas reperiatur adicta & renunciata, & omnia, & singula suprascripta, etiam si ibi non sint. ¶ Et Rector, Iudex, & notarius, qui recipiunt promissiones, & stipulationes treugarum, & securitatum ipsas treugas, & penæ adiectiones stipulentur solemniter pro quarta parte communi Pistorii, & pro quarta parte parti, seu personæ, cui fieret treuga, uel securitas pro quarta Magistratui dominorum quatuor cõmissariorum ciuitatis Florentiæ super rebus pistorien sibus eo uigente, & in eius defectu officio, & magistratui D. octobaliæ, & custodiæ ciuitatis Florẽtie, & pro reliqua quarta parte Rectori exigenti, & uenire facienti locis, & personis prædictis. ¶ Et si quis ruperit treugam, condamnetur de maleficio, tanquam si commisisset maleficium, uel alteram personam, cui facta nõ esset treuga secundum formam statutorum, uel iuris offendisset. ¶ Qua condemnatione facta Rector, & eius Iudex præcise teneantur absq̃ libelli oblatione, & petitione sine strepitu, & figura iudicii offensorem, & eius fideiussores pro treuga prædicta ad soluendum infra quindecim dies in persona, & rebus compellere penam conuentionalem promissam pro obseruãda treuga, modo & forma, & locis, & personis prædictis ut supra continetur. ¶ Saluo q̃ si offensor habuerit pacem ab offenso, uel eius hæredibus infra decem dies a die factæ condemnationis, ipse offensor, nec eius fideiussores ad dictam penam conuentionalem soluendam quoquo modo etiam applicatam non teneantur, sed intelligantur fuisse, & esse de ipsa pena, & cõdemnatione in totum liberati, & penitus absoluti. ¶ Et ad tollendum omnem contentionem, quæ fieri, & oriri posset in treugis, pacibus, & securitatibus præstandis, & faciẽdis, declaratur, q̃ in suprascriptis treugis, & securitatibus & in quibuscunq̃ pacibus quoquo modo faciendis, nullus possit cogi pro-

mittere pro aliquo eius coniuncto, uel consorte, qui sit sibi cõiunctus ultra quartum gradum secundum ius ciuile: & etiam nullus: qui non sit coniunctus saltim in quarto gradu ut supra: possit cogi intrare in securitate: pace: uel treuga: neq; pro aliquo offendente: uel offenso: seu timente promittere & se obligare. ¶ Notarii autem dictorum Rectorum rogati de dictis pacibus: treugis: uel securitatibus teneantur: & debeant copiam in forma autẽtica dictorum instrumentorum in discessu eorum officii in cameram communis Pistorii relassare. ¶ Et habeant: & habere: & percipere possint pro rogitu cuiuslibet instrumenti pacis: treugæ: uel securitatis solum: & duntaxat solidos quadraginta duos a parte offendente: uel securitatem petente soluendos: & nil ultra sub pena librarum quinquaginta den. & pro copia extensa in forma danda: & summenda alicui ex partibus petẽti solidos uiginti octo den. sub eadem pena applicanda pro dimidia communi Pistorii: pro quarta accusatori: & pro reliqua rectori exigenti: pro qua pena sint etiam suppositi conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ. ¶ Et si rector prædicta non obseruauerit: & executioni non mandauerit: ut dictum est: condẽnetur per sindicos: qui eum sindicabunt: in libris quinquaginta denariorũ.

De exbannitis & condemnatis rebanniendis. Rubrica xxxij.

STatutum: & ordinatum est: q; quicunq; reperitetur exbannitus: & condemnatus: uel exbannitus tantum: uel condemnatus tantum: pro aliquo excessu: uel delicto: uel genere maleficiorũ in denariis: uel alio modo: & habeat: uel habuerit pacem per publicum instrumentum ab iniuriam passo maiore quatuordecim annis: minores autem quatuordecim annis pacem reddere non possint: Potestas: & eius Iudex: & quicunq; eorum fuerit requisitus: siue a quocunq; eorum fuerit petitum teneatur: & debeat eum: uel eos rebannire: uel rebanniri facere: & de banno: & condemnatione extrahere: eximere: & eximi facere: & cancellari de libris exbannitorum: & condemnatorũ communis Pistorii: solutis primo ab eo: uel altero pro eo communi Pistorii: uel eius camerario pro communi recipienti solidis quinq; pro qualibet libra condemnationis de eo factæ: uel banni: quando esset bannitus tantũ: & sufficiat si pax reddita fuerit ipsi exbannito: uel condemnato: uel exbannito tantum: uel condemnato tantum: uel eius procuratori ad hoc specialiter constituto: & deputato. ¶ Verum siquis fuerit condemnatus: uel exbannitus ex aliquo maleficio: uel excessu: unde secundum formam statutorum poterat cõdemnari: & debebat in certa quãtitate pecuniæ: uel re: si fuerit exbannitus: uel condemnatus in maiori quãtitate: uel re: & uoluerit soluere: & soluerit camerario communis Pistorii illam pecuniam: uel rem: in qua poterat condemnari ex forma statutorum: & ordiuamẽtorum Pistorii: debeat rebanniri: & cancellari de banno: & condemnatione nil plus soluendo communi Pistorii: uel alii pro communi. ¶ A prædictis autem: & de prædictis omnibus exceptuamus bannitos: & condemnatos: uæl exbannitos tantum: uel condemnatos tantum pro robbaria stratatum: pro falsitate: pro uitio sodomitico: uel tradimento: uel uiolentia compulsiua: uel ablatiua:

tiua,uel quia interdisserit terram,uel domum ne coleretur,uel laboraretur, & exbannitos,& condemnatos tanquam assassinos, contra quos probatū fuisset per publicam famam ante condemnationem factam,& cōdemnatos, & exbannitos pro eo,q; fecerint uindictam in alterius personam,q; offendē tis,& condemnatos pro falsa moneta,& exbannitos, & condemnatos pro damno dato a libris quinq; infra exclusiue,& exbannitos, & condemnatos ad pondus numerum,& mensuram uendentes occasione alicuius uenditionis factæ cōtra formam alicuius statuti communis Pistorii in libris quinq;, & ab inde infra. ¶ Quibus nec pax,nec aliquod beneficium prosit quantū ad exemptionem de banno,uel condemnatione,nisi integre soluerint condemnationem de eis factam,quando essent exbanniti,uel condemnati, uel id,quod continetur in banno,quando essent solum exbanniti. ¶ Et siquis fuerit exbannitus,uel condemnatus ex eo,q; offenderit aliquem exbannitum,uel condemnatum pro malefitio secundum formam statutorum Pistorii,debeat eximi,& cancellari de banno,& condemnatione nil propterea soluendo communi. ¶ Et quicunq; per se,uel alium pro eo solucrit condemnationem de eo factam, uel quantitatem in banno contentam camerario communis,per notarium cameræ communis de banno: & condemnatione & quolibet eorum eximi,& cancellari debeat. ¶ Et Præses,& eius Iudex, & quilibet alius,ad quos spectat officium rebanniendi,& de banno,& condemnatione eximendi,& cancellandi,& cancellari faciendi,solutis solidis quinq; pro qualibet libra condemnationis habita pace,ut dictum est supra ipsum,& ipsos condemnatos,& exbannitos de ipsorum banno,& condemnatione per notarium cameræ infra quindecim dies a die factæ solutionis cancellari faciat,qui notarius uisa solutione,& instrumento pacis factæ, ut dictum est,licite,& impune teneatur,& debeat de libris bannitorum,& condemnatorum communis Pistorii,& quolibet ipsorum librorum talem, qui habuit pacem,& soluerit,cancellare,& ad hoc notarius ipse ad mandata cuiuscunq; Rectoris compelli possit,& condemnari in libris xxv den. pro qua libet uice,qua contrafecerit,& prædicta non seruauerit,& hoc statutum extendatur ad præterita & futura,a libris uero quinq; exclusiue infra pax non prosit aliquibus condemnatis. ¶ Et casu quo non reperiretur in ciuitate, comitatu,uel districtu Pistorii,uel prope ipsam ciuitatem per sexaginta miliaria aliquis consanguineus iniuriam passi,consilium populi in dicto casu pacem reddere possit per suum sindicum constituendum in dicto consilio obtinendo particulariter partitum,& præpositam per duas partes ipsius,& aliter non teneat,nec ualeat pax ipsa. ¶ Et similiter quando communitas esset principaliter offensa,& sustineret personam iniuriam passi, ipsa communitas possit reddere pacem obtinendo partitum per duas partes, ut supra,alias non ualeat,& ad probandum q; consanguinei iniuriam passi non sint in ciuitate,uel districtu,uel prope per sexaginta miliaria sufficiant quatuor testes bonæ conditionis,& famæ deponentes de publica uoce,& fama & non possit sindicus fieri ad pacem reddendam,nisi primo,& separatim cō demnatio cuiuslibet legatur. ¶ Et quicunq; fuerit aliquo tempore condemnatus,& uirtute pacis sibi redditæ ab iniuriā passo habuerit beneficiū

defalcationis condemnationis: ut supra dicitur, pro alia condemnatione postea alia de causa: uel excessu contra eum facta, non gaudeat beneficio pacis prædicto, sed soluat, & soluere teneatur, & debeat integram condemnationem, & computetur in numero scandalosorum.

De beneficio concesso confitenti maleficiū. Rubrica xxxiij.

AD hoc ut periuria cœssent. Statutum, & ordinatum est, q̄ siquis accusatus, denunciatus, uel inquisitus in prima sua examinatione ſponte cōfessus fuerit, se maleficium, uel excessum, de quo accusatus, denunciatus, uel inquisitus est, seu contra eum inquiritur, commisisse, in dicto casu pena nominata, quæ sibi imponi deberet, & de tali maleficio: uel excessu, si contra eum legiptime secundum formam alicuius statuti fuerit probatum, ei dari, suæ pœnæ ordinatæ in quarta parte minuatur, & in tanta minus possit, & debeat condemnari, & non ultra, & prædicta non uēdicent sibi locum in penis corporalibus.

De priuilegio cōcesso militib⁹ de deferēdo arma. Rub. xxxiiij.

ORdinamus, q̄ omnes milites ciuitatis Pistorii tam facti, q̄ illi, qui fierent in posterum, ob teuerentiam eorum militiæ possint, & eis liceat impune arma deferre offendibilia, & defendibilia per ciuitatem, comitatū, & districtū Pistorii.

Quod festiuitates custodiātur p aromatarios. Rub. xxxv.

SAncimus, q̄ omnes spetiarii, & merciarii ciuitatis Pistorii teneantur, & debeant custodire festa, & eorum aporecas non aperire, nisi modo & ordine infrascripto uidelicet, die ueneris sancti, die Pascatis natiuitatis Domini, die resurrectionis domini, die Pascatis rosatæ, die pascatis omnium sanctorum, & ipsorum dierum quolibet dicti spetiarii non possint modo aliquo de mane eorum aporecas aperire, sed dictis diebus pascalibus pulsatis horis uiginti tribus possint, & eis liceat aperire, & apertam tenere solumodo hostium dictarum apotecarum usq; ad tertium sonum de sero prout eis placebit. ¶ Declarantes, q̄ si casus euenerit, q̄ aliquis decederet, ad hoc ut sepelliat, & si aliquis infirmus egeret pro eius infirmitate, aliqua medicina, quæ non posset differri, tunc & in dictis casibus, & eorum quolibet possint dicti aromatarii, & eis liceat quolibet tempore, non obstantibus festiuitatibus prædictis eorum apotecas aperire, & ceram pro mortuis dare, & medicinas extremas pro infirmis, dummodo tali tempore nil aliud dent, uel uendant, nisi ceras, & medicinas ipsas sub pena, & ad penam solidorum uiginti den. pro quolibet contrafaciente uice qualibet auferenda. ¶ Aliis autem diebus festiuis a statuto de feriis compræhēsis dicti aromatarii, & merciarii possint de mane aperire portellum, seu hostium eorum apotecarum, & ipsum apertum tenere usq; quo diuinum officium fuerit cœptum in maiori ecclesia Pistorien si, quo cœpto statim dictas apotecas claudere teneantur, & ipsas aperire

rire non possint usq; ad serum, & pulsata hora uigesima secunda, & tunc tenere apertum solum portellum, uel unum hostium, declarantes q; dicto tẽpore possint dare ceram pro mortuis, & medicinas pro infirmis, ut dictum est, & non aliter, uel alio modo sub dicta pena. ¶ Et etiam saluo, & declarato q; in diebus festiuitatum sancti Iacobi, & sancti Bartolomei, & sanctæ crucis, quibus diebus sunt nundinæ in ciuitate Pistorii, & diebus sabatinis & aliorum mercatorum dicti artifices tenere possint impune eorum apotecas apertas in totum, & tota die uendere, pro ut eis placebit, prout fieri consuetum est, non obstantibus festiuitatibus aliquibus, quæ uenirent, & caderent in dictis diebus sabatinis, & mercatorum. ¶ Et pizicagnoli possint quibuscunq; diebus quadragesimalibus tenere apotecas apertas usq; ad horam tertiarum de mane cauta uendendi pisces salatos, & alia salumina.

Quod nullus possit conducere ad ciuitatem comitatum & districtum Pistorij sal uel salinam. Rubrica xxxvj.

STatuimus, & ordinamus, q; nulla persona cuiuscunq; status, præheminentiæ, dignitatis, gradus, & cõditionis existat, audeat, uel præsumat per se: uel alium conducere ad ciuitatem comitatum: & districtum Pistorii sal: uel salinam: & in ipsa ciuitate: comitatu: & districtu uẽdere emere: seu uẽdere: uel emi facere: & donare per se: uel aliũ: uel aliquẽ contractũ de ipso sale: uel salina facere quomodolibet sub pena librarum trecentarum de facto auferenda a quolibet contrafaciente: & qualibet uice. ¶ Et de prædictis omnibus dominus Capitaneus: & Potestas ciuitatis Pistorii: & quilibet eorũ ex suo officio: & per inquisitionem: accusationem: & denunciationem cuiuslibet inquirere cognoscere: procedere: & terminare possit: & debeat: & quẽlibet culpabilem punire: & cõdemnare in penis prædictis: quarum penarum medietas sit communis Pistorii: quarta Rectoris exigentis: & in cameram deuenire facientis: & reliqua accusatoris uel denunciatoris. ¶ Et nihilominus quilibet possit tales contrafacientes: & sal: uel salinam in ciuitate: comitatu: & districtu Pistorii conducentes: seu reducentes capere: & in fortiam communis Pistorii præsentare: & talis capiẽs: & præsentans ut supra tertiam partem dictæ cõdemnationis: & dimidiam partem præcii: quo uenderentur bestiæ super quibus sal: & salina portaretur: quę bestiæ in omni casu semper amittãtur: habeat: & consequatur.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

STATVTORVM PISTORIENSIVM INCIPIT LIBER QVINTVS.

Quod condemnationes applicentur camerae communis Pistorii & non alibi. Rubrica prima.



ADVERTENTES: quod per reformationē ædi-
tam in consilio populi ciuitatis Florentiæ: & per habē-
tes autoritatē ab eo ciuitas Pistorii fuit restituta in om-
nibus: & singulis suis introitibus: prouentibus: gabel-
lis: & aliis quibuscumq; eo modo: & forma: & cum mo-
dis eisdem: & perceptionibus: & administrationibus:
quibus prout: & sicut erat ante datam baliam in ciuita-
tem Pistorii dominis Florentinis de anno: millesimo quadringentesimo pri-
mo. ¶ Ideo declarauerunt omnia: & singula statuta maleficiorum dam-
norum datorum: siue penam imponentium uigentium in ciuitate Pistorii
de dicto anno millesimo quadringentesimo primo: & ante tempus dictę da-
tæ baliæ: fuisse: fore: & esse approbata: & confirmata uigore dictæ restitutio-
nis: & secundum illa debere procedi: tam in modo procedendi: q̄ etiam in
modo sententiandi. ¶ Et similiter omnia: & singula statuta: reformatio-
nes: & prouisiones tam communis: q̄ populi ciuitatis Pistorii quarumcum
que introituum: gabellarum communis Pistorii foræ: & esse approbata: &
approbatæ: & seruari debere. ¶ Et quod omnes: & singulæ penæ: & introi
tus quicumque tam gabellarum: q̄ maleficiorum: seu quasi tam ciuitatis Pi
storii: q̄ comitatus: & districtus eiusdem: & tam puræ q̄ conditionales: per-
tineant: & spectent: & pertinere: & spectare debeāt ad cameram communis
Pistorii: tanquam ad fiscum ipsius ciuitatis Pistorii. ¶ Et omnes: & singu
li Rectores cognitionem habentes debeant dictas condemnationes appli-
care cameræ communis Pistorii: & non alibi: nec in aliquo alio loco sub pœ
na librarum quingentarum pro quolibet: & qualibet uice: & nihilominus
condemnatio aliter facta sit ipso iure nulla: & retractari debeat: adeo quod
maleficia non remaneant impunita: & pœnæ applicentur ut supra. ¶ Et
quod ciuitas Pistorii intelligatur habere bursam: & fiscum: & camera com-
munis Pistorii habeat: & habere intelligatur omnia: & singula priuilegia fi
scі: & fisco quomodolibet attributa. ¶ Decernentes insuper quod ciuitaꝫ
Pistorii possit: & ualeat circa ipsos prouentus: & introitus: & dependentia
ab eisdem prouidere: ordinare: & reformare per eius cōsilia opportuna: pro
ut eis uidebitur: & placebit. ¶ Et omnia: & singula circa prædicta ordina
menta statuenda & reformanda per consilium populi obseruentur: & obser
uari debeant per quoscumq; Rectores: & officiales tam ciuitatis: & distri-
ctus Pistorii: quam aliunde absq; aliqua approbatione inde fienda: & sic ex
nunc (quatenus opus sit) ipsa omnia: & singula statuta: ordinamenta: &
reformationes

reformationes tam noua, q̄ uetera, & tam ædita q̄ ædenda per consilium populi ciuitatis Pistorii tam circa dictos introitus, & prouentus, quam circa modum exigendi, & circa dependentia ab eisdem obseruentur, & obseruati debeant uigore præsentis capituli, & sic (quatenus opus sit) ea approbauerunt, ordinauerunt, & deliberauerunt, non obstantibus quibuscunq; generalibus, & specialibus in contrarium facientibus, saluis tamē additionibus, & modificationibus fiendis, & quæ fieri contingerent per eius Excell. Illu. & ab ea autoritatem habentes. ¶ Declarantes, & statuentes, quod Rectores, & officiales quicumq;, qui tempore eorum regiminis facient aliquas cōdemnationes, & mulctas iuxta formam statutorum occasione alicuius delicti, uel excessus, & applicauerint eas ut supra, non possint, nec eis liceat eas exigere, nisi processerit & libera uoluntate talis condemnati ita soluere uolentis, Exceptis tamen condemnationibus, & mulctis factis occasione blasfemiæ, armorum, ludi, pro uitio sodomitico & falsitate, quas possint exigere, & ad cameram communis deueniri facere omnibus iuris, & statutorum remediis oportunis. ¶ Rectores uero, & officiales qui fecerint executionem alicuius dictarum condemnationum, & mulctarum habeant & habere, & recipere possint ad plus solidos duos pro qualibet libra eius, quod uenerit in cameram communis occasione dictæ executionis, & pro sua rata, & parte, & directu intelligendo tamen de illis condemnationibus, de quibus non esset prouisum per alia statuta, q; Rectores maiora salaria accipere possent, qui Rectores si fecerint executionem alicuius pœnæ, seu cōdemnationis legalis, uel cōuentionalis, a qua eisdem rectorib⁹ & officialib⁹ exigētib⁹ applicata esset aliqua pars, & rata, tunc & in dicto casu non possint habere, nec percipere dictos solidos duos pro libra qualibet, sed ratam tantum eis applicatam prædictam, quæ intelligatur eis applicata etiam pro directu dictæ executionis, & nil ultra petere, & recipere possint. ¶ Et quicumq; contra prædicta fecerit quoquo modo, incidat, & incidisse intelligatur in penā librarum quingentarum den. pro quolibet, & qualibet nice, pro qua sit suppositus conseruatoribus legum ciuitatis Florētiæ, & possit cognosci de prædictis quocumq; tempore, & nulla temporis præscriptione obstante, quæ pœna applicetur pro dimidia dictis conseruatoribus, pro quarta communi Pistorii, & pro reliqua quarta parte, accusatori & denūciatori. ¶ Quæ omnia habeant locum in ciuitate, comitatu, montanea, & districtu Pistorii.

De condemnationibus & mulctis fiendis per Capitaneum Montaneae. Rubrica ij.

CVm per ordinamenta condita tempore creationis officii Capitanei Montaneæ Pistorii, & per non nulla ordinamenta communis Pistorii de eius officio tractātia sit dispositum, & ordinatum, quod ipse Capitaneus debeat copiam ipsarum condemnationum ad cameram cōmunis Pistorii transferre, & non nulli procurent fine scriptura, uel de facto condemnare, & eorum cōdemnationes non appareant, & circa prædicta fraudes non nullæ committantur. ¶ Prouisum, & ordinatum est, quod ad obuiandum fraudibus,

quæ quotidie, & plerunq; fiunt, omnes, & singulæ, ac quæcumq; condemnationes, & mulctæ fiendæ in posterum per Capitaneum montaneæ superioris quacumq; de causa, & ratione, uel iure, tam de facto, q̃ ordinariæ debeant applicari cameræ communis Pistorii, & non alibi, & in ipsa camera in camerari, sub pœna librarum mille Capitaneo contra prædicta facienti, aut attentanti, in quam penam condemnari debeat per sindicos, qui eum sindicabunt. ¶ Teneaturq; ipse Capitaneus in præsentia dominorum priorũ, quando iurat, specialiter iurare, & similiter eius officiales ad sancta dei euãgelia manu tactis scripturis corporaliter prædicta omnia obseruare, & executioni mandare, & cancellarius communis Pistorii, siue notarius dominorum Priorum & Vexilliferi Iusticiæ ciuitatis Pistorii teneantur, & debeant notificare, & notum facere dictum statutum, & contenta in eo dicto Capitaneo montaneæ, quando deferretur ei sacramentum prædictum sub pena librarum centum den. suprascriptis cancellario, siue notario eis de facto auferenda, & communi Pistorii applicanda, non propterea derogãdo, uel præiudicando in aliquo alicui concordiæ de prædictis factæ inter commune Pistorii ex parte una, & homines, & communitates montaneæ prædictæ ex altera, saluo etiam quod prouisum est infra sub rubrica quod Capitaneus, & Potestas, & alii officiales forenses, circa suprascriptas mulctas, & condemnationes, quæ omnia in sua firmitate permaneant circa officium Capitanei montaneæ. ¶ Et insuper dictus cancellarius communis Pistorii ultra notificationem prædictam teneatur dare copiam præsentis statuti cuilibet Capitaneo montaneæ immediate post eius iuramentũ sub dicta pœna. ¶ Nouerit uero dicti domini Capitanei teneantur, & debeant copiam condemnationum quarumcumq; factarum per dictum eius Capitaneum præsentare, & relassare notario cameræ communis Pistorii in membranis die prima sui sindicatus coram sindicis, qui eum sindicabunt, sub pœna prædicta. ¶ Et quando dictus Capitaneus, uel eius milesso cius, seu notarius uenient ad sindicatum, primo, & ante omnia deferatur dicto notario iuramentum per notarium sindicorum, quod ipse Capitaneus non fecerit alias condemnationes, q̃ eas, quas præsentauerit.

De duplicandis condemnationibus. Rubrica iij.

QVando Capitaneus, seu Commissarius, uel Potestas faciunt aliquas condẽnationes de aliquo maleficio, uel quasi, teneantur, & debeant ipsi, & quilibet ipsorum, antequam ipsas condemnationes legi faciant in consilio, ipsas facere duplicari in membranis. ¶ Et quando aliquis ipsorum debet condemnare aliquem, uel aliquos, antequam legi faciat in consilio eam, mittãt pro notario cameræ communis Pistorii, & ei dare copiam faciant de condẽnationibus fiendis tunc, & aliam sibi retineant, qui notarius cameræ sedere debeat ad bancum Capitanei, uel Rectoris facientes ipsas condẽnationes, & absolutiones, & ascultare debeat condemnationes, quæ legentur, & si eas concordare inuenerit, reponat, & reassignet in camera communis, & sint, & habeantur pro autenticis, si autem discordare inuenerit, Capitaneus, uel

Potestas

Potestas faciat corrigere, & concordare, & antecq̃ concordanerint, & correctæ fuerint, ulterius nõ procedatur, & dicti Rectores teneantur proprio iuramẽto nõ facere legere in cõsilio aliquas condẽnationes, nisi secundũ modum prædictum. ¶ Quæ quidem condemnationes possint, & debeant a notario cameræ pro tempore existenti cancellari facta solutione per condẽnatos, uel aliquibus causis per formam statutorum Pistorii dispositis præcedẽtibus, & non ab aliquo alio fieri possit ipsa cancellatio sub pœna librarum uigintiquinq; den. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit, pro qua pœna sint, & esse intelligantur suppositi Conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ, quibus pro dimidia talis pœna applicetur, & pro alia dimidia accusatori.

De arbitrio ꝛ balia dñi potestatis: ꝛ cuiuscũq; alteri⁹ Rectoris quocũq; nomine vocet: ꝛ eorũ iudicis sup maleficijs. Rub. iiij.

ORdinatum, & statutum est, quod dominus Potestas, & quilibet alius Rector ciuitatis Pistorii, & eorũ collaterales, & iudices maleficiorũ, & uterq; uel eorũ aliter possint, & possit cognoscere cum accusa, seu denuncia de omnibus, & singulis maleficiis, uel quasi maleficiis, & excessibus, quæ cõmitterentur tempore toto eorum, uel cuiuslibet eorum regiminis, & ea inuenta punire, & condẽnare pœnis contentis in statutis, & ordinamẽtis cõmunis Pistorii, & maxime statuti rubrica infrascripta de officio iudicis maleficiorum, dum tamen denunciatio, uel accusatio porrigatur modo, & forma contentis in proxime subsequenti capitulo, & præter cætera omnem aliam baliam habeant, & exercere possint, quæ ipsis Rectoribus, & officialibus concessa sunt per quæcunq; ordinamenta ciuitatis Florentiæ nõ obstante præsenti, & quocunq; alio statuto communis Pistorii.

De ordine ꝛ officio maleficiorum. Rubrica v.

STatutum, & ordinatum est, quod quando aliquis accusat aliquem de maleficio, debeat infrascripto modo procedi, primo ponatur, & scribatur petitio accusantis, secundo iuretur accusam ueram esse, & non calumniosam, & promittat eam prosequi, tertio interrogetur, & sciatur, si habet procuratorem, uel aduocatum, quarto dentur fideiussores, & scribãtur fideiussores approbandi, & qui approbari debeant a camerario cõmunis Pistorii, quinto scribatur, & detur licentia recipiendi testes ad iuramenta, & processus complẽdi in eius absentia, sexto scribatur terminus datus ad prosequændum, septimo scribatur commissio nuncio, & præconi citandi. Octano scribatur relatio nuncii, & præconis. Nono, si reus non comparuerit, banniatur, & præconi committatur. Decimo scribatur relatio præconis.

De officio iudicis maleficiorum. Rubrica vj.

STatutũ, & ordinatũ est, quod iudex dñi Capitanei & dñi Potestatis, uel alterius eius locũtenẽtis sit iudex maleficiorũ cõis Pistorii, & cognoscat, & cognoscere possit, & debeat ipse, & qlibet alius iudex maleficiorũ cõis Pistorii de oĩbus, & singulis maleficiis, & delictis cõmissis in ciuitate Pistorii, uel districtu inter quascũq;, & p quoscũq;, ac etiã ubicũq; cõmissis, & de oĩbus de

lictis cõmissis in quocũq; loco ciuitate, uel terra, p aliquẽ forẽsem cõtra aliquẽ ciuẽ, uel districtualem Pistorii, qui Iudex maleficiorũ super maleficiis cognoscat, & cognoscere teneatur, & debeat hoc modo & ordine, uidelicet. ¶ Quod accusationem uel denunciationem recipiat ab iniuriam passo, siue sit sui iuris, siue sit in patria Potestate constitutus absq; patris consensu, uel a patre pro filio, uel a fratre pro sorore, aut ab aliqua persona coniuncta iniuriã passo, & a magistro pro discipulo, & econuerso, domino pro colono uel pro uassallo, & seruiente, uel a sindico pro uniuersitate, seu conuentu, p colegio, uel a tutore, uel curatore pro pupillis, uel minoribus, aut a marito pro uxore, uel e conuerso, uel aliquo de domo iniuriã passi, uel ab aliquo, cui pertinet de iure. ¶ Et accusatione uel denũciatione recepta iurare faciat ipsum denunciantẽ, uel accusantem, quod ipsam accusam, uel denunciã credit esse ueram, & eam nõ porrexit, nec porrigit animo calũniandi. ¶ Quo iuramento præstito faciat ipsum promittere, quod accusationẽ, uel denunciationem prosequatur sub pœna in statutis contenta, & fideiussorẽ approbatũ ab eo recipiat, quod ipsam prosequatur sub dicta pœna, in qua dictus Iudex condemnare eum possit, & teneatur, si ipsam prosecutus non fuerit. ¶ Quo facto dictus Iudex citare faciat reum expensis actoris per nuncium cõmunis Pistorii, ut cõpareat coram eo ad terminũ sibi iniunctum, quæ citatio faciat in scriptis cum apodissa continente nomẽ accusatoris, & nomen accusati, uel inquisiti, & totum tenorem substantiæ maleficii, de quo contra eum proceditur, & terminum infra quem debeat cõparere, qui sit ad minus duorum dierum & debeant dictæ cœdulæ dari citato, uel poni ad hostium suæ habitationis, & si nõ habitauerit in ciuitate, uel comitatu Pistorii affigatur, & apponatur ad hostia ecclesiæ uel capellæ loci, ubi habitare consueuit. ¶ Et ipsa die inquisitionis, accusationis, uel denũciationis factæ teneatur iudex per nunciũ cõmunis Pistorii transmittere copiã ad cameram notario cameræ cõmunis Pistorii clausam & sigillatã sigillo talis Rectoris, uel Iudicis continentẽ totum effectũ accusationis, denunciationis, uel inquisitionis, de quo proceditur corã eo, & ipsi notario cameræ realiter relassare, nec possit de ipsa camera extrahi per aliquẽ rectorẽ, uel aliquã personã, sed ibi stare debeat, & cunctis copiã uolẽtibus dictus notarius tradere teneat, pœna librarũ centũ, de qua trãsmissione, & tradditione apparere debeat in actis iudicis procedẽtis, in forensibus uero seruetur forma statutorũ loquẽtium de forẽsibus. ¶ Et dẽtur dictæ cœdulæ dicto citato in libertate ppria cõstituto, nec possit pro prima citatione citari, uel sibi cœdula dari p aliquẽ nunciũ cõmunis Pistorii alicuius accusæ, denunciæ, uel inquisitionis de eo factę de aliquo maleficio, uel excessu, excepto, q̃ accusato, uel inquisito occasione rubariæ stratarũ, furtorũ cõmissorũ per fures, & latrones publicos, & famosos, raptores uirginũ, uel sanctimonialis prædictæ ciuitatis, uel alicui castri, uel rocchæ, fortilitiæ, terræ, uel uillæ, & huiusmodi, ꝓditores, tractores, falsatores monetæ, feritæ sanguinolente factæ manu plena cum aliquo genere armorum in uultu alicuius ciuis, uel districtualis Pistorii, ex qua ferita cuidens cicatrix facta sit, perpetuo remansura cicatrice, & de cicatrice, quod sit remansura, constet in actis de iudicio duorum medicorum chirusicorũ

rusicorum parti, seu partibus non suspectorum, & contra intrantes in Ciuitate Pistorii aliter, q̃ per portas, & de destructione murorum, uel portarum dictæ Ciuitatis, & occasione maleficii commissi ad uindictam, seu pro uindicta cum aliquo genere armorum, & cum sanguinis effusione in personam alterius personæ, q̃ primo offendentis, ac pro assassinatu, & uitio sodomitico, nisi extra palatium, & domum Rectoris, qui uel eius Iudex, uel aliquis de sua familia citationes, & cœdulas dictas fieri mandauerit, & ubi persona citanda tẽpore citationis existeret in ꝓpria libertate, & nõ detenta in palatio, uel domibus præfatoꝝ Rectorũ, uel alibi ad petitionẽ ipsius Rectoris, uel alicuius de sua familia. ¶ Quod si persona citanda citata esset in carceribus possit, & debeat citari personaliter, & sibi cœdula modo prædicto dari in dictis carceribus, uel domi ipsius & suæ familiæ, ita quod die sequenti post diem factæ citationis, uel postea, non ante ipsum sequentẽ diem superfluites carcerũ possint, & debeant, teneanturq; talẽ citatũ ad eius petitionẽ, si uoluerit cõparere, ducere sub fida custodia corã Rectore, uel iudice, cuius mãdato fuerit citatus, ad bancũ iuris in hora tertiarũ, uel uesperarũ, & de citatione, & cœdulæ dimissione stetur, & stari debeat, & credatur relationi nuncii, cui cõmissum fuerit, & debeãt dictæ cœdulæ registrari in actis una cum cõmissione citationis. ¶ Et prædicta non uendicent sibi locũ in ꝓcessibus dãnorũ datorũ, de quibus imponitur pœna librarũ decem denũ. uel ab inde infra, nec in aliis extraordinariis iudiciis, ubi imponit pœna libris quinq; infra. ¶ Et si reus contra quẽ ex officio in casu permisso, uel per accusationem, uel denunciationem ꝓceditur, nõ cõparuerit ad terminũ sibi datũ, Iudex faciat eum inbãniri, dando ei terminum secundum qualitatẽ causæ (dũ modo terminus sit ad minus ttiũ dierũ) & delictũ ponarũ, & loci ¶ Qui si contumax sit, & fuerit, & propter eius contumaciã exbãnitus nõ uenerit ad præcepta ante tẽpus condẽnationis, elapso termino banni possit, & debeat, tanq̃ si de maleficio constaret, cõdemnari, & eius contumacia, elapso termino banni, & eo perseuerante in contumaciã usq; ad cõdemnationem, habeatur pro plena probatione, ac si de maleficio constaret. ¶ Et si infra terminum sibi datũ cõparuerit, uel etiã post terminũ ante cõdẽnationẽ factã, soluendo camerario cõmunis Pistorii solidos quinq; pro banno, si bãnum datũ esset, de dicto bãno eximatur, & cancelletur. ¶ Et Iudex ipsum cõparentem faciat iurare de ueritate dicenda, & diligenter ipsum examinet super accusa, seu denuncia, seu inquisitione, ubi inquiri permittitur, & per ordinẽ scribere faciat eius dictum, siue fuerit sui iuris, siue in patria potestate. ¶ Et quilibet (quãtũ ad maleficia, uel quasi, & processus maleficioꝝ) habeat, ac si esset sui iuris, dũmodo omnes exceptiones, defensiones, & oppositiões quæ competerebant sibi ante responsionem, & in ipsa responsione, & post eã intelligãtur esse, & sint ipso iure reseruate, ac si nominatim illas exposuisset & expressisset, quas liceat sibi opponere, & specificare infra decem dies & nõ postea, quæ responsio fieri possit, & recipi in scriptis, & sine scriptis, dum tamen cõfiteatur, uel neget factũ, de quo ꝓcedit, cõtra ipsum, cũ quibuscũq; uerbis excusatoriis, uel sine, itaquod sup accusatione, denũcia, uel inquisitione possit ad ulteriora ꝓcedi. ¶ Qua responsione facta, si fuerit crimẽ, uel ma

leficiū ꝓ quo debeat ꝑdere mēbrū, uel personā, nō possit eū detinere, sed statim facta responsione, debeat eum mittere ad carceres cōmunis Pistorii, nec ipsum possit in palatio retinere. ¶ Saluo quod prædicta non uendicent sibi locū in principalibus, cōtra quos per accusationē, uel inquisitionē ꝓcedi tur ex causis, ex quibus permissum est rectoribus, & officialibus per inquisitionem procedere per formā præsentium statutoꝝ. ¶ Si uero fuerit catus maleficii, in quo non debeat membrum, uel personā amittere: uel alia pena personalis imponi, tunc eum, recepta securitate idonea, relaxare teneatur, & debeat, nec ipsum modo aliquo detineat personaliter, uel ad carceres mittat. Nec ipsum etiam personaliter detineat, uel ad carceres mittat, cui principaliter pœna imponitur pecuniaria licet in defectu solutionis imponeretur pœna corporalis, sed si fatildederit idoneæ iuxta formā suprascriptā, audiat, & non mittatur ad carceres, nec etiā possit illū detinere, uel ad carceres mittere occasione alicuius inquisitionis formatæ cōtra eum de nouo pendente dicto processu, nisi inquisitio formaretur ad denunciā alicuius ciuis, uel districtualis ciuitatis Pistorii, cui permittatur ex forma statutorū alias si securitatem non dederit, ut dictū est, ipsum detineat, dūmodo nō in palatio, sed solū in dictos carceres mittat eundem. ¶ Et die iuramenti prastiti, & examinationis de eo factæ assignetur terminus per iudicem cognoscent, decē dierū recōparenti od omnem suam defensionē faciendā, qui terminus, licet non fuerit assignatus expresse, nihilomrnus intelligatur statutus ipso iure, & actori, si tunc actor præsens fuerit, ad prosequēdum dictā accusationem, uel denunciā, si uero præsens nō fuerit, etiam eidem actori ipso iure intelligatur assignatus. ¶ Infra quem terminum iudex recipiat omnes probationes saltem ad iuramentum siue aparte, siue ex officio suo, ubi ex officio sibi procedere permittitur, & non ulterius ullo modo quantū ad iuramentum testes recipiat, & testes scripti, & positi super accusam intelligantur legiptime fore producti per ipsum acculatorem, uel denunciatorē, quoꝝ iuramenta ipse iudex possit recipere in absentia dicti accusatoris, uel denunciatoris, ipsa absentia non obstante. ¶ Qui terminus decem dierum nō currat ꝓcessui ipsis testibus existentibus contumacibus, quos testes ob dictam eorum contumaciā elapso termino citationis, & bāni dati eildē infra decē dies prædictos, & infra decē dies proxime secuturos possit, teneat, & debeat ipse iudex in libris decem dcn. pro quolibet eorū de facto condēnare semel, & plures, a quibus condēnationibus testium non possit appellari, uel de nullitate opponi. ¶ Et si per testes ex officio, uel ab accusatore, uel denūciatore inductos, & iuratos, uel alio legiptimo modo inuenerit ueritatem maleficii cōmissi, licet accusator, uel denūciator nō fuerit prosecutus accusam, uel denunciā, quā dictus iudex cognoscens prosequi teneatur facere, ex suo officio possit, & debeat ipse rector cognoscens de cōsilio iudicis ipsius rectoris condēnare. ¶ Si uero ueritatē nō plene inuenerit, ita ut possit ad eōdem nationē ꝓcedere, sed legiptima inditia ad torturā, & cōfessionē crucdā, uel saltē sit, ꝓbatū maleficiū ꝓ unicū testē bonæ cōditionis, & famæ legiptimæ ꝓbantē, & p aliū inditiū, uel alia inditia, possit & debeat accusatū citari facere, ut ueniat infra tertiam diem personaliter ad confitendū maleficiū, uel se

defendendum, quod non debeat confiteri, & si infra dictum terminum non uenerit, habeatur pro confesso, non tamen quod ei prosit ad diminuendū condemnationē prædictam ex confessione prædicta. ¶ Et si comparuerit infra dictum terminum, & dixerit inditia non fore legiptima, & quod ex eis uel ex dicto unius testis prædicti, & ex dictis inditio uel inditiis possit, & debeat torqueri, uel cogi confiteri, interim non currat tempus prædictum datum ad condemnandū, uel ad absoluendū ipsi iudici cognoscenti. ¶ Et si pronunciatum fuerit inditium, uel inditia fore, & esse legiptimū, & legiptima, ut ex eo, uel eis cū dicto unius testis possit, & debeat torqueri, facta dicta pronunciatione, debeat citari talis cōparens, ut personaliter cōpareat sequenti die corā ipso iudice cognoscente, & si personaliter non cōparuerit, habeatur pro confesso, ut superius dictum est omni appellatione cessante. ¶ Et ipsis testibus examinatis eos, & eorum dicta publicare debeat præsentibus partibus, uel eis legiptime requisitis, & reprobationē testiū siqua partium eos reprobare uoluerit, recipere debeat infra sex dies utiles a die publicationis, ita quod sufficiat citationē, seu intentionē & reprobationē testiū infra sex dies utiles porrexisse, & iurasse testes, & intelligat datus terminus ad reprobationē testium sex dierum, & non ultra, & interim, donec dicta reprobatio fuerit terminata, tēpora procedendi, uel diffiniendi nō curant, & demum suo ordine terminetur, ita quod infra mensem in confessum, uel cōtumacem tantum a die citationis numerandum, in negantem uero a die cōtradictionis terminetur, & si inuenerit testes falsum deposuisse, & tulisse falsum testimoniū, nulla fides eis adhibeat, & allegationes utriusq; partis audiat diligenter, & omnia referat Rectori. ¶ Qui Rector de consilio eius iudicis per condēnationē, uel absolutionē, ubi testium accusatio, uel inquisitio non fieret, accusationē, denunciationē, uel inquisitionē, ubi inquiri permittitur, determiner infra terminum unius mensis in confessum & cōtumacem tantum, in negantem uero infra sexaginta quinq; dies continuos, & illa sint tempora instantiæ in causis maleficiorum, uel quasi. ¶ Qui termini intelligantur præfixi iudici, & causæ, & instātiæ talium causarū, saluo quod succedat talis officialis ultra suprascripta tēpora habeat terminum uiginti dierum, infra quos debeat processum expedire, quibus elapsis tali succedenti, intelligatur instantia finita. ¶ Et dictus iudex maleficiorum, & eius notarii, exceptis diebus dominicis paschalibus, duodecim apostolorum, & diebus festiuis uirginis Mariæ, & sancti Zenonis, pulsata campanella ad tocchos ueniat ad sedendum ad bancum iuris pro iure reddēdo, & stet usq; ad uesperas. ¶ Nec possint dictus iudex, & notarii iuramenta, & examinationem testium cōmittere, sed per se recipiant, & examinent, & notarii propria manu ipsorum scribant omnia, & singula, quæ ad dictū officiū circa maleficia pertinent, & si testes cōmiserint iurandos uel examinādos alteri, nō uale at id, quod factū fuerit, & qui cōmiserit, puniat in libris quinquaginta den. p Rectorē, & ab officio repellat, & procurare teneat rector p dictū iudicē & notarios pdicta obseruari, & fieri, & adipleri facere. ¶ Si uero pdictæ solēnitates in quolibet casuū pdictorū p dictos rectorē, iudicē, & notarios maleficiorū, & officiales, uel alterū eorū obseruatæ nō fuerint, incidat ipse rector

& officialis, & quilibet ipsorũ ipso facto, p qualibet solẽnitate omissa in pœnam librarum uigintiquinq; den. communi Pistorii applicandam, & notarii maleficiorum similiter pro qualibet solemnitate omissa, quæ ad eius spectat officium nõ seruata in penã librarum decem den. ut supra applicandã. ¶ Bannum uero, & condemnatio, seu sententia, quæ etiam ex tali processu sequeretur, nihilominus ualeant, & teneant, dummodo constet legiptime de maleficio, uel quasi, & delicto, uel quasi per confessionem, uel probationem legiptimam, uel contumaciam rei. ¶ Et suprascripta substantialia in processibus maleficiorum uel quasi obseruentur, & debeant obseruari, uidelicet quod reus requiratur cum cœdula, & cœdula registretur modo suprascripto, & si contumax fuerit banniatur, & in publicatione testium detur terminus suprascriptus, & intelligatur statutus ad reprobandum ut supra, & quod sententia feratur in termino, ut supra cõtinetur, in scriptis, & supra scripta substantialia si obseruata non fuerint, sententia sit ipso iure nulla. ¶ Et nihilominus possit, teneatur, & debeat de eodem delicto iterato cognoscere, & procedere ex integro, & terminare non obstante aliquo statuto, quod in contrarium loquæretur, ne remaneant maleficia impunita. ¶ Ita quod de maleficiis commissis, & factis per forenses non facientes continuam residẽtiam in ciuitate, uel districtu Pistorii cum sua familia sufficiat requisitio facta in platea communis Pistorii, & talis requisitio sic facta habeatur, & intelligatur esse facta legiptime, dummodo banniatur per ciuitatem Pistorii, & in aliis locis solitis, & consuetis dictæ ciuitatis. ¶ Et Iudex maleficiorum faciat ponere in scriptis ad hostium palatii accusationem, uel inquisitionem, quæ fieret contra forenses, ita quod possit uideri, & legi, & banna forensium mittantur solum die sabbati iuridica in criminalibus post tertiam, & ante uesperas finito termino citationis, nisi personaliter esset citatus. ¶ Et omnes actus fiendi per mulieres, uel earum procuratores in criminalibus quæstionibus, si uoluerint ipse mulieres in palatio Rectoris inquirentis comparere, ualeant, & teneant, non obstante statuto, sub rubrica quod mulieres non possint in iudicio comparere. ¶ Saluo quod prædicta non uendicent sibi locum contra facientes, uel fieri facientes, uel quomodo libet molientes uerbo, uel facto contra eius Excellen. Illustriss. in quibus habeat liberum arbitrium inquirendi, cognoscendi, & puniendi, pro ut continetur in ordinamentis communis Florentiæ ædittis, & ædẽdis. ¶ Item statutum & ordinatum est, quod Capitaneus, & Potestas, & quilibet alius Rector, & officialis ciuitatis Pistorii possit sententias ferre misso banno per uocem præconis communis Pistorii in platea communis Pistorii, & per ciuitatem pro conuocando consilio generali communis, & populi dictæ ciuitatis ad ipsas sententias audiendas, & quod ipsum bannum intelligatur, & sit terminus peremptorius adueniendum & ad uidendũ condemnationem, uel absolutionem assignatus parti, ac si dictus terminus foret ei per nuncium personaliter assignatus, uel citatio facta peremptorie, ad hoc ut condẽnatio ualeat. ¶ Et si propter additũ, uel detractum in processu, uel de processu alicuius accusationis, uel denunciationis, uel inquisitionis, uel propter aliquam solemnitatem tam iuris quam statutorum omissam

ſententiat non ualeret, uel non foret ad quantitatem in ſtatutis contentam redactam, dūmodo conſtet de maleficio, uel proceſſu, poſſit, & debeat Capitaneus, uel Poteſtas, & quilibet alius officialis ciuitatis Piſtorii, qui talē cōdemnationem, uel mulctam ruliſſet, de nouo, & iterato procedere ſuper accuſa, denūcia, uel inquiſitione primo data, & formata, nihil inde addito, uel detracto de ſubſtantia maleficii, & condemnationis, & omnia, & ſingula facere, quæ primo potuiſſet ante latam ſententiam, non obſtāte quod de eodem crimine, & delicto fuiſſet alias cognitum, & ſententiatum, & nō obſtante aliquo curſu temporis, dummodo dicta accuſa, uel denuncia primo data, uel inquiſitio formata fuerit infra tempora ſtatuta, ualeritq; de iure. ¶ Et ubi Iudex, uel officialis, coram quo eſſet, omitteret confirmare, uel infirmare, aut annullare ſententiam, uel ſententias, uel grauamen, ſeu grauamina, quæ dicerentur illata, uel quærelam, ubi confirmandæ, uel confirmāda, aut annulanda eſſent, tunc Iudex, & officialis prædictus incurrat, & incurriſſe intelligatur in pœnam quinquaginta librarum den. quam pœnam camerarius cameræ communis Piſtorii retinere teneatur de ſuo ſalario, ſi ſalarium habuerit a communi, ſi autem de ſalario Rectoris, de cuius familia fuerit. ¶ Et quicunq; non ſoluerit condemnationem, uel mulctam de eo factam, uel fiendam in futurum infra decem dies futuros poſt diem dictæ latæ ſententiæ computandos, ab inde in antea ſoluat, & ſoluere teneatur, & debeat camerario communis Piſtorii pro ipſo communi recipienti quartam partem plus condemnationis, ſeu mulctæ de eo factæ, uel fiendæ, non obſtante aliqua appellatione, uel nullitatis oppoſitione, niſi talis perſona obtinuerit in cauſam appellationis interpoſitæ a tali condemnatione uel mulcta. ¶ Et cum quidem Rectores, & eorum officiales, & iudex maleficiorum ſeueritatem, immo aſperitatem nimiam oſtendentes hactenus conſueuerint inducere, immo ſeducere homines accuſatos, & inquiſitos ad renunciandum termino aſſignato eis ad eorū defenſionem faciendam de aliquo exceſſu, uel maleficio, quod diceretur per aliquē cōmiſſum. ¶ Prouiſum & ordinatum eſt, quod aliqua perſona accuſata, uel inquiſita in curia maleficiorum ciuitatis Piſtorii, præterquam in infraſcriptis caſibus renunciare non poſſit termino ſibi dato ad defenſionem faciendam, ſi tamē fieret ſecundum formam ſtatutorum Piſtorii, nec Poteſtas, uel Capitaneus Iudex maleficiorum, uel aliquis alius officialis dictæ ciuitatis, excepto Capitaneo cuſtodiæ ciuitatis prædictæ, & eius curia in rebus ſtatus duntaxat poſſit, & debeat modo aliquo minorem terminum aſſignare q̄ contineatur in ſtatutis dictæ ciuitatis alicui accuſato, uel inquiſito, & ſi minorē aſſignauerit, non teneat ipſo iure, & ipſa talis renunciatio ipſo iure ſit nulla, & notarius maleficiorum, uel aliquis alius notarius prædictam minoritatem termini, uel renunciationem ſcribere non poſſit, nec debeat ſub pœna librarū uigintiquinq; den. ¶ De prædictis uero exceptuamus publicos, & famoſos latrones, robbatores ſtratarum, malandrinos, falſantes monetas, incendiarios, aſſaſſinos, & prouiditores, & facientes, uel fieri facientes, uel quomodolibet molientes dicto, uel facto contra eius Excell. Ill. quibus licitum ſit renunciare, & eis renunciatibus minorem terminum aſſignare, & pro

ciatus fuerit ipſe carceratus,& pro eius liberatione,& ſalute prouidere poſ-
ſint,quæ quidem inquiſitio,denunciatio,& accuſatio formari debeat,& ci-
tatio præcicta fieri per dictum iudicem cognoſcentem ad plus infra tres di-
es poſtquam carceratus fuerit ſub pena librarum trecentarum den.ipſi iudi
ci & officiali omittenti pro qualibet uice,pro qua ſint ſuppoſiti conſeruato
ribus legum ciuitatis Florentiæ,quibus applicetur dicta pœna pro dimidia
pro quarta parte communi Piſtorii,& pro reliqua quarta parte accuſatori,
uel denunciatori. ℂ Et facta citatione ſeu citationibus de dicto carcerato
ut ſupra die ſequenti poſt ipſam diem citationis factæ uel poſtea ,& non an-
te ipſam diem ſequẽtem Superſtes carcerum prædictorum poſſit,& teneat
talem carceratum,ſi uoluerit,& ad eius petitionem accipere , & ducere ſub
fida cuſtodia coram Rectore uel Iudice,ex cuius parte fuerit facta citatio;
ad bancum iuris ſolitum in hora tertiarum,ueſperarum uel circa. ℂ Qui
Rector in continenti ipſum recipiat, & ſcribi faciat reſponſionem ſeu excu-
ſationem,quam ipſe citatus comparens facere uult,& ea facta , & termino,
ſeu ſpacio probationum,ſeu defenſionis aſſignato,Superſtes reducat incon
tinenti talem carceratum,uel inquiſitum ad carceres,& non poſſit ea die eũ
ducere,uel pati,quod ducatur ad palatium Rectoris præfati. ℂ Cœdulæ
quoq; mittendæ quibuſcunq; accuſatis,denunciatis,uel inquiſitis contine
ant,& continere debeant totum tenorem ſubſtantiæ maleficii contenti in
accuſatione,denunciatione , uel inquiſitione, & terminum duorum dierũ
ad minus,& debeant dictæ cœdulæ regiſtrari ſeu ſcribi in actis una cum cõ-
miſſione citationis,& reſponſione uel excuſatione carceratorum accuſato-
rum,denunciatorum,uel iuquiſitorum,& poſſint fieri,& debeant recipi,&
ſcribi in ſcriptis,& ſine ſcriptura,prout placuerit reſpondenti,ſeu acculato,
dum tamen cõfiteatur,uel neget factum,uel facta,de quo,uel quibus pro-
ceditur cõtra eum,cum quibuſcunq; uerbis excuſationis uel ſine , ita quod
ſuper accuſatione,denũciatione,uel inquiſitione poſſit ad ulteriora proce
di reſeruatis comparenti omnibus eius iuribus,exceptionibus,& defenſio
nibus ſecundum formam ſtatutorum poſt reſponſionem , uel excuſationẽ
factam. ℂ Et debeat incontinenti recipi fideiuſſio,& ſtatui terminus pro
batorius,niſi ſtatutus eſſe intelligeretur iuxta formam ſupraſcripti capituli
& dimitti reſpondens, uel exculans,& ſi non ſatiſdederit , uel ſit caſus , in
quo non ſufficiat ſatiſdari,ad carceres mittatur, & eodem die nullatenus
poſt prędicta poſſit,uel debeat in palatio Rectoris,qui,uel eius Iudex,uel
aliquis de ſua familia procederet cõtra eum,detineri,uel Superſtes,ſi fuerit
carceratus,ducere,ſeu reducere,uel permitti quod reducatur ad dictum pa
latium ullo caſu,uel modo: ℂ Quod ſi contra prædicta,uel aliquod eorũ
factum fuerit,puniatur uice qualibet Rector,uel eius Iudex contrafacien-
tes pœna librarum centum den.& notarius maleficiorum cuiuſcunq; Re-
ctoris pæna librarum uigintiquinq; ad opus communis Piſtorii. ℂ Et in
ſuper id,quod contra prædicta,uel aliquod eorum factum fuerit , uel ex eo
ſecutum,non ualeat,& non teneat ipſo iure,& prædicta locum nõ habeãt
in Capitaneo , in his quæ continerent bonam cuſtodiam iuriſditionis , &
ſtatus ſuæ Excellentiæ Illuſtriſſ.& in omnibus,in quibus,uel per quæ poſ-

set esse rumor in ciuitate, uel comitatu Pistorii, & seu in his, quæ essent contra dictum Illustriss. Principem, & Ducem ciuitatis, & Reipub. Florētinæ.

De casibus in quibus permissum est Capitaneo & Potestati: & eorū iudicibus maleficiorū p inquisitionē procedere. Rub. viij.

ORdinamus, quod Capitaneus, & Potestas, & quilibet alius Rector, & eorum locum tenentes, & Iudex maleficiorum ciuitatis Pistorii, & quilibet eorum possit cognoscere ex officio per inquisitionem de homicidiis, rubariis, furtis: rapinis uirginum, & sanctarum monialium, proditoribus, falsamento monetæ, & uitio sodomitico. ¶ Et possint etiam inquirere de feritis sanguinolentis factis manu plena cum aliquo genere armorum, & contra intrantes in ciuitatē Pistorii p muros, & aliter q̄ p portas apertas, & etiā cōtra frangentes, & rumpentes, ac destruentes muros ciuitatis, uel portas in aliqua parte contra formam statutorum, & contrafacientes, uel fieri facientes, uel quomodolibet molientes dicto, uel facto contra eius Excellentiam Illustriss. & repertos culpabiles de prædictis, uel aliquo eorum punire, & cōdemnare secundum formam statutorum Pistorii. ¶ In quibus quidem casibus contra molientes contra eius Excellētiam habeat liberum arbitrium inquirendi, cognoscendi, & puniendi prout continetur in ordinamentis communis Florentiæ æditis, uel ædendis, & ubi statuta non locuntur secūdum formam iuris communis, a quibus sententiis non possit appellari modo aliquo, uel de nullitate dici.

Quod Capitaneus & Potestas: & eorum Iudices maleficiorū: habeant auctoritatem inquirendi: & procedendi de maleficijs contra forenses. Rubrica viiij.

ORdinamus, quod Capitaneus, & Potestas, & eorum Iudices maleficiorū habeant purum & merum arbitrium secundum formam suæ Iurisdictionis inquirendi, & procedendi contra omnes & singulos forenses, qui reperiretur in ciuitate Pistorii, comitatu, uel districtu, pro omnibus, & de omnibus maleficiis, & excessibus commissis in ciuitate, comitatu, uel districtu Pistorii, & eos punire, & condemnare ad suā uoluntatem, & arbitrium in personis, & rebus in specta qualitate criminis, a quibus condemnationibus appellari, uel supplicari non possit.

Quod iuder maleficiorum possit procedere super certis denuncijs. Rubrica x.

STatutum est, quod siquis fecerit accusationem, uel denunciationem de aliquo de ciuitate, uel districtu Pistorii uidelicet de eo quod aliquis blasphemauerit Deum, uel beatam Virginem, uel sanctos eius, & remiserit accusationem, uel denunciationem, uel pacem fecerit, & prosecutus non fuerit, nihilominus Capitaneus, & Potestes, & Iudex maleficiorum, in his procede-

re

re teneantur, & possint ex suo officio, & repertos culpabiles condemnare se cundum formam statutorum. ¶Et quod aliquis camparius tempore sui officii non possit occasione camparię accusare, uel ab aliis occasione dicta acusari, & quando dicta occasione accusaret, relinquatur interprætationi & prouidentæ Rectoris.

Quod Capitaneus Potestas: uel alius officialis communis Pistorii non possit se intromittere de maleficijs commissis ante introitum nisi in certis casibus. Rubrica xj.

PRouisum, & ordinatum est, quod Capitaneus, & Potestas, uel alius officialis communis Pistorii, uel alter eorum in his, quæ ad eorum, uel alterius eorum officium & cognitionem spectant, non possint, uel debeant cognoscere, inuestigare, inquirere, inuenire, punire, uel aliquo modo se intromittere de aliquibus maleficiis, & excessibus, uel quasi cõmissis ante introitum sui officii per unum mensem retro, nisi in casibus infrascriptis, uidelicet. ¶De furtis, rubariis, falsitatibus, proditionibus, & turbationib⁹, seu inquetationibus, quæ quoquo modo fierent contra statum communis Florentiæ, & contra statum communis Pistorii, & contra molientes contra ipsius imperium, & iurisditionem, uel pace rupta, uel in quæstionibus pendentibus coram suo proximo præcessore. ¶Et intelligatur quantum ad prædictã quæstionem pẽdere, si accusatio porrecta fuerit coram dicto præcessore, seu per eum inquisitio formata, & accusatus, uel inquisitus citatus fuerit', & terminus citationis de comparendo fuerit lapsus tẽpore officii dicti præcessoris. ¶Et de maleficiis commissis toto mense præcedente suum introitum, de quibus possit se intromittere, & cognoscere secundum formam capitulorũ constitutorum ciuitatis Pistorii generalium uel specialium. ¶Et quantũ ad prædicta intelligantur falsitates solum eæ, quæ continentur in capitulis legis corneliæ de falsis.

De scribẽdo titulũ inquisitionis ante omnẽ processũ. Rub. xij.

PRouisum est, quod dominus Capitaneus, & Potestas, & eorũ Iudices maleficiorum, & omnes alii Iudices, & officiales maleficiorum communis Pistorii teneantur, & debeant ipsi, & quilibet eorum, quando facient, uel aliquis eorum faciet, uel facere intendit aliquem processum per modum inquisitionis super aliquo maleficio, uel excessu, quod diceretur esse cõmissum, uel perpetratum, scribi facere & formare titulum inquisitionis sine aliqua diminutione, antequam examinentur illi, uel ille, contra quem, seu quos inquisitio formaretur, & antequam examinentur testes de ueritate dicenda, inquirẽda, uel habẽda. ¶Et notarii deputati ad scribendũ acta criminalia præcise iurẽt, & teneãtur, & debeãt nõ scribere aliquẽ processum, qui fieret per modũ inquisitionis, nisi primo scriberẽt ipsi, uel aliquis ipsorũ titulũ inquisitionis, ut supra dictũ est, & Capitaneus, & Potestas, & Iudex, & notarius q cõtra facerẽt, puniãtur i libris uigintiquinq; p quolibet, & qualibet uice.

De pena eius qui nõ fuerit prosecutus accusationẽ. Rub. xiii.

STatuimus, & ordinamus, quod quicunq; fecerit aliquam accusationem, uel denunciam de aliquo, quam non prosecutus fuerit secundum formam statutorum, condemnetur per dictos dominum Capitaneum, uel Potestatem in libris decem den. & in restitutione expensarum aduerse parti taxatione facta per iudicem iuramento præstito per accusatum de ipsis expensis, & si fuerit eam prosecutus, & ipsam non probauerit, condemnetur per Capitaneum, uel Potestatem in libris duabus. ¶ Et prædicta non habeant locũ in accusationibus fiendis de dãnis datis, in quibus imponatur pœna solidorum decẽ saluo semper statuto loquẽte de pœna faciẽtis falsas accusationes.

De fideiussoribus dandis per communitates super relatione maleficiorum. Rubrica xiiii.

STatutum, & ordinatum est quod quælibet communitas comitatus & districtus Pistorii teneatur, & debeat præstare cautionem per eorum sindicos de parendo dominis Capitaneo, & potestati, & eorum iudicibus, officialibus, & curiæ, & de denuciando maleficia, quæ in eorum iurisditione committerentur, de quibus spectet cognitio ad ipsos Capitaneum, & Potestatẽ sub pœna librarum uigintiquinq; den. cuilibet communitati, & sindico, & qual bet uice, qua contrafactum fuerit, quam cautionem præstare teneantur coram notario talis Rectoris infra decem dies post introitum eorum officii Dominorum Capitanei, & Potestatis, occasione cuius fideiussionis ipsi Rectores, nec eorum officiales aliquam quantitatem pecuniæ recipere non possint sub pena librarum uigintiquinq; eis per eorum sindicos auferenda. ¶ Et sindicus, qui semel præstiterit cautionem non possit cogi ad se repræsentandum, uel comparendum coram aliquo officiali ratione dicti officii, nisi tempore cautionis præstandæ, & non postea, & nisi quando accideret denunciari aliquod maleficium, uel aliquam informationem fieri. ¶ Qui quidem sindici seu uicarii populorum uillarum, & communium comitatus & districtus Pistorii teneantur, & debeant homicidia, & maleficia cum sanguinis effusione in eorum communi, & iurisditione infra tertiam diem coram domino Capitaneo, uel potestate, & eorum iudicibus maleficiorum, & curiæ referre, & denunciare sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet eorum, & qualibet uice auferenda & cõmuni Pistorii applicãda.

De puniendo eum: qui studiose percusserit aliquẽ. Rubrica xv.

CVm pœna ob maleficia solui maxima suadeat ratio, statutum, & ordinatũ est, quod siqua persona percusserit aliquem manibus uacuis, aut calce, uel per capillos illum traxerit, uel spinserit, uel aliquo modo simili offenderit, & expercussione sanguis exierit, puniatur in libris uigintiquinq;. ¶ Siuero sanguis non exierit in libris decem, & si percusserit in uultum, & sanguis non exterit, in libris uigintiquinq;, & si sanguis exierit, puniatur ultertius,

pro u

prout Rectori uidebitur inspecta qualitate personarū, & facti, non transcē-dendo tamen sūmam librarum quinquaginta. ¶ Si uero dederit alapam alicui, qui fuisset de numero dominorum Priorum, uel Vexillifer iustitiæ uel notarii eorum Ciuitatis Pistorii ipse, uel eius pater, uel eius ascendentes, uel descendentes per lineam masculinam, uel percusserit in uultu aliquem exprædictis, condemnetur in libris centum den. Si uero sanguis exierit, puniatur ulterius, pro ut Rectori uisum fuerit, non excedendo tamen libras ducentas den. in specta qualitate personarum, & facti. ¶ Si uero cū armis ueritis, uel cum mazza, bastone, uel lapide, uel alio euidenti ad maleficium committendum quis aliquem assaltauerit, & eum non percusserit, puniatur in libris quinq; & uiginti, sed si eum percusserit, & sāguis exierit puniatur in libris ducentis den. pro quolibet uulnere, saluo quod si uulnus non sit factum, & sanguis exierit puniatur in libris centum, sed si eum percusserit, & sāguis non exierit, puniatur in libris quinquaginta. ¶ Et siqs percusserit aliquem in uultu cum armis, cum sanguinis effusione, puniat in libris quadringentis, & minus arbitrio Rectoris, inspecta qualitate personæ, & percussionis saluis semper statutis loquentibus de pœnis offendentium priores, & si ex tali percussione cicatrix facta fuerit perpetuo remansura, uel membri debilitatio, puniatur in duplum pœnæ prædictæ, & si dubiū esset, an cicatrix facta fuerit perpetuo remansura, uel nō stetur dicto, & declarationi medicorum duorum eligendorum per rectorem de tali maleficio cognoscentem, de qua declaratione, & dicto costet in actis ipsius rectoris. ¶ Si uero quis aliquem occiderit, uel occidi fecerit, seu percusserit, aut percuti fecerit studiose, & præmeditate aliquam personam de Ciuitate, comitatu, aut districtu Pistorii, & Florentiæ in quacunq; Ciuitate, uel loco, seu parte mundi occiderit, uel occidi fecerit, uel percusserit, seu percuti fecerit, ex qua percussione mors sit secuta, tam faciens q̄ fieri faciens pœna capitis puniatur, & pro dicto homicidio etiam uno & eodem tempore possint pœna capitis puniri tres, si tot fuerint, qui fuerint, aut fieri fecerint, hoc modo uidelicet. ¶ Quod fiant duo Capitanei infaciendo, & unus in fieri faciēdo & econuerso, prout facienti placuerit, qui Capitanei fieri debeant a coniuncto, uel coniunctis occisi, qui si requisiti per Rectorem de hoc cognitionem habentem non facerent dictos Capitaneos in termino ab co statuto, tunc talis Rector, coram quo pēderet talis processus, faciat, & facere teneatur eoldem, & ipsos tres Capitaneos punire pœna capitali, ut præfertur, alii uero, qui dicto homicidio interfuerunt, & percusserunt, in libris quattuor militibus pro quolibet condemnentur, qui uero non percusserunt, in libris milla den. ¶ Qui autem fieri fecerint ultra prædictos Capitaneos: & non percusserint, in libris duabus militibus pro quolibet eorum condemnātur. ¶ Bona uero dictorum homicidarum, & condemnatorum pœna capitali adiudicētur hæredibus occisi pro dimidia, & pro alia dimidia Cōmuni Pistorii. ¶ Et si quis lapidem proiecerit, siue assaltum in burgis, uel sub burgis fecerit contra aliquem, & non percusserit eum, puniatur in libris decem den. & si eum percusserit, & sanguis non exierit, puniat in libris quinquaginta den. nisi homicidium sit factum, quo casu pœna homicidii, ut di-

ctum est, puniatur. ¶ Et si ex tali proiectione lapidum bellum fuerit inceptum in Ciuitate Pistorii, burgis, uel sub burgis, proiciens lapidem puniatur in libris centum den. ¶ Et in quolibet casu prædictorum assalitus, & manimissus possit se defendere iple, & eum adiuuans in continenti, intelligendo adiutores, qui fuerint cum eo, & quicquid in defendendo se factum fuerit a parte assaliti, & manimissi, fiat, & sit sine pœna, adeo quod repercutiens in ipsa mischia intelligatur se defendere, dummodo repercutiat manibus uacuis, si manibus uacuis fuerit percussus, & manibus plenis, si manibus plenis fuerit percussus in continenti. ¶ Et si quis offenderit aliquem uenientem ad Consilium, seu stantem, uel redeuntem a Cõsilio uel consiliis cõmunis, uel populi, uel domini Capitanei, uel domini Potestatis, uel dominorum Priorum, uel Vexilliferi iustitiæ, uel parlamento, uel coram aliquo iudice causarum cõmunis, uel Domini Capitanei, uel domini potestatis, uel in camera communis, uel stantes ad domum defuncti, uel euntes ad ignem extinguendum, uel stantes, uel redeuntes ab igne extinguendo in Ciuitate, burgis, uel in burgis, seu in platea communis, uel in aliqua Ecclesia, puniatur pœna dupli eius, qua puniretur, si in aliquibus aliis locis commississet maleficium. ¶ Et quicunq; iurauerit aliquem interficere, & clarum fuerit Capitaneo, uel Potestati, condemnetur in libris quinquaginta. ¶ Et quicunq; fecerit aliquem uenire ad iram, puniatur in libris centum den. ¶ Quæquidem pœnæ, de quibus supra fiet mentio, in quolibet casu prædictorum non habeant locum quando aliquis, seu aliqua de ciuitate, comitatu, uel districtu Pistorii offenderet, uel offendi faceret aliquam personam forensem de extra districtum Pistorii, & Florentiæ & habitantem in loco non subiecto iurisditioni ciuitatis Florentiæ, & extra iurisdictionem Ciuitatis Florentiæ sit offensa, seu occisa, quo casu contra talem sic offendentem, uel occidentem per uiam accusationis, uel inquisitionis procedi non possit tam per Rectores dictæ Ciuitatis Pistorii, quam etiam alios quoscunq; Magistratus Ciuitatis Florentiæ ubilibet existentes,

De offensionibus que fiunt per comitatinos contra ciues. Rub. xvi.

STatutum est, quod comitatini, & districtuales ciuitatis Pistorii & etiam habitantes in Ciuitatem Pistorii, qui non habuerunt officia cõmunis Pistorii, nec perse, nec per eorum ascendentes, nec non etiam forenses, qui læsionem aliquam facerent ciuibus Ciuitatis Pistorii, condemnentur & condemnari debeant pœna dupli eius, in quo cõdemnari deberent, si alium læsissent, aut offendissent. ¶ Qui uero occiderit: sit rebellis, & rebellium pœnis subiaceat, & ita condemnari debeat per rectorem cognoscentem.

De pena offendentis Potestatem: Capitaneum vel forensem officialem. Rub. xvii.

ORdinamus, & statuimus, quod quicunq; commiserit aliquod maleficium in per

in personam officialium ciuitatis Pistorii cum aliquo genere armorum cū sanguinis effusione, uel sine, puniatur a domino Capitaneo, uel Potestate in habere, & persona ad sui arbitrium, si uero sine armis, ut puta manibus uacuis, uel uerbis, uel alio quocunq; modo sine armis, puniatur a domino Potestate ad sui arbitrium in habere tantum. ¶Hoc tamen declarato, q; in quolibet casu prædictorum puniatur pœna dupli ad minus, quam si aliū quemquam offendisset, & Potestas habeat arbitrium in inueniendo & cognoscendo prædicta contra qualscunq; personas secretæ, palam, & per quēcunq; modum, uiam, & genus tormentorum, uel quo, uel quibus ei melius uisum fuerit. ¶Si uero maleficium fuerit commissum in personam domini Potestatis, uel alicuius de sua familia, puniatur secundum formam præsentis capituli per Capitaneum, ita quod dictus Capitaneus habeat baliam in inquirendo contra facientes contra pacificum statum, & pacem ciuitatis Pistorii, & eos punire possit suo arbitrio, & in hoc sit conseruator libertatis & pacis, & teneatur conseruare, & obseruare equalitatem, & dirituram inter ciues ciuitatis Pistorii, & hoc statutum aliis præualeat.

De his qui exceptuantur a penis. Rubrica xviij.

IN omnibus offensis, & penis exceptuantur eæ personæ a pœnis, si pater filio fecerit offensam, uir uxori, uel econtra, dominus uel domina uasallo, siue famulo uel famulæ, magister discipulo, frater fratri, uel sorori, patruus uel auunculus nepotibus, uel econtra, eo intellecto quod si fuerit graue maleficium, uel offensa, puniatur, & si fuerit homicidium commissum inter dictas partes, siue quærimonia fuerit porrecta, siue non, puniatur. ¶Si uero fuerit minor sexdecim annis usq; ad duodecim annos sit in arbitrio regiminis cognitionem habentis. ¶Si uero fuerit minor duodecim annis, nulla ei pœna tollatur, nisi fuerit maleficium grauissimum, uel graue, de quo supra dicitur, tunc sit in prouisione sui ipsius regiminis cognitionem habētis. ¶Et quod de minoribus duodecim annis dicitur in causis, ubi debeat portare pœnam, sit in prouisione regiminis pœna imponenda, dummodo nulla pœna corporalis imponatur. ¶Et si quis præductorum, exceptis minoribus duodecim annis, contradixerit laborerium terræ, uel habitationem domus, uel prædiorum alterius non exceptuantur a pœnis.

Statutum ad vindictam. Rubrica xix.

QVoniam statutum unum alteri noxium esse non debet, & graue, & iuri & equitati contrarium naturali, q; quis ex alterius facto grauetur, hoc præsenti statuto & ordinamento cum dei auxilio perpetuo ualituro prouisum & ordinatum est. ¶Quod nulla persona coniuncta, seu de domo, stirpe, uel consortibus alicuius personæ ciuitatis Pistorii, uel districtus, uel aliunde, quæ in suum corpus ab aliqua persona ciuitatis, uel districtus Pistorii offēsa fuerit, uel studiose offenderetur in posterum nec etiam ipsa persona offensa audeat, uel præsummat uindictam facere, uel fieri facere in corpus contra

aliquam personam coniunctam de domo, seu stirpe, uel consortibus talis offendentis, nec etiam in res, nec ipsam personam coniunctam pro tali uindicta in corpus nec in res offendere. ¶Et intelligatur facta semper pro uindicta offensa, si talis in corpus, uel in res offendens fuerit primo offensus in corpus, uel in res, uel consors, seu de domo, uel coninnctus per lineam masculinam primæ personæ offendentis, nisi alia manifesta offensa, præter primam, ab ipso secundo offendente facta fuerit. ¶Siqua uero persona ex ipsis coniunctis, seu de domo stirpe, uel consortibus offensæ personæ, uel ipsa offensa persona contra prædicta uel aliquod prædictorum fecerit uel fieri fecerit, & ipsi offense interfuerit, & intelligatur fieri fecisse quicunq; qui tali offensæ interfuerit, pena capitis puniatur, ita q; penitus moriatur, si mors secuta fuerit quo casu possint, & debeant puniri pœna capitali usq; ad sex, si tot interuenerint, & alii ultra sex puniantur pœna pecuniaria in duplū eius quod dictant statuta. ¶Si uero secuta fuerit membri abscisio, uel debilitatio, uel faciei uituperatio per euidentem cicatricem ex uulnere, puniatur in duplum, ut supra. ¶Si autem nec mors, nec membri debilitatio, uel abscisio, uel faciei uituperatio, ut præmittitur, fuerit secuta ex tali offensa, sed cū sanguinis effusione cum aliquo genere armorum facta fuerit ipsa offensa, tunc faciens, q̄ fieri faciens, qui interfuerit ipsi offense, in libris mille denariorum puniatur, uel maiori pœna, si maiori pœna esset puniendus secundum formam statutorum ordinamentorum, uel reformationū ciuitatis Pistorii. ¶Si uero non mors, nec membri abscisio, uel debilitatio, uel faciei uituperatio secuta fuerit, ex ipsa offensa, nec cum aliquo genere armorum cum sanguinis effusione facta fuerit ipsa offensa, licet sine sanguinis effusione, sine armis, uel cum armis, puniatur tunc talis offendens, & offendi faciens, qui dictæ offensioni interfuerit, in triplo eius, quo alius deberet puniri & condemnari secundum formam statutorum, & ordinamentorum & reformationum ciuitatis Pistorii. ¶Et si plures fuerint huiusmodi offendentes, seu contrafacientes, uel fieri facientes, omnes, quocunq; fuerint, puniātur. ¶Et si aliqua persona coniuncta, uel non cuiuscunq; loci contra prædicta, uel aliquod prædictorum facienti, uel offendenti expresse, uel tacite, directe, uel in directe quocunq; modo, qui dici uel excogitari possit, dicto uel facto præstiterit auxilium, consilium, uel fauorem, siquidem presens fuerit tali uindictæ, & offensioni, & persona coniuncta fuerit similiter, condēnetur, & puniatur in quolibet casu prædictorum secundum, q̄ puniri, & cōdemnari deberent prædicti, qui prædicta, aut aliquod prædictorum committerent in quolibet suprascriptorum casuum. ¶Siuero fuerint personæ non coniunctæ, sint & esse intelligantur assassini, & ut assassini puniantur, & puniri debeant in personam omnium, qui interuenerint, qui ponantur super curru, & ducantur per ciuitatem Pistorii, & eorum carnes cum tanaglis de corpore eorum incidantur, & abscindantur, & postea cum capite deorsum plantentur in loco iustitiæ, in quo fit, uel fieri consueuit executio cōtra assassinos, itaquod penitus moriantur, si tamen mors ex tali offensa ad quam interuenerunt secuta fuerit, & si offensio facta fuerit circa res, & talis offensio fuerit extimata damni ducentorum scutorum & ab inde supra.

¶In

¶ In aliis uero summis puniatur, uel puniantur in quadruplum eius, quo punirentur per alia statuta, & quilibet eorum intelligatur insolidum obligatus. ¶ Hoc declarato, q; quo ad omnia, & singula in præsenti prouisione, & ordinamento contenta intelligantur esse coniuncti, & consortes etiam naturales, & spurii, & ex quocunq; licito uel inlicito coitu nati.

¶ Et si fieret aliquod homicidium, uel offensa pro uindicta, uel factum seu facta fuisset olim de aliquo, seu aliquibus homicidiis in uno, uel pluribus, & esset dubietas, uel contentio, utrum fuerit, uel sit uindicta, uel non, uel utrum pax fieri debeat inter partes, uel nõ, uel utrum occidens seu occidentes, uel offendentes, & eorum uel cuiusq; eorum consortes debeant pacem habere ab occisi uel offensi, uel occisorum, uel offensorum consortibus omnibus, & singulis, uel non, de tali offensa, uel homicidio, seu homicidiis iam perpetratis uno, uel pluribus, hæc sint in declaratione domini Capitanei, seu domini Potestatis pro tempore in officio existentium, quam declarationem in prædictis, & quolibet prædictorum facere possit ipse Potestas, seu Capitaneus infra mensem a die sibi uel suo assessori, uel assessoribus porrectæ petitionis, non obstante aliqua oppositione, uel sapientis consilii petitione. ¶ Et si declaratum fuerit per dictum Capitaneum, uel Potestatem tale homicidium, uel offensa facta fore, fuisseue pro uindicta, uel pacem debere fieri, præcise cogat, & cogere possit, & debeat partes obseruare per mulctam uel condemnationem realiter, & personaliter, & per descriptionem bonorum, & omni alio modo, & uia, quibus sibi placebit, & de facto ad pacem faciendam, & roborandam cum bonis, & idoneis fideiussoribus, & cautionibus, & pro illis personis, quæ per formam præsentis prouisionis, & ordinamenti fieri potest, seu debet, & cum ipsis personis, & cum ipsis promissionibus, obligationibus, & cautelis, quæ Potestati, seu Capitaneo placebunt. ¶ Et a tali declaratione mulcta, & processu, quæ, & qui propterea fierent, seu fieret per ipsum Capitaneum, uel Potestatem, siue eius Iudices, uel officiales per quemcunq; qui sentiret se grauatum, possit appellari, & de iniquitate dici, & tunc prædicta exequi non debeant usq; quo talis oppositio, uel iniquitas fuerit terminata. ¶ Et cum domus sit & esse debeat unicuiq; tutissimum refugium, statuimus, quod si quod, uel si qua homicidia, uel offense facta, seu factæ fuerint in ciuitate, uel districtu Pistorii in personam alicuius ciuis, uel districtualis in domo suæ habitationis, uel in apoteca suæ residentiæ, tunc & eo casu liceat tali offenso, & suis consortibus & si fuerit homicidium liceat eius filiis & consortibus se uendicare, & competentem uindictam facere in personam talis occisoris, si homicidium fuerit primo loco perpetratum, uel offendentis, si offensa fuerit facta, libere & absq; pœna. ¶ Et si in personam offensam ex offensa secuta sit mors, & postea per talem mortem commune Pistorii, uel Capitaneus, siue Potestas dicte ciuitatis morti affigerent, uel tradere facerent offendentem, uel aliquẽ ex supra dictis personis offendentis coniunctum uel consortẽ, ut dictum est, ita q; talis offendẽs, uel eius cõsors, uel cõiuncta persona ex linea masculina ꝓpterea mortuus fuerit, tũc

intelligatur, & sic facta uindicta competens de ipsa morte, & Capitaneus, & Potestas ciuitatis Pistorii, & quilibet eorum possit, & debeat, ac teneatur modo prædicto fieri facere pacem inter partes prædictas, de quibus supra fit mentio. ¶Si uero mors in personam offensam non fuerit secuta, sed talis offensa facta fuerit in corpus offense personæ, propter quam per communem Pistorii, uel eius regimina mutilatum, uel abscisum fuerit membrum personæ offendenti, intelligatur, & sit ex ipsa membri abscisione, uel mutilatione etiam facta competens uindicta de tali offensione, & Potestas, & Capitaneus, & quilibet eorum teneantur, & debeant inter ipsas partes modo prædicto pacem fieri facere, ut supra dicitur in alio casu, & prædicta, & quodlibet prædictorum facere teneantur, & debeant Potestas, & Capitaneus, & quilibet eorum sub pœna superius apposita, & ut supra continetur. ¶Et si qua persona dictam pacem aliquo ex dictis modis fiendam non obseruauerit, aliquem occidendo, uel membrum mutilando, uel uulnus enormiter cum uituperatione faciei, uel euidenti cicatrice inferendo, præter pœnas conuentionales, talis seu tales, quicunq; fuerit, seu fuerint dictam pacem rumpens, seu rumpentes pœna capitis puniatur, ita quod penitus moriantur. ¶Et casu quo prædicti pacem rumpentes aufugissent, & non deuenissent in fortiam communis, tunc ipsi, & quilibet eorum intelligantur esse, sint incursi in pœnam, & bannum capitis. Et possint a quocunq; impune offendi ut supra. Saluis tamen aliis pœnis contra eos dispositis, & contentis in aliis statutis, & saluis statutis dantibus præmium eos occidentibus. ¶Saluo & excepto in omnibus supradictis, quod si contingeret offensam, seu coniunctam personam, seu de domo, uel consortibus primi offendentis sociantes ipsam personam offendere, quæ offenderat, in dicto tali casu uindictam faciens in eos, non subiaceat dictis pœnis, & talis persona sic offensa in dicto casu non gaudeat beneficio præsentis prouisionis & ordinamenti. ¶Et nullus condemnatus, uel exbannitus, uel condemnatus tantum, uel exbannitus tantum, uel condemnatus, uel exbannitus in antea pro rebellione, uel etiam aliqua persona condemnata uel exbannita pro maleficio, uel in futurum exbannienda, uel condemnanda, quæ a quocunq; potest, uel poterit impune offendi, etiam si non sit, uel non fuerit expresso nomine, & pronomine exbanniti, uel condemnati, exbanniendi, uel condemnandi per aliquem Rectorem uel officialem ciuitatis Pistorii, gaudeant seu gaudeat priuilegio præsenti statuti prouisionis, & ordinamenti. ¶Et Capitaneus & Potestas teneantur, & debeant de prædictis inquirere, & repertos culpabiles in prædictis, & circa prædicta punire sub pœna librarum quingentarum denariorum de eorum salario retinenda applicanda pro dimidia conseruatoribus legum ciuitatis Florentiæ, pro quarta parte cameræ communis Pistorii, & pro alia quarta parte accusatori, uel denunciatori. ¶Et de prædictis omnibus quilibet possit esse accusator, uel denunciator, & credatur ei cum uno teste tantum bonæ famæ & conditionis.

Qualiter

Qualiter bona homicidarũ debeant cõfiscari. Rn. rr.

STatutum, & ordinatum est, q̃ quicunq; in futurum occiderit, seu fuerit cõdemnatus pro homicidio, eius bona debeant confiscari cameræ communis Pistorii pro dimidia, & pro alia dimidia hæredibus occisi, & dictæ cameræ Pistorii debeant applicari. ¶ Et quicunq; fuerit in futurũ cõdẽnatus p̃ maleficio in pecunia, & nõ soluerit condẽnationẽ infra decẽ dies, & postea infra alios quindecim dies p̃xime secuturos incurrat in quarto pluri, & debeant, & possint cõfiscari, & incorporari cameræ cõmunis Pistorii tanta bona & de rebus dicti cõdemnati, quæ secundum cõmunẽ extimationem ualeãt, & capiant dictã condẽnationẽ factã, & expensas. ¶ Et quilibet Rector ex suo officio possit, teneatur, & debeat facere dictam confiscationem, & incorporationem hoc modo uidelicet, quod tales Rectores debeãt mittere per Ciuitatem Pistorii per loca consueta Ciuitatis bannum siue edictũ per unũ ex publicis præconibus dictæ Ciuitatis, in quo edicto requirantur omnes, & singuli aliquid recipere, & habere debentes a dicto cõdemnato, & in eius bonis ius prætendentes habere, quod debeant comparere coram dicto Rectore infra octo dies tunc proxime secuturos, & etiam, ne ignorantia alicui noceat, elapsis dictis octo diebus simili modo & forma mittatur aliud proclama, ut omnes comparentes possint, & debeant dicere ostendere de eorum iure, & maxime mulieres pro earum dotibus etiam constante matrimonio, & satisfacto primo de dictis bonis omnibus recipere habentibus secundum iuris prærogatiuam & ordinem, de residuo dictorum bonorum fiat cõfiscatio de tot, & tantis de dictis bonis, quæ capiant extimatiõem dictæ cõdemnationis & expensarum. Et rectores ciuitatis, & districtus Pistorii, & quilibet ipsorum possint, & debeant procedere ad uenditionem talium bonorum, ut supra incorporatorum & confiscatorum, & illa uẽdere modis & formis infrascriptis, & habere, & recipere debeant dicti Rectores, & quilibet eorum, qui fuerit uenderet talia bona confiscata, & incorporata solidos duos denũ. pro qualibet libra dictæ totius sũmæ, quæ peruenirent, & peruenta esset ad cõmune, & in cõmuni Pistorii ex tali uenditione, quos solidos duos accipere debeat a Camerario Cõmunis Pistorii, postq̃ exacta fuerit pecunia ex tali uenditione, & nõ ante in quibus solidis duobus includatur districtus, & omne aliud emolumentũ cõcessum per statura uigore cõdemnationis factæ, & casu quo Rector qui cõfiscationem, & incorporationẽ fecerit, non exegisset integrã q̃itatẽ ex bonis confiscatis tunc & eo casu eius successores, quoq; opera & facto residuum, quod superesset, exigentur, & in camerã cõmunis Pistorii deueniret, habere debeant solidũ unũ denũ. p̃ qualibet libra de residuo dictorũ bonoq; exacta alter uero solidus sit & pertineat ad rectorem qui cõfiscationem fecerit & sententiã tulerit. ¶ Debeãt tamen obseruare in uenditionibus prædictis modum infrascriptũ, quod bona cõfiscata, & incorporata debeãt describi in una cædula in ea apponẽdo quã titatẽ terrę, qualitatẽ, cõfinia, & loca, ubi sita sunt, & nomina cõtratarũ, ad eo quod unusquisq; de eis possit se diligẽter informare, & si esset domus, describãtur clare, & descripta & adnotata affigãtur ualuis palatii illius Recto-

ris, qui talem uenditionem fieri fecerit, & sic affissa debeant permanere ibi per octo dies continuos. ¶ In quo termino octo dierum debeat per publicum præconem cõmunis Pistorii bãniri, & præconizari in uilla seu castro, in quo seu qua erunt posita dicta bona si sũt in comitatu, uel districtu, si autem sint in Ciuitate, in uia uel strata, in qua sunt, & qualiter bona sunt confiscata, & incorporata, & quod infra terminum in statuto cõpræhensum debent uendi, & deliberari per curiã illius Rectoris, qui nominetur. ¶ Quo termino elapso, & factis dictis proclamationibus debeant postea subastari, & incantari per tres dies continuos ad minus semel in die, & in ultima die deliberari debeant. ¶ Et antequam deliberentur debeat de hoc fieri proclama in platea publica cõmunis Pistorii, & in platea salæ ad minus p duas horas ante deliberationem prædictam. ¶ Et bona prædicta non possint deliberari alicui, qui non sit habilis ad officia cõmunis Pistorii, & de tali uẽ ditione, & deliberatione debeat esse rogatus notarius cameræ cõmunis Pistorii. ¶ Emptores uero dictorum bonorum teneãtur infra tres dies a die factæ deliberationis soléniter & idoneæ fideiubere dicto notario cameræ recipienti pro cõmune Pistorii per idoneos & sufficientes fideiussores approbandos per approbatores gabellarum de soluendo quantitatem præcii infra unum mẽsem a die deliberationis, & emptionis per eos factæ, & hoc sub pœna librarum centum, quam si non soluerint, sint etiam supposĩti dilanationi officiorum, quæ pœna applicetur pro dimidia Rectori illam exigenti, & pro alia dimidia cameræ communis Pistorii, & res debeat de nouo incantari. ¶ Et dictus notarius cameræ teneatur emptores & fideiussores eorũ prædictos notificare Prouisori cõmunis Pistorii infra tres dies post obligationem dictorum fideiussorum, qui Prouisor eos describere teneatur in libro debitorum ipsius communis. ¶ Et quæ dicta sunt supra de bonis cõfiscatis intelligantur etiam habere locum in uenditionibus bonorum alicuius condemnari, cui fuerit facta condemnatio pro delicto, de quo possit procedi per inquisitionem secundum statuta cõmunis Pistorii. ¶ Quæ bona condemnatorum, ut supradictum etiam fuit, dicti Rectores uendere possint seruando tamen easdem solemnitates. ¶ Et quilibet qui condemnatus fuerit donec non soluerit cõdemnationem de eo factã, non possit audiri in ciuilibus, uel criminalibus, uel agẽdo, uel defendendo, uel aliquid in eius fauorem fieri possit.

De bonis committentiũ maleficia tensiendis. Ru. xxi.

TEneatur Capitaneus & Potestas, & quilibet iudex maleficiorum Ciuitatis & districtus Pistorii incontinenti facta accusatione, uel denunciatione, uel inquisitione formata de aliquo maleficio perpetrato uel cõmisso ab aliqua persona de homicidiis, feritis enormibus, & sanguinolentibus, & aliis maleficiis turpibus, inuenire, & inueniri facere, & tensire, & tensiri facere bona omnia accusatæ personæ, uel contra quam inquireretur, & facere ea describi pro communi Pistorii, pro soluendo, & publicando, si publicanda fuerint. ¶ Et Rector cognoscens, & quilibet alius Rector Ciuitatis Pistorii pos-

sit,& debeat bona condemnatorum & homicidarum uendere modo & forma in præcedenti capitulo contentis. ¶Et condemnatus, cuius bona sic uenderentur,habeat terminum ipsa bona,si immobilia fuerint, unius anni ad redimendum ea,& si mobilia fuerint, habeat terminum quindecim dierum ad redimendum ut supra,& si non reperirentur emptores talium bonorum,confiscentur tot bona,quæ capiant dictam condemnationem,& Rector habeat ratam suam prout & sicut in præcedenti statuto continetur.

Quod condemnati & exbanniti ob contumaciam intelligantur recte condemnati & exbanniti. Rubrica xxij.

AD hoc ut contumacibus eorum contumacia prodesse non possit, statutum & ordinatum est,quod siquis ratione contumaciæ reperiatur condẽnatus, uel exbannitus, & eius condemnatio uel bannum reperiatur ad cameram communis Pistorii,contra condemnationem uel bannum qualitercunq;& quomodocunq; latum,& factum, seu latam, & factam opponi non possit, sed præsumatur ipsa condemnatio, uel bannum sic repertum legitimæ factum,uel facta,eo ipso quod condemnatio,uel bannum inueniatur in camera communis, & ipsa condemnatio, uel banna executioni mandentur, non obstantibus aliquibus,quæ opponi possent contra prædicta.

De non cancellando condẽnationes uel banna. Rubrica xxiij.

ORdinamus,q; nulla condemnatio,uel bannum pro maleficio facta,uel factum contra aliquam personam possit, uel debeat cancellari per aliquam personam,nisi per notarium cameræ communis Pistorii iuxta formam statutorum & ordinamentorum ipsius communis, & nisi soluerit in totum, uel in partem secundum formam dictorum statutorum,& si aliter facta reperiretur,cancellatio sit pro non facta,& persona,quæ ipsam cancellari fecerit puniatur pœna librarum centum,& notarius, qui eam cancellaret, eadem pœna puniatur,& quilibet,cuius condemnatio cancellaretur,soluere teneatur,& debeat pro gabella, & cancellatura suæ condemnationis infrascripta salaria communi pistorii uidelicet,si condemnatio erit de sol.xx.& ab inde infra sol.duos, & usq; in libris quinq; solidos tres, & usq; in libris decẽ sol. quinq; & usq; in lib.xxv.sol.decẽ,& usq; in lib.quinquaginta sol.xv. & usq; in libris centum sol.xx.& a libris centũ supra quæcunq; esset summa libras duas den. ¶Pro condemnationibus uero corporalibus in pœnam mortis libras quatuor,pro cõditionalibus aut membrorum libras duas sol.x.pro fustigatione & gogne sol.xxx.& debitores communis sol.unum pro quolibet partita. ¶Et quia multoties fiunt cõdemnationes, & mulctæ defacto quæ non ponũtur in quaternis condẽnationũ,sed trãsmittũtur in cedulis, quæ sæpe sæpius pduntur in dãnum cõmunis Pistorii,prouiderũt, q; expẽsis cõis Pistorii fiat unus liber cartarũ pecudinarũ bene ligatus & gubernatus q; intitulẽ,liber cõdẽnationũ defacto,in quo scribanẽ oẽs condẽnationes defacto,& mulctæ,quæ fiũt defacto,& quæ scripta nõ essẽt ĩ mẽbranis,

ut eſt moris ſcribi cõdemnationes ad camerã, & debeãt ſcribi in dicto libro per notarium, qui de ipſa condemnatione, uel mulcta fuerit rogatus, uel ſal tem manu alicuius dicti rectoris ex officialibus, qui condemnationem fece rit, & ſi aliter reperiretur dicta condemnatio, uel mulcta, non ualeat, nec te neat, nec ex ipſa fiat executio. ¶ Et condemnationes, & mulctæ de facto fiendæ non debeant excedere ſummam quinq; librarum, ſalua balia, quam habet dominus Capitaneus, & aliter factæ, poſſint cancellari per notarium cameræ ſine aliqua ſolutione ex inde fienda. ¶ Et ad obuiandum fraudi bus, quæ fieri poſſunt circa dictas cõdemnationes, ſtatutum eſt, quod om nes condemnationes & mulctæ, quæ in futurum fierent quacunq; de cauſa etiam pro damnis datis, debeant per notarium, qui de dictis condemnatio nibus fuerit rogatus, tranſmitti eorum copiæ infra triduum a die dictarum factarum condemnationum ad cameram communis Piſtorii, & notario ip ſius cameræ conſignari. ¶ Quas condemnationes & nomina condemna torum ipſe notarius cameræ teneatur eas deſcribere in libro ad id deputato & quando accideret eas cancellare, cancellentur, & cancellari debeant uia ordinata per ſtatuta, & ordinamenta communis Piſtorii, & ſolum & dum taxat per dictum notarium cameræ, & cancellationes aliter ſeu ab alio factę non ualeant, & non teneant, & ſint, ac ſi cancellatæ non eſſent.

De prohibitione tormentorum. Rubrica xxiiij.

STatuimus, q; nullus Rector ciuitatis, uel diſtrictus Piſtorii, uel eius Iudex ſeu officialis, uel aliquis de ſua familia, poſſit, audeat, uel præſummat tor mentare, uel alicui generi tormentorum ſubiicere aliquam perſonam ciui tatis, uel diſtrictus Piſtorii, nec etiam cogere, uel compellere, ſeu inducere ui, uel metu alicuius tormenti ad confitendum, uel teſtificandum aliquod delictum, maleficium, uel exceſſum, uel aliquod aliud, uel ad reuocandum tollendum, uel irritandum aliquam ſuam negationem, reſponſionem, uel excuſationem ad aliquod aliud factum per eum, uel alium, ſeu alios pro eo in ſui fauorem, uel aliqua ratione prædictorum, uel alicuius ipſorum facere niſi prout de iure communi, uel ex forma ſtatutorum, uel alicuius ipſorum facere permittitur ſub pœna libratum quingẽtarum den. auferenda rectori per quem, uel in cuius palatio etiam per quamcunq; perſonam fuerit con trafactum, ſi tormentatus, uel coactus fuerit de numero Priorum & Vexil liferi iuſticiæ & notarii ipſorum dominorum Priorum, qui fuerit ad dicta officia prioratus Vex. uel notarii, uel in antea fuerit. ¶ Et librarum ducen tarum quinquaginta proquacunq; alia perſona de ciuitate, uel diſtrictu Pi ſtorii, quæ tormentata, & coacta fuerit, ſaluis ſemper in prædictis, & infra ſcriptis quibuſcunq; aliis priuilegiis prædictorum dominorum Priorum & Vexilliferi iuſticiæ & eorum notarii, & inſuper quod contrafactum fuerit, uel ſecutum fuerit ex eo, non ualeat, & non teneat ipſo iure, & intel ligatur omnis confeſſio, reuocatio, & irritatio prædictorum, uel alicu ius ipſorum, quæ facta reperiretur poſt primam reſponſionem, ſeu excuſationem per accuſatum, denunciatum, uel inquiſitum, fuiſſe

factam

fectam ui, uel metu tormentorum. ¶Et q; quis fuerit tormentatus per alium quem de sua familia uel in eius palatio possit probari per unum testem de uisu, & quatuor testes bonæ conditionis de fama, uel per sex testes dictæ cõditionis, uel famæ tantum, & huiusmodi probatio habeatur pro plena & sufficienti probatione.

Quod exbanniti communis Florentie vel Pistorii possint impune offendi. Rubrica xxv.

QVilibet possit impune offendere, & offendi facere etiam usq; ad mortem inclusiue, & etiam per assassinum, uel assassinos, quemlibet exbannitum communis Floientiæ, & Pistorii pro maleficio, & cõdemnatum in pœnam & ad pœnam capitalem & non aliter, qui descriptus reperiretur quomodocunq; in libro malefactorum dicti communis Florentiæ, uel Pistorii in camera actorum existente, & intelligatur exbannitus quousq; reperitur descriptus in libro condemnatorum non cancellatus. ¶Condemnati autem in pecunia uidelicet pœna librarum ducentarum, & ab inde supra ex quacunq; causa non possint esse officiales communis Pistorii, nisi primo soluerint dictã condemnationem, antequam accipiant tale officium secundum formam ordinamentorum dicti communis. ¶Et prædicta, quæ loquuntur de bannitis descriptis in dicto libro, locum habeant etiam in condemnatis & condemnandis omissis registrari, seu poni in libris condemnatorum in camera prædicta existentibus, de quibus fit mentio in primo libro communis Florentiæ statutorum posito sub rubrica de officio notariorum positis sub libris exbannitorum.

De securitate bannitorũ pro maleficio accusatorũ. Rub. xxvj.

STatuimus, quod si aliqua persona ciuitatis, uel districtus Pistorii sit imbannita, uel condemnata de aliquo maleficio, & de aliquo alio maleficio fuerit accusata, uel denunciata, seu inquisita, Capitaneus & Potestas, seu Iudex maleficiorum, & quilibet eorum possint, & debeant præstare, & dare securitatem ueniendi Pistorii, & commorandi infra terminum quinq; dierum ad defendendum se coram eis a dicta accusa, seu denuncia non obstantibus aliquibus bannis & condemnationibus una, uel uno seu pluribus, in quibus reperiretur exbannitus, siue condemnatus dũmodo ueniat, & stet cum nuncio communis habente insigna communis in capite. ¶Hoc idem intelligatur de personis imbannitis pro debito, quæ possint uenire infra dictum terminum quinq; dierum ad se excusandum, & defendendum, post uero terminum prædictum possit similiter etiam quilibet imbannitus tam pro maleficio, quam pro debito constituere procuratorem in ipsa causa, uel denuncia unũ, uel plures ad testes inducendũ, & alia faciendũ, quæ necessaria fuerint, & talis dilatio & terminus possit prorogari p Capitaneũ, & seu Potestatem uel Iudicẽ maleficiorũ, si opus fuerit. ¶Sed si fuerit detẽtus p regimẽ, uel iudicẽ maleficiorũ occasione officii faciẽdi, uel qa fideiussorẽ nõ dederit

uel alia occasione, intelligatur progata dicta dilatio quinq; dierū, donec in fortiam cōmunis remanserit. ¶ Et si aliqua reclamatio facta fuerit coram aliquo alio iudice, uel officiali ciuitatis Pistorii de aliqua persona imbannita, ta pro debito, liceat ei se defendere per procuratorem, uel defensorem ab ipsa reclamatione, qui defensor, & procurator possit libere litem contestare, & iurare de calumnia, & alia facere, quæ ipsa persona imbannita facere posset dum tamen ipse defensor, & procurator satisfecerit de iudicato soluendo, & alia faciat, quæ de iure facere debet. ¶ Et dictus procurator, & defensor, & aduocatus & fideiussor, uel qui aliquod auxilium, uel iuuamen præstaret, in dicto casu non puniatur aliqua pœna prædicta occasione, & infra dictam dilationem non possit offendi in persona uel rebus.

Quod cōmunitates teneātur capere malefactores. Rub. xxvij.

PRouisum est, quod si aliqua rubaria, uel præda uel rapina, uel furtum perpetratum, seu perpetrata factum, uel facta fuerint in ciuitate, uel districtu pistorii, uniuersitas, communitas, seu uilla, in cuius territorio prædicta, uel aliquod prædictorum perpetratum, uel perpetrata, seu facta fuerint, teneatur, & debeat robationem, & robatores, uel committētes, robariam, furtū, rapinam, uel prædam, uel aliquod prædictorum capere, & in fortiam regiminis ciuitatis Pistorii, uel alterius officialis iurisdictionem habētis ipsum, uel ipsos, uel aliquem prædictorum committentium ducere, quod si nō fecerit, talis communitas, seu uilla, in cuius territorio prædicta aut aliquod eorum facta fuerint, uel essent, teneatur satisfacere, & emendare damnum, & damna, & nihilominus puniatur pœna librarum quinquaginta den. pro qualibet uice, & plus & minus arbitrio regiminis in specta qualitate personarum & facti, & prædicta omnia possint probari per ueras & legiptimas probationes, uel saltem per unum testem de uisu, & per quatuor testes de publica uoce & fama, qui sint bonæ opinionis, & famæ, & habeatur pro plena & legiptima probatione. ¶ Et factis dictis probationibus, seu approbationibus infra tertiam diem post terminum elapsum datum ad reprobandum testes, regimen, corā quo probatio fieret, seu talis quæstio moueretur, de qua posset cognoscere Potestas Pistorii, uel iudex (si ad eius iurisditionem spectet) super damnis datis, antequam sententiam ferat, teneatur processum talis inquisitionis, uel quæstionis, & maxime petitionem, & testium dicta reducere & exponere coram dominis Prioribus, & Potestate, qui pro tēpore fuerint, qui deliberent, si talis petitio uidetur malitiosa, uel non, & si per eos, uel maiorem partem eorum deliberatum fuerit nō esse malitiosam, facto inter eos partito ad fabas pro sic, uel non, tunc procedatur ad dictam emendationem fieri faciendam, & aliter non procedatur ad sententiam, uel emendationem fieri faciendam, nisi prius facta deliberatione prædicta, & prædicta omnia & singula locum habeant in furtis futuris. ¶ In emendatione uero, quæ peteretur fieri de furto, seu furtis ualoris librarum decem, uel ab inde infra per aliquam personam ciuitatis, uel districtus Pistorii, procedatur secundū formam aliorum statutorum communis Pistorii de prædictis tractantium,

& a processu fiendo occasione prædictorum, uel aliquo eorum non possit appellari supplicari, uel de nullitate dici, opponi, uel alio quouis modo infringi, & simili modo puniatur, & teneatur communitas terræ illæ, uel castri, per cuius territorium transiuerit præda uel roberia prædicta. ¶ Et omnia suprascripta regimen ciuitatis Pistorii, coram quo quærela de prædictis uel aliquo eorum fieret, teneatur, & debeat executioni mandare iuxta formam suæ iurisdictionis sub pœna librarum ducentarum den.

Quod cõmunitas teneatur trahere ad rumore. Rubrica xxviij.

ORdinamus, quod quælibet communitas districtus Pistorii, & homines ipsius audito rumore stratæ roberiæ, uel damni dati p aliquos malefactores teneatur incontinenti campanam illius communitatis, in cuius territorio prædicta fierẽt, pulsare, & prosequi eum, uel eos cum armis omnibus, & capere, si potuerint, & ducere in fortiam communis Pistorii. ¶ Et quæcunq; communitas quæ hoc non fecerit, puniatur a regiminibus pro quolibet foco in solidis quinq; den. habita ratione, & qualitate negocii, & hoc capitulum detur omnibus communitatibus districtus Pistorii, & consules, seu uicarii ipsarum ipsum legi faciant in communi, & poni in eorum statutis. ¶ Et quicunq; de dictis communitatibus qui ad prædicta non traxerit, ex quo audiuit, & non succurrerit, de prædictis, cum uiderit, uel auxilium præstare poterit, puniatur a regimine in libris decem: uiduæ autem, & pupilli ad ea non teneantur. ¶ Et insuper ad petitionem, uel rumorem alicuius, uel aliquorum, qui dubitarent offendi ab aliquo, uel aliquibus ex rebellibus, uel imbannitis pro maleficio, cõmunitas, uel uniuersitas, in cuius territorio esset, teneatur trahere ad rumorem, & iuuare talem, seu tales, qui offendi dubitarent, & capere, & detinere, & in fortiam Rectoris cõmunis Pistorii ducere tales rebelles, uel imbannitos, & si in tali rumore occiderent tales rebelles, uel imbannitos, non teneantur ducere in fortiam, nec ex tali homicidio quisq; puniri possit, uel debeat. ¶ Et quælibet singularis persona cuiuscunq; communitatis, & conditionis esset, quæ reperiretur ab illo tali, uel talibus, qui dubitarent offendi ab illo tali uel talibus bãnitis, & rebellibus, teneatur trahere, ad rumorem, & iuuare, & defendere illum, uel illos, & capere, & detinere, & in fortiam communis Pistorii ducere tales bannitos, seu rebelles, & etiam eos impune possit offendere, & communitas, quæ non traheret ad talem rumorem, puniatur pro quolibet foco arbitrio regiminis. ¶ Et singularis persona cuiuscunq; cõditionis ciuis, districtualis, uel foreteneus, qui non traheret ad romorem, & prædicta facere recusaret, puniatur in libris quinquaginta, & omnia prædicta sint in prouidentia regiminis, inspecta qualitate personarum, temporis & locorum.

Quod quelibet communitas teneatur capere homicidas & malefactores. Rubrica xxix.

SAncimus pro bono statu ciuitatis Pistorii, & districtus eiusdem, & ad eius

& Rectores, seu Vicarii populorum, & districtus Pistorii teneantur tales bannitos, uel condemnatos publice stantes in suis populis, & eos receptantes, & eis dantes consilium uel fauorem denunciare sub pœna solidorũ quadraginta den. ¶ Et consilium uel fauorem dantes ipsis bannitis uel condemnatis in pœnam & ad pœnam librarum uigintiquinq;. ¶ Et intelligãtur, quæ dicta sunt supra, de bannitis, & condemnatis communis Pistorii in pœnam & ad pœnam mortis.

De pena carcerati interficientis superstitem. Rubrica xxxj.

ORdinamus, quod quicunq; existens in aliquo carcere communis seu ciuitatis Pistorii interfecerit aliquem custodem dicti carceris, uel in dicto carcere alterum carceratum, amputetur ei caput, & si feriret, ita q; sanguis exierit, amputetur sibi manus, non obstante aliquo capitulo constituti communis Pistorii, & maxime ubi loquitur, q; pœna pecuniaria puniatur, & Capitaneus & Potestas possint suo arbitrio inquirere, & quãdocunq; sibi placuerit.

De salario reducentis aliquem homicidam vel furem in fortiam communis. Rubrica xxxij.

ORdinamus ad terrorem committentiũ homicidia uel maleficia, q; quicũq; cœperit, & infortiam communis Pistorii duxerit aliquem, qui feritam sanguinolentam fecerit cum aliquo genere armorum, habeat a commune Pistorii de habere dicti communis libras decem, quæ soluantur, & restituant ipsi communi ab ipso capto, ultra pœnam, quam soluere deberet de ferita, & regimen & Priores teneantur præcise dictam pecuniam solui facere infra decem dies post præsentationem factam de ipso capto. ¶ Et qui cœperit aliquem homicidam, habeat a communi Pistorii libras quatuorcẽtas den. post repræsentationem factam. Si talis homicida fuerit de ciuitate Pistorii, & si de comitatu, uel montanea fuerit, habeat eas, & recipere debeat & dictis comitatu, & montanea respectiue, & eandem quãtitatem lucretur, qui eos occiderit, dummodo notificet prædicta infra octo dies Rectori ciuitatis Pistorii, & dominis quator commissariis ciuitatis Florentiæ, super rebus Pistorensibus, & eorum magistratu nõ uigẽte, dominis Octo baliæ dictæ ciuitatis, & non aliter nec alio modo. ¶ Et siquis bannitus & condemnatus in pœna & banno capitis de statu suæ Excell. Ill. occiderit aliquem simile bannitum, habeat, & consequatur dictas libras quatuorcentas, modo suprascripto, & intelligatur esse, & sit rebannitus, & liberatus a quocunq; banno, & condemnatione, in quibus reperiretur descriptus & accensus pro bannito, & condemnato, & deleri debeat de libris bannitorum, & condemnatorum communis Pistorii & Florentiæ præcedente tamen declaratione magnificorum dominorum quatuor Commissariorum ciuitatis Florentiæ super rebus Pistoriẽsibus, & si talis occidens aliquem bannitum non esset bannitus, posset, & ei liceat alium bannitum rebannire, & liberari facere de banno, & condemnatione prædictis, ut supra dictum est, qui dicto tẽpore

bannitus reperiretur, & habeat & consequatur dictas libras quatuorcentas den. modo & forma suprascriptis. ¶ Et qui aliquem furem, & latronem, qui de tali furto personam uel membrum amittere debeat, coeperit, & præsentauerit ut supra, habeat a communi Pistorii libras decem ad terminum suprascriptum, & Camerarius communis Pistorii teneatur soluere dictam pecuniam sine aliqua alia reformatione fienda. ¶ Quæ omnia locum non habeant in aliquem de familia alicuius Rectoris, qui caperet, uel præsentaret aliquem de prædictis malefactoribus.

De pena accipientis prigionem de fortia Rectorum & eorum familie. Rubrica xxxiij.

STatuimus, q̃ si aliquis prigionus, uel malefactor ablatus fuerit per aliquem ciuitatis Pistorii, uel districtus, uel alium undecunq; fuerit de fortia Capitanei seu Potestatis ciuitatis Pistorii, uel alterius eorum familiæ de domo, curia, palatio, carcere, uel platea, uel aliquo alio loco ducendo, uel reducendo uel etiam ducendo ad patibulum, capite puniatur, & bona eius publicentur si prigionus ille, uel malefactor personam perdere debeat, si uero membrũ perdere debeat eadem pœna puniatur, qui eum accœperit, si uero in pœnã pecuniariam condemnari debebat, qui eum coeperit, in duplo eius, quo ille malefactor puniendus ueniret. ¶ Qui autem ad prædictos excessus committendos præstiterit adiutorium uel fauorem sociando eum ad dictum maleficium committendum, uel operam dederit, puniatur immediate pœnæ pecuniariæ superius impositæ. Si uero in persona uel membro, puniatur arbitrio Rectoris de prædictis cognoscentis, dummodo non puniatur minori pœna librarum trecentarum, & prædicti Capitaneus & Potestas, & quilibet eorum possint ex officio, & per inquisitionem procedere cõtra prædicta uel prædictorum aliquod committentes. ¶ Et si quis per uim acceperit de fortia familiæ, uel nuncii aliquem detentum pro debito, soluat debitũ, pro quo detentus erat, & insuper in libris quinquaginta den. condemnetur.

De pena furum & latronum. Rubrica xxxiiij.

ET ut certa sit pœna furum, & latronum, prouisum & ordinatum est, q̃ fures & latrones publici & famosi ultimo suplicio furcarum puniantur, intelligẽdo furem & latronem publicum & famosum, quicunq; fuerit conuictus fecisse tria furta ad minus diuersis temporibus & diebus in ciuitate, uel districtu Pistorii, & in quacunq; alia parte mundi contra aliquam personam de ciuitate Pistorii comitatu, uel districtu. ¶ Qui uero unum furtum commiserit, si a quantitate, librarum quinquaginta den. superius, uel ualoris ipsius quantitatis, condemnetur in libris quingentis den. ad arbitrium regiminis. ¶ Et si a libris uigintiquinque supra usque ad libras trecentas, ad dictum arbitrium, & qui in aliquo dictorum casuum, condemnationem de se factam non soluerit infra decem dies, post dictos decem dies latæ condemnationis si in fortiam communis Pistorii tempore condemnationis foret,

uel

uel si tunc non esset in dicta fortia, post diem quo in dicta fortia deuenerit amputetur ei manus dextra, ita q; a bracchio totaliter separetur. ¶ Et si fuerit a decem libras supra condemnetur fur usq; ad libris centum. ¶ Et si a libris quinq; supra, condemnetur in libris quinquaginta deñ. & ab inde infra usq; in libris uigintiquinq; deñ. arbitrio regiminis in quolibet casu prædictorum, in specta qualitate personæ & facti. ¶ Et quicunq; in prædictis casibus, uel aliquo eorum, exceptis suprascriptis duobus casibus, non soluerit condemnationem de se factam in termino suprascripto, amputetur ei auricula dextra, & sigilletur cum sigillo ferreo calido in facie, adeo q; ab omnibus uideri, & cognosci possit. Et cum dictis conditionibus & pœnis debeant fieri condemnationes & pœne furum prædictorum. ¶ Et nihilominus condemnetur in eadem condemnatione ad restitutionem ablatorũ siue per accusationem, siue ex officio per inquisitionem sit processum, & siue ipsa restitutio petita fuerit, siue non de quibus quidem furtis possit procedi ex officio per inquisitionem.

De feritis factis in fures. Ru. xxxv.

DE feritis factis in fures suprascriptos ut supra continetur de infrascriptis feritis & offensis sint inmunes a pœnis hii, qui ferierint de nocte eos, quos inuenrint furantes, uel secantes bladum suum, uel alias res, si se defenderint cum armis, & hii etiam, qui ferierint aliquos, quos inuencrint de nocte in domo sua.

De pena assassinorum: & facientium offendi per assassinos. Ru. xxxvi.

STatutum & ordinatũ est, q; si aliquis de Ciuitate Pistorii, uel districtu eius fecerit offendere aliquam personam in dicta ciuitate, uel alibi ubicunq; aliquem de Pistorio, uel districtu eius per aliquem seu aliquos, qui assassini, uel malandrini, seu desperati appellantur, si offensus moreretur & illa offensa debeat ille, quia offensionem fieri fecerit, capite puniri, si in cõmunis fortiam peruenerit, & omnia sua bona confiscari debeant, & si haberi non posset, condemnetur pœna prædicta, & sit perpetuo exbãnitus, & imperpetuũ non possit habitare in ciuitate Pistorii, uel districtu. ¶ Et si autem offensus prædicto modo non moreretur, tunc ille, qui offendere facit, hoc modo puniatur, quod si vulnus esset in vultu, uel membrum aliquod debiliratum, condemnetur in libris duabus millibus, quam pœnam, si non soluerit, manus ei abscidatur & pes. ¶ Si autem vulnus non esset in vultu, nec sequeretur debilitatio membri, condemnetur communi Pistorii in libris mille, & si non soluerit, manus ei abscidatur. ¶ Et assassinus, uel assassini, qui aliquas ex dictis offensis fecerint, & in communis fortiam peruenerint, trahantur ad caudam mulorum usq; ad locum iusticiæ, & ibi amputentur eis capita, ita ut moriantur. ¶ Et qui talem assassinum, uel assassinos in sua domo receptauerit, uel rerinuerit in ciuitate Pistorii, uel districtu, puniatur pœna librarum ducentarum, & bona talium assassinorum debeant confiscari, &

ipsorum bonorum medietas sic communis, & alia medietas sit offensi, uel eius hæredum, & eorundem assassinorum filii perpetuo sint exbanniti cõmunis Pistorii, & perpetuo non possint habitare in ciuitate & districtu Pistorii. ¶ Et quicunq; talem assassinum cœperit, & in fortiam cõmunis duxerit, ita q; possit puniri, & habeat de habere communis Pistorii libras quadringentas den. quas regimen eidem dare, & soluere faciat a camerario cõmunis Pistorii, post decem dies post appresentationem de tali assassino, & bona prædictorum, tam fieri facientium offensam, q; assassinorũ nullo modo defendi possint, uel debeant quin confiscentur, & sic Regimen teneatur & debeat nullam audire defensionem, quin de bonis, quæ inuenirẽtur possidere tempore commissi maleficii, fiat ut supra continetur, & in prædictis & circa prædicta, & quodlibet prædictorum Capitaneus & Potestas, & eorum Iudices maleficiorum in inueniendo, & cognoscendo plenum habeant arbitrium, & de his acerrimam indagationem facere teneantur. ¶ Quibus quidem malefactoribus pax non prosit, nec aliquo beneficio, capituli constituti possint adiuuari, ad hoc ut possint exire de banno uel condemnatione. ¶ Et possit Regimen Ciuitatis Pistorii infra mensem sui Regiminis per legales, & honestas personas facere inquirere, & inuestigare per ciuitatẽ omnes & singulos assassinos, & receptatores eorum, qui de dicto crimine fuerint infamati, & ab eis fideiussores accipere de parendo mandatis ipsius regiminis, & securitate recepta ab eisdem, præcipiatur eis per dictum regimen, uel eius iudicem eos exire Ciuitatem Pistorii, & districtum, & extra stare toto tempore sui regiminis, & si Regimen prædicta non fecerit, perdat libras quinquaginta den. de suo salario. ¶ Et nullus debeat condemnari, eo q; per assassinum fieri fecerit maleficium propter contumaciam tanquã assassinus, nisi probetur saltem per publicam famam ante condemnationem factam eum tanquam assassinum maleficium commisisse, uel fieri fecisse p assassinum. ¶ Et hoc capitulum sit præcisum: & non intelligantur assassini attinentes personæ mittentis, uel ducentis eum, uel eos ad prædicta maleficicia committẽda usq; in quartum gradum ex patrimonio, uel matrimonio, uel qui fuerit de domo sua, casato, uel familia.

Vbi debeant esse furchæ: & corporales executiones fieri. Rubrica. xxxvii.

STatutum est, q; furchæ, super quibus deberent suspendi homines, & corporales executiones fieri, sint, & esse debeant allo Sperone, extra Ciuitatẽ Pistorii per stratam Florentinam publicam in solito loco per unum miliare lõge a dicta Ciuitate Pistorii, & fiant ibi duæ murellæ, & unum monumentũ expensis communis, & prædicta teneatur Regimen obseruare sub pœna librarum quinquaginta. ¶ Nec possit dictus Regimen aliquam executionem seu uindictam corporam facere in prato Cõmunis ob reuerentiã Dei & beatæ Mariæ uirginis, ordinisq; fratrũ minorũ. ¶ Saluo q; de Ciuibus Pistorien sibus possit fieri uindicta, seu executio in quocunq; loco Ciuitatis Pistorii, ubi uoluerint consanguinei, sed debeat eas facere, & fieri facere extra circulum ciuitatis, & ubi ipse uoluerit extra circulos.

De pena iuuantis solucre penam. Rubrica xxxviij.

QVicunq; de ciuitate, comitatu, uel districtu P'storii teneretur per sacramentum, uel aliam promissionem quomodolibet, & sub quibuscunq; uerbis tactam soluere aliquam pœnam, ut aliquis ferret aliquam personam, uel quomodolibet alio modo eam offenderet, habeatur, ac si fecisset dictam ferita, uel offensam, & eadem pœna puniatur, & puniri debeat.

Quod terminus in cõdemnatione psone appositus incipiat currere a die qua venerit infortiam communis. Rubrica xl.

STatutum & ordinatum est, q; termini appositi in quibuscunq; condemnationibus latis per quoscunq; officiales ciuitatis Pistorii, in quibus esset apposita pœna personæ uel membri, uel alicuius afflictionis corporis in defectum solutionis factæ non in termino in dicta condemnatione apposito, intelligatur currere, & currere incipiat post diem, qua dictus condemnatus uenerit in fortiam communis Pistorii post ipsam condemnationem. ¶ Et sic intelligantur, & intelligi debeant ipsa uerba, etiam si expresse dicerent terminum incohari a die latæ sententiæ, adeo q; intelligantur hæc uerba, uidelicet a die qua in fortiam communis uenerit. ¶ Et possit quandocunq; antequam in fortiam communis uenerit, etiam si terminus defluxerit, soluere pœnam pecuniariam, & illam soluendo sit liber a pœna in defectu solutionis apposita.

Quod cãpana pulsetur de sero post solis occasum Rubrica xl.

ORdinatum est, q; campana, quæ pulsatur, & pulsari consueuit ad recollectã pulsetur de sero post solis occasum ad destensam, & sonitus dictæ campanæ intelligatur esse, & sit campana pœnæ duplæ. ¶ Et quicunq; committeret aliquod maleficium contra aliquem post sonum Aue Mariæ, quæ pulsatur de sero, usq; ad sonum Aue Mariæ, quæ pulsatur de mane, & sic noctis tempore, duplici pœna puniatur eius, quo uenirer puniendus iuxta formam statutorum, non obstante aliquo statuto incontrarium loquente, & disponente.

De pena facientis cartam falsam. Rubrica xlj.

STatuimus, q; siquis notarius scienter fecerit cartam falsam, & hoc liquidum fuerit Capitaneo & potestati, uel alicui eorum, abscidatur ei manus destera, & artem amplius nõ exerceat. ¶ Idem dicimus in omnibus, & per omnia de ea persona, quæ scienter fieri fecerit talsum instrumentum, si uero aliquis fecerit, uel fieri fecerit scienter plures cartas falsas, seu plura instrumenta falsa igne comburatur, ita q; penitus moriatur. ¶ Si uero scienter usus fuerit falso nomine, uel procuratorio, uel quocunq; nomine, puniatur in libris ducentis den. ¶ Et quæ dicta sunt de faciente, uel fieri faciente cartam falsam, & utente carta falsa, uel instrumento, obseruẽtur in omni alia persona,

quæ fecerit, uel fieri fecerit, uel fuerit usus falsis litteris. ¶ Et quæcunq; persona, quæ modo aliquo fecerit, uel fieri fecerit qnocunq; modo aliquas priuatas litteras, uel scripturas falsas, incidat, & incidisse intelligatur ipso facto & iure pro prima uice in libris quingentis, & a prima uice ultra in pœnam librarum mille den. Et intelligantur esse, & sint omnes, qui contra prædicta aut aliquod prædictorum fecerint, & prædictas falsitates commiserint, imperpetuum priuati omnibus officiis communis Pistorii, ad quæ ullo unq̃ tempore possint restitui, nisi obtentum fuerit in consilio populi, per nouem ex decem Cõsiliarius, præcedentibus tamen prouisionibus super id fiendis. ¶ Et Regimen ciuitatis Pistorii, & eius Iudex maleficiorum de prædictis possint inquirere, & nihilominus tam faciens q̃ fieri faciens condemnetur læso ad eius damna & interesse reficienda.

De reprobatione testium & pena falsorum testium & producentis eos. Rubrica xlij.

ORdinatum est, q̃ si in aliqua lite, seu quæstione coram aliqno officiali communis Pistorii, aut quocunq; Iudice ordinario, uel delegato in causis secularibus, uel spiritualibus, nel coram aliquo, seu aliquibus arbitris, seu arbitratoribus siue sit actor, siue sit reus, qui introduxerit, uel introduci fecerit per se, uel per alium testes falsos, puniantur ipsi testes, & quilibet eorum, & eos producens pœna librarum centum den. & mitretur in capite tempore condemnationis fiendæ, quam pœnam librarum centum, si condemnatus non soluerit infra decem dies a die condemnationis factæ, abscidatur ei lingua, ¶ Saluo q̃ si is, contra qnem procederetur pro huiusmodi crimine, comparuerit coram Regimine, & fecerit depositum penes camerarium cõmunis Pistorii pro ipso communi recipienti in pecunia numerata de libris centum quinquaginta den. quo deposito facto nõ mittatur ad carceres, sed si postea citatus non comparuerit, ad hoc ut mitrari possit, & mitratus non fuerit, condemnetur in libris quinquaginta & centum, qna cõdemnatione facta camerarius communis Pistorii teneatur, & debeat ponere ad introitũ communis quãtitatem den. ut superius dicitur depositatam, & ipso iure statim facta dicta condemnatione positam esse intelligatur ad introitum, si autem comparuerit, & mitriatus fuerit, a libris centum supra in quibus condemnetur, residuum ei restituatur. ¶ Et intelligatur quem produxisse falsum testem, uel testes, non solum quia ipse produxerit, sed etiam si eius procurator produxerit, nisi tempore productionis & ante per quindecim dies fuerit absens a ciuitate Pistorii, & nomen & pronomen ipsius condemnati dictis de causis, uel aliqua earum, & locus, & cappella, unde est, scribatur in mitria, & ipsa mitria post condemnationem, & executionem figatur in solario curiæ maleficiorum Pistorii, ita q̃ ab omnibus possit uideri, & legi siue condemnatus fuerit, siue non, quæ ibi stare debeat toto tempore Rectoris, postea leuetur per massarium communis. ¶ Et Regimen ciuitatis Pistorii, & eius Iudex possit, teneatur, & debeat de prædictis, & quolibet eorum cognoscere, procedere, punire, & condemnare ad accusationem, & denunciationẽ

ciationem cuiuſcunq; perſonæ,& ex officio,& per inquiſitionē ſine aliqua accuſa,uel denuncia,& ueritatem inquitere, & recipere per omnem uiam, modum,& genus tormentorum. ¶ Ac etiam poſſit,& ſibi liceat procedere modis prædictis,uel aliquo,ſeu alio eorum contra eos, qui de huiuſmodi ſcelerato crimine fuerint deinceps publice diffamati, & repertos culpabiles punire pœnis prædictis,& de dicto crimine poſſit cognoſci, procedi, & condemnari infra unum annum a die iuramenti teſtium de quorum teſtimonio ageretur computandum,ſaluis ſemper in prædictis, & quolibet eorum priuilegiis dominorum Priorum,& Vexilliferi iuſtitiæ, & eorum notarii ciuitatis Piſtorii. ¶ Et prædicta & quodlibet prædictorum locum habeant,& intelligantur, ſi teſtis ſuper facto principali, uel ſuper intentione producentis falſum tulerit,& deſpoſuerit teſtimonium,& ſi teſtis tulerit uarium teſtimonium ſuper ipſo facto,uel intentione producentis, adeoq; ex tali uariatione falſitas deprehendatur, ex ipſo dicto teſtis falſum intelligatur tuliſſe teſtimonium,& ſine aliqua alia probatione non puniatur talis teſtis,nec producēs eum pœnis,& modis prædictis,ſed puniatur pœna quinquaginta librarum duntaxat. ¶ Et quilibet accuſator,qui accuſare uoluerit aliquem teſtem,uel producentem eum de falſo,teneatur,& debeat ſatiſdare de libris quinquaginta pro quolibet teſte,uel producente accuſato dāndis & ſoluendis communi Piſtorii,& de expenſis reſtituendis ipſi accuſato, ſi non probetur falſitas,in quibus libris quinquaginta & expenſis, Rector cauſam cognoſcens, ſi ipſum accuſatum abſoluerit, uel pronunciauerit ſuper accuſatione non eſſe procedendum, teneatur, & debeat in ipſa abſolutione,uel pronunciatione ipſum accuſatorem condemnare ſub pœna librarum uigintiquinq; den.pro qualibet uice. ¶ Et ad hoc ut examinatio teſtium ſine ſuſpitione procedat, & terror ſit præſentia Iudicis falſirati, quilibet Iudex cauſarum ciuilium communis Piſtorii, & Iudex appellationum, & nullitatum ipſius ciuitatis teneatur,& debeat intereſſe examinationi teſtium productorum coram ſe,uel ſuo præceſſore ſi a partibus litigantibus, uel aliqua earum fuerit requiſitus ſub pœna librarum xxv den. uice qualibet contrafacienti auferenda,& ſufficiat in dicto caſu fieri examinationem per unum ex notariis dictarum cauſarum,& pro tempore deputatis cum Iudice ad examinationem teſtium. ¶ Saluo quod ſi in tali caſu ſteterit per Iudicem,quominus examinatio teſtium fiat infra debitum tempus, tempus non currat producēti teſtes,nec eius aduerſario,donec ipſa examinatio fiat & in caſu prædicto debeat examinatio teſtium fieri in palatio reſidentiæ talis Iudicis. ¶ Poſſit inſuper,& debeat teſtium examinatio fieri in quacunque cauſa quæſtione,uel lite,quolibet die non obſtantibus aliquibus feriis & diebus feriatis illis diebus duntaxat exceptis,qui feriati ſint in curia maleficiorum communis Piſtorii per ſtatuta ciuitatis ipſius. ¶ Et ne priuilegia clericorum aliis ſint damnoſa,nullus clericus recipiatur, & recipi poſſit in teſtem in aliqua curia ſeculari, niſi primo fiat fides Iudici quæſtionis per literas domini epiſcopi piſtoriēnſis,uel eius uicarii,q; talis clericus ſit,& reputetur bonæ conditionis,& famæ,nec ſit notatus infamia,uel falſitate. ¶ Et ſi poſtea conſtiterit Iudici talem clericum falſum tuliſſe teſtimonium

teneatur, & debeat per ſuas literas dño Epiſcopo, uel eius Vicario notifi-
care huiuſmodi falſitatem, ipſumq; reuerenter præcari, q; talem clericum de
bita pœna puniat faciendo de primis literis mentionem, quæ literæ tam pri
mæ, q̄ ſecundæ in actis præfati iudicis debeant regiſtrari, q; ſi contra dictam
formam aliquis clericus fuerit receptus in teſtimonium, eius receptio, uel at
teſtatio ſit ipſo iure nulla, & hæc de clericis incedentibus in habitu, & ton
ſura clericali, & facientibus habitationem continuam in aliqua eccleſia, uel
in domo alicuius eccleſiæ dicta intelligantur, cum alii clerici non inceden-
tes, & non habitantes, ut prædicitur, non debeāt conſideratis ſi nodalibus
conſtitutionibus, & ſtatutis ciuitatis Piſtorii pro clericis reputari. ¶ De
nicq; cum ſubornatores falſitatis ſint non minus ipſis falſariis puniendi, ſta-
tuimus q; nullus aduocatus, uel procurator, uel patrocinator, uel alia quæ-
cunq; perſona audeat, uel præſummat docere, inſtruere, uel ſubornare per-
ſonam aliquam, ut ferat teſtimonium falſitatis ſub pœna librarum centum
den. cuilibet contrafacienti uice qualibet auferenda, & ſuper hoc procedi,
& cognoſci poſſit modis & formis ſuperius dictis.

De pena corrumpentis Capitaneum Poteſtatem vel aliquem officialem. Rubrica xliij.

ORdinamus, q; nulla perſona audeat, uel præſummat corrumpere Capitane
um, uel Poteſtatem præcio, uel alio modo, uel aliquem officialem commu
nis Piſtorii, ſeu aliquem de ſua familia, uel berrouarios, uel Priores aut Ve
xilliferum iuſtitiæ, uel camerarium communis, aut aliquem eorum, ad pœ-
nam librarum quinquaginta den. pro quolibet, & qualibet uice, habita &
conſiderata ratione delinquentium, & delicti ſecundum prouidentiam re-
giminis. ¶ Et intelligatur corruppiſſe officialem quicunq; dederit, uel ſol
uerit aliquid, quod ſit prohibitum per formam ſtatutorum, & quicquid fie
ret in fauorem talis dantis, ſit ipſo iure nullum. ¶ Et nulla perſona audeat,
uel præſummat inducere per ſe, uel alium aliquem Rectorem, & officialē,
aut aliquem de ſupraſcriptis præcio præcibuue, uel alio quocunq; modo,
aut attētet, uel præſummat dare, uel donare, uel aliquid promittere, uel pro
mitti facere per depoſitum, uel alium quemcunq; modum contra honorem
uel officium ipſorum, uel alicuius eorum, & communis Piſtorii. ¶ Siquis
autem contrafecerit puniatur per Capitaneum, uel Poteſtatem Piſtorii pro
qualibet uice in libris uigintiquinq;, & plus, & minus inſpecta qualitate fa-
cti, & perſonarum, & perdat depoſitum.

De pena extorquentis per violentiam. Rubrica xliiij.

ORdinamus, q; nulla perſona extorqueat uiolenter alicui aliquid, & qui con
trafecerit, puniatur in libris quinquaginta den.

De pena vacātis aliquē ad iudiciū alterius iudicis. Rub. xlv.

STatutum, & ordinatum eſt, ad refrenandum malitias & cauillationes

plurium ciuium comitatinorum, & districtualium ciuitatis Pistorii, & districtus, qui trahebant de foro ciuitatis Pistorii causa uexandi, & deprimendi eosdem ciues, comitatinos, & districtuales ad alium forum extra iurisditionem ciuitatis Pistorii, ut ipsorum iuribus priuarentur, & exactiones facerent, ab eis per tales iudices alterius iurisditionis, sub quorum examine ducebantur. ¶ Quod nulla persona per se, uel alium suo nomine aliquam personam ciuitatis, comitatus, uel districtus Pistorii cuiuscunq; conditionis existat de ciuitate, comitatu, uel districtu oriundam, uel habitantem stătem ad mandata communis Pistorii possit trahere ad iudicium pro aliqua causa, uel quæstione ciuili, uel criminali, nec contra eam per aliquem iudicem de extra ciuitatem, & districtum Pistorii procedi possit pro aliqua causa ciuili, uel criminali, nec contra eam per aliquem in causis prædictis, aut coram aliquo, uel aliquibus iudicibus per aliquem iudicem, uel iudices extra ciuitatem Pistorii, uel de his, uel pro his, de quibus cognoscere posset, & potest Capitaneus, & Potestas ciuitatis Pistorii. ¶ Et quia prædictæ tractiones fiunt ut plurimum per diuites contra pauperes, & per uolentes magnas expensas fieri contra illos qui uellent expensis parcere, Ideo prouisum sit, q; qui contrafecerit facta fide per conuentum etiam per solam cœdulam citatoriam, uel per quamcunq; cœdulam sibi per nunciũ dimissam, uel quouis alio modo, immediate incidat ipso iure in pœnam librarum ducentarũ applicandarum pro dimidia cameræ communis Pistorii, & pro alia dimidia tali citato, & ad iudicium tracto, & nihilominus talis contrafaciens cadat a iure suo, in quam pœnam condemnetur talis contrafaciens per quemlibet Rectorem ciuitatis Pistorii, ad quem haberetur recursus omni iuris solemnitate omissa sub pœna librarum ducentarum tali Rectori requisito prædicta nõ obseruanti, applicãda pro dimidia cõmuni Florẽtiæ, & pro alia dimidia cameræ cõis Pistorii, de quibus sindicari debeat tempore sui sindicatus.

De pena eius qui vendiderit rem causa verandi aliquem. Rubrica xlvj.

SAncimus, q; nulla persona ciuitatis, uel distrĭctus Pistorii aliquo titulo alienet aliqua bona, res, siue iura clerico, uel conuerso aliquo modo causa uexãdi aliquem, seu citandi, uel trahendi aliquem ciuem Pistorienſem, uel districtualem extra iurisditionem communis Pistorii, & qui contrafecerit puniatur in libris uigintiquinq; quoties culpabilis fuerit. ¶ Et si qua persona olim contrafecerit, uel faciet insuturum, alienatio non ualeat ipso iure, & nihilominus alienans cogatur summarie, & defacto ad resarciendum damna, & expensas etiam nullo iuris, uel statutorum ordine seruato, & Regimen teneatur alienationem prædictam facere retractari, seu capsari de facto, pro ut de facto processit.

De pena vendentis res plus vna vice. Rubrica xlvij.

ORdinamus, & statuimus, q; nulla persona uendat, uel quoquo modo, aut

titulo alienet, uel in perpetuum concedat, uel locet in perpetuum alicui per sonæ, uel loco rem aliquam immobilem, quam alteri personæ uendiderit, alienauerit, insolutum concesserit, uel locauerit sub pœna librarum ducentarum cuilibet contrafacienti uice qualibet auferenda, & plus & minus inspecta qualitate rei uenditæ alienatæ, seu locatæ, & personæ, cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii, & reliqua sit secundi emptoris. ¶ Et nihilominus dictus uenditor, uel alienator teneatur restituere præcium secundo emptori, & omne interesse, & damnum, quod inde sequæretur sine strepitu, & figura iudicii. ¶ Et uenditio, alienatio, locatio, uel concessio contra præsentia ordinamenta facta hactenus, & quæ fieret in futurum, sint ipso iure nulla, & pro nulla habeantur, & intelligantur, & hæc locum habeant, in præteritis, & futuris.

De pena petentis debitum iam solutũ. Rubrica xlviij.

PRouisum, & ordinatum est, q; siqua persona ciuitatis Pistorii, uel districtus petierit quomodocunq; coram aliquo Rectore, uel officiali communis Pistorii aliquod debitum, quod sibi iam solutum fuerit, Regimen teneatur ei auferre ad opus communis Pistorii duplũ eius, quod ipsa persona petebat. ¶ Si uero solutio debiti appareat per publicum instrumentum puniatur in libris centum den. si debitum petitum fuerit a libris quinquaginta infra, si uero ab inde supra condemnetur in duplo debiti petiti, cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii, & altera medietas debitoris & conuenti. ¶ Quę omnia procedant, & locum habeant in quocunq; potente undecunq; sit, & siue perse petat, siue per alium, & etiam in hæredibus.

De pena creditoris nõ restituẽtis cartã debiti. Rubrica xlix.

SAncimus, q; quilibet mercator, uel mercatrix & creditor solura sibi debiti quantitate in continenti teneatur restituere, & restitui facere suo debitori cartam debiti, si qua est, & ipsam cancellari facere ad uoluntatem debitoris ipsius, & notarius ipsam abreuiaturam cancellare teneatur ad uoluntatem creditoris debiti, & apponere ibi annum & diem, & facere ipsi debitori contra cartam de solutione expensis ipsius debitoris. ¶ Et quilibet mercator uel creditor contra faciẽs puniatur in libris decem den. a regimine ad opus communis Pistorii quoties contra fecerit, & teneatur etiam sub eadem pœna mercator suam scriptam priuatam cancellare, & idem intelligatur in omnibus aliis credentiis mutuis & debitis ab omnibus & singulis aliis personis, & notarius teneatur tunc ipsam abreuiaturam cancellare.

De pena adulterij stupri & incestus. Rubrica l.

PRouisum, & ordinatum est, quod Capitaneus, & Potestas, uel eorum Iudices non possint, uel debeant contra aliquem hominem uel mulierem

in

ſn quæſtione adulterii, uel ſtupri procedere per uiam inquiſitionis, uel denunciæ, ſed per accuſationem tantum, & accuſante marito, uel filio, uel fratre, uel patre mariti, uel mulieris, uel ipſis, aut altero ipſorum conſentientibus per curiam procedatur, de quo conſenſu primo, & ante omnia appareat in actis curiæ maleficiorum manu notarii ad maleficia deputati, & non alia perſona ad prædicta admittatur. ¶ Et ſi accuſatio inſtitueretur per aliquã aliam perſonam, q̃ dictum ſit ſupra, accuſa non ponatur, & non admittatur & aliter, uel alia forma, uel modo in quæſtione adulterii non procedatur. ¶ Et quicunq; commiſerit adulterium iacendo cum uxore aliena, ſeu uidua muliere, uel cum alia hon eſta de ciuitate Piſtorii, ſi contra uoluntatem mulieris punitur in libris quingentis, ſi uero cum uoluntate, in libris ducentis quinquaginta. ¶ In diſtrictualibus uero, in medietate pœnæ, & de uoluntate mulieris poſſit inquiri, & fieri & ciuſdem mulieris ſtetur dicto uſq; ad condemnationem. ¶ Si uero quis commiſerit adulterium cum uirgine incidat pœnas ſupraſcriptas cum iſta tamen adiectione, quod ulr a aliã pœnam teneatur conſtituere, & dare ipſi uirgini dotes conuenientes ſecundũ ſtatum ipſius uirginis. ¶ Si uero non fuerit habilis ad dotem conſtituendam, ſi uiolenter commiſerit, intelligatur ipſo iure eſſe, & ſit confinatus, & relegatus imperpetuum extra ciuitatem, comitatum, & diſtrictum Piſtorii, & totius imperii Florentini ſub conditione, q̃ ſi prædicta confinia non ſeruauerit, intelligatur ipſo iure eſſe, & ſit incurſis in pœnam capitis, ſi uero non uiolenter, ſuſtigetur, & amputetur ei auricula. ¶ Et ſi qua perſona cõ miſerit adulterium cum aliqua ſclaua, ſanteſca, uel huiuſmodi conditionis, condemnetur in libris decem, & ultra uſq; in uigintiquinq; libris, inſpecta qualitate perſonarum, & culpæ, & hoc ſi fuerit de uoluntate dicte ſclauæ, ſanteſche, uel huiuſmodi, ſi uero contra uoluntatem condemnetur in libris uigintiquinq;, & uſq; in libris centum ad arbitrium Regiminis inſpecta qualitate perſonæ. ¶ Saluo quod ſi fuerit publica meretrix non incurrat aliquam pœnam. ¶ Et ſi aliquis iacuerit cum aliqua ſerua ſcilicet ſclaua, & eam prægnantem fecerit, teneatur ſatis dare, & cogi poſſit, ad ſatiſdandum de extimatione dictæ ſclauæ reſtituenda domino, ſi ex hoc perierit dicta ſclaua, ac etiam de reficiẽdis expenſis, & intereſſe domino, quæ, & quas exinde ſuſtulerit arbitrio boni uiri taxandis, & q̃ de coitu, & adulterio commiſſis cum dictis ſclauis non poſſit cognoſci, niſi per accuſationem, uel ſaltẽ quærelam domini, quando præceſſerit de eorum uoluntate.

De pena habentis uxorem: & aliam deſponſantis. Rubrica 11.

O Rdinamus, q̃ ſiquis habens uxorem, uel ſponſam annulatam uel iuratam, uel per conſenſum habitam, & aliam accæperit, anteq̃ ſeparetur ab ea, puniatur a Regimine in libris mille den. quoties contraſecerit, & idem intelligatur de mulieribus. ¶ Et teneatur Regimen inuenire, ex quo fuerit ei denunciatum, ſi talis delinquens fuerit habilis ad ſoluendum dictas libras mille denariorum de qua habilitatione ſtetur declarationi inaforis partis magnifici Prioratus ciuitatis Piſtorii, uel eius pro tempore locum

tenentium, & ad minus incurrat pœnam librarum quingentarum den. ¶Et idē intelligatur si aliquis acceperit aliquā uxorē, & duxerit eam, & postea dixerit aliam uxorem habere, puniatur a Regimine in pœnam librarū mille, si fuerit habilis, ut supra, & ad minus in libris quingentis.

De pena non facientis confici instrumentum de consensu matrimoniali. Rubrica liij.

STatuimus, q̄ omnes, & singulæ personæ, ciuitatis, comitatus, & districtus Pistorii, quæ contrahūt matrimonium, teneantur, & debeant facere fieri in strumentum publicum per publicum tabellionem, de consensu matrimoniali utriusq̄ cogniugum, & contrafaciens puniatur in libris decem den. cameræ communis Pistorii applicandis.

De pena commitatis venientis contra aliam communitatem. Rubrica liij.

STatuimus, q̄ si communitas alicuius terræ nostri districtus uenerit manib⁹ armatis contra alteram communitatem eiusdem districtus, puniatur in libris centum den. ad opus communis Pistorii, si habet centum focos, & ultra usq; ad ducētos, si uero habuerit ducētos focos, & ultra, puniat̄ in libris ducēt⁹, si uero habuerit minus centū focis puniatur pro rata dicte pœnæ.

De impropenis non faciendis. Rubrica liiij.

STatuimus, q̄ Regimen ciuitatis Pistorii faciat bannire per præconem per ciuitatem primo mense sui Regiminis in die sabbati, q̄ non fiant alicui improperia de homicidiis, de pace fracta, uel de aliquibus feritis, & si contrafactum fuerit, masculus de improperiis maleficii, seu homicidii, uel pacis fractæ puniatur in libris uigintiquinq̄, & ultra usq; in quinquaginta inspecta qualitate personæ, facti, & loci. ¶Si autem fœmina fuerit, quæ de homicidio fecerit improperium, puniatur in libris decem den. & de improperio feritæ, uel aliquo alio maleficio puniatur in libris quinq̄, & hoc capitulum ipse Regimen faciat legere in suo consilio, quarum pœnarum medietas sit communis Pistorii, & altera accusatoris.

De pena dicentis alicui villaniam. Rubrica lv.

PRouisum est, q̄ siq̄is dixerit alicui villaniam grauem iniuriam continentē, Regimen teneatu: inuenire, si inde fuerit reclamatum, quod si inuenerit, ei libras quatuor den. auferat & etiam ultra usq; in decem inspecta qualitate personæ, loci, & temporis', idem dicimus de mulieribus excepto q̄ non puniantur nisi in libris quatuor den. & si non habuerit, unde soluat, soluere teneatur maritus de dote sua, nisi apparuerit hoc dixisse causa compescendi uel castigandi aliquem, & dictus Regimen possit inquirere de omni villania, quæ diceretur alicui personæ in aliquo palatio communis Pistorii, & coram quocunq̄ Rectore, seu dominis Prioribus, uel aliquo officiali, & ipsos delinquentes punire pœnis duplicatis.

De pena

De pena offendentis procuratorem vel aduocatum aduersarij. Rubrica lvi.

ORdinamus,& statuimus,q̃ nullus audeat, uel præsummat offendere, uel offendi facere quoquo modo dicto,uel facto aliquem, qui contra eum aduocaret,uel procuraret in aliqua curia alicuius Iudicis, uel officialis communis Pistorii pro aliqua persona,siue loco, quod si contrafactum fuerit, puniatur,qui tali aduocato,uel procuratori uillaniam dixerit, uel minas intulerit,per ipsum Iudicem, uel officialem ex suo officio sibi per præsentem constitutionem attributo pœna librarum uiginti,& ultra usq; inquinquaginta inspecta qualitate causarum,& personarum. ¶Si uero alibi fuerit facta offensio dicto,uel opere,puniatur offendens pœna quadrupli,q̃ si aliũ offendisset,& intelligatur offensus procurator,uel aduocatus contra offendentem,qui contra eum aduocaret,uel procuraret,uel procurauerit contra eum per sex menses,uel minus ante offensam. ¶Et prædicta facere teneatur Iudex,uel officialis,coram quo offensio,uel reclamatio facta fuerit,sub pœna librarum centum auferenda eidem per sindicum,qui eum sindicabit.

De pena ligantis alicui manus. Rubrica lvij.

SIquis alicui ciui ligauerit studiose manus,puniatur in libris centum,& si ciuis hoc fecerit contra foretaneum media pœna puniatur,& econuerso foreteneus hoc faciens contra ciuem media pœna puniatur,& plus & minus arbitrio regiminis,& talibus non prosit pax ad euitandum pœnam,& excipimus latrones,fures,incẽdiarios,& uastatores,& illos,qui in domo alterius reperiuntur,qui possint sine pœna ligari.

De pena proicientis lapides causa uirtutis. Rubrica lviij.

ORdinamus,q̃ nulla persona habens etatem ultra quatuordecim annorum studiose doceat proicere, seu proiciat lapidem, seu lapides,palum de ferro, uel dardum in ciuitate Pistorii,uel burgis causa uirtutis, & qui contrafecerit,puniatur pœna librarum duarũ pro qualibet uice,& regimen faciat hoc banniri semel infra mensem sui regiminis ad minus.

De pena frangentis murũ inter se & vicinũ suũ. Rubrica lix.

STatuimus,q̃ nulla persona ecclesiastica,uel secularis de cætero audeat, uel præsummat per se, uel alium aliquo modo frangere, uel rumpere murum, quem habet, uel haberet communem cum uicino suo sine eius cõsensu sub pœna librarum quinquaginta denariorum qualibet uice, qua cõtrafecerit.

De pena tagliantis vel rumpentis murum:casam vel columnam. Rubrica lx.

SIquis deuastauerit,uel tagliauerit casam,uel trabẽ, uel colũnã case alterius ciuis studiose,uel rũperet murũ,uel parietẽ case,dãnũ emendare teneatur,

& debeat, & insuper puniatur in libris quinquaginta denariorum, & plus, & minus, sicut Regimini uidebitur, inspecta qualitate facti, rerum, & personarum, cuius pœnæ medietas sit illius, cui fuerit tagliata, uel deuastata, uel rupta casa, uel paries, uel res ex prædictis, & altera medietas communis.

De pena displanantis cigliarem. Rubrica lxj.

QVicunq; explantauerit, uel inciserit cigliare de campo alterius, uel terminos amouerit, uel sæpem, seu sæpes inciserit, uel fregerit sæpem, uel claudendam steccatum, uel parietem, uel aliam rem aptam ad clausuram alicuius cãpi, possessionis, uel poderis ciuitatis Pistorii, uel uinearũ, uel orti, uel fossum commune, inter se, & suum uicinum miserit sine licentia ipsius uicini condemnetur in libris quinq; den. ¶Si uero aliquis repleuerit foueam communem inter se, & uicinum sine eius licentia, incidat in pœnam librarum uigintiquinq; den. & si inde fuerit reclamatum, Regimen ultra dictas pœnas condemnet talem delinquentem, seu delinquentes ad releuandum cigliare, terminos reponendum, & foueam excauando, & in pristinum statũ omnia reducendum infra octo dies, nisi hii, qui hoc fecerint, haberent ius eundi per campum cuius cigliare displanatum fuerit, & præsummatur foueam misisse eum, in cuius campo terra foueæ inueniretur sine alia probatione saluis aliis maioribus pœnis. ¶Et saluo q; siquis explanauerit cigliare, aut aliquod ex prædictis fecerit de commissione, uel mandato alicuius officialis communis Pistorii, non incidat in aliquam pœnam, & conquerens de prædictis non audiatur,

De pena tenẽtis aliquas possessiones sine licẽtia. Rubrica lxij.

ORdinamus, q; nulla persona ciuitatis, uel districtus Pistorii laboret, uel laborare faciat, uel comperet, uel aliquo titulo accipiat, uel teneat terras, & possessiones aliquas communis Pistorii, sine consensu, & uoluntate communis, & persona contrafaciens puniatur in libris decem den. & fructus ex ipso laborerio sint communis Pistorii. ¶Et contractus, uel alienatio facta, uel factus de rebus prædictis, sit ipso iure nullus, uel nulla, & nemo faciat cõtra prædicta, & Regimen teneatur facere hoc banniri bis ad minus toto tempore sui Regiminis. Quæ omnia etiam intelligantur habere locũ in possessionibus, & bonis particularium personarũ in omnibus & per oia.

De pena turbantis possessionem alicuius. Rubrica lxiij.

STatutum, & ordinatũ est, q; nulla persona audeat, uel præsummat turbare possessionem alicuius uidelicet domum, uel aliam possessionem, & siquis contrafecerit, puniatur per Regimen ciuitatis Pistorii in libris ducentis denariorum ad opus communis Pistorii pro qualibet uice, qua contrafactum fuerit. Quam pœnam si non soluerit infra unum mensem a die factę condẽnationis, & non dimiserit possessionem domino, in dicto casu ex nunc, pro

ut ex

ut ex tunc, & e conuerso intelligatur esse, & sit cessans, & fugitiuus cum omnibus, & singulis præiudiciis, & oneribus impositis cessantibus per quæcunq; ordinamenta communis Florentiæ tam edita q̃ edenda.

De pena eius qui interdixerit alicui laborerium vel habitationem domus propria auctoritate. Rubrica lxiiij.

STatutum, & ordinatum est, q; aliqua persona non audeat, uel præsummat interdicere propria auctoritate alicui aliquod laborerium terræ, uel habitationem alicuius possessionis, domus, uel rei & bonorum, quæ, & quam, seu quas non possideat, & siquis contrafecerit, puniatur pro qualibet uice in libris quadringentis, quam pœnam si non soluerit infra decem dies, intelligatur esse, & sit relegatus extra districtum Pistorii per decemnium, & si dicta confinia non seruauerit, & ea ruperit, censeatur incursus in pœnam capitis, possit tamen mitius condemnari per Rectorem cognitionem habentem inspecta qualitate personæ & facti.

De pena portantis arma vetita. Rubrica lxv.

PRouisum, & ordinatum est, q; nullus possit ferre per ciuitatem Pistorii aliquod genus armorum, & qui ferret aliquod genus armorum offendibiliũ puniatur pœna librarum decem den. ferenti uero aliquod genus armorum defendibilium imponatur pœna librarum duarum den. ¶ Nullus comitatinus possit mittere, uel ferre in comitatu, uel per ciuitatem Pistorii arma sub pœna dupli eius, quod de aliis superius exprimitur, & si intro ferentes arma custodes portarum non notificarent, ac denunciarent incidant in pœnam librarum quinq; den. & utrum illi comitatini miserint intro arma, uel non credatur simplici assertioni custodiæ. ¶ Et Rectores, qui exegerint condemnationes, & pœnas, quæ darentur ferentibus arma, ut supra, habeant quartam partem, & credatur etiam an ferantur arma nec ne assertioni officialis inuentionum, & famulo cuilibet quærenti, & inuenienti cum iuramento suo, & uni testi asserenti de uisu cum iuramento. ¶ Et non possit, nec debeat dari, uel concedi per aliquem, uel aliquos aliqua licentia, uel securitas ferendi arma contra, aut præter dispositionem suprascriptam, sub pena librarum uiginti den. cuilibet contrafacienti auferenda de suo salario, & communi Pistorii applicanda, & de non dando licentiam huiusmodi detur singulariter iuramentum Rectoribus in principio eorum regiminis. ¶ Et cancellarius communis Pistorii si non daret hoc iuramentum incidat, in pœnam librarum xxv. den. ¶ Liceat tamen forensibus quibuscunq; de extra ciuitatem, comitatum, & districtum Pistorii portare quæcunq; arma in tã eundo usq; ad hospitium, ubi habitaret, seu hospitaretur eundo recto tramite, & ab hospitio extra ciuitatem in recessu.

De pena ludentis. Rubrica lxvj.

STatuimus, & ordinamus q; quicunq; in ciuitate Pistorii, uel eius districtu luserit ad aliquem ludum taxillorum, & excepto q̄ ad tabulas, scacchos palam, & in aperto, puniatur pœna librarum decem. ¶Si uero luserit palam & in aperto ad aliquem ludum cartarum excepto ludo, qui dicitur la dirícta & triumphi, incidat pœnam librarum quinq;. ¶Si uero aliquis luserit secreto in aliqua domo, seu loco ad aliquem suprascriptorum ludorum, taxillorū, & cartarū uetitorū, puniatur pœna librarū quinquaginta p̄ quolibet, & q̄libet uice. ¶Retinens uero ludum in sua domo apoteca, uel alio loco puniatur pœna librarum centum. ¶Et intelligatur retinere ludum, qui patitur quem ludere in sua domo, apoteca, uel alio loco, propria, uel conducta, quarum omnium suprascriptarum pœnarum quarta pars sit Rectoris eas exigentis, quarta sit accusatoris, uel denunciaroris, cui teneatur secreto, si ei placuerit, & reliqua medietas sit communis Pistorii. ¶Et quilibet Rector ciuitatis, & districtus Pistorii possit procedere per uiam accusationis, & inquisitionis, & ex his quærere ueritatem, & sit plena probatio unus testis omni exceptione maior. ¶Et quod aliquis luserit in aperto credatur duobus de familia Rectoris cum iuramento, & eorum relationi stetur. ¶Qui autem mutuauerit aliquam q̄titatem pecuniæ ludētibus palam, uel secreto, puniatur pœna librarum decem den. & nihilominus pecuniam mutuatam perdat, & ad probandum quem mutuasse in ludo sufficiat testimonium eius, cui mutuata fuit pecunia cum uno alio teste. ¶Stantes uero ad uidendum aliquos ludere, ad aliquem dictorum ludorum uetitorum cōdemnentur in libris quattuor pro quolibet eorum, quæ omnes pœnæ applicentur ut supra. ¶Item si apparuerint aliqua indicia unum uel plura, quod aliquis luserit ad aliquem ludum prohibitum, puta sextarum, tabularum, uel taxillorum, uel aliquod aliud indicium apparuerit, puniatur inuentus in libris quattuor, & etiam ille, in cuius loco fuerit inuentus, in libris quattnor pro quolibet, & qualibet uice ut supra applicandis. ¶Et de ludo non reddatur ius aliquod, nec alicui soluenti pro ludentibus, nec mutuanti ludentibus, saluo q̄ de ludo tabularum possit reddi ius usq; in libris quinq; den. ¶Et si aliquis de lusoribus denunciauerit infra uiginti quattuor horas alicui Rectori ciuitatis Pistorii omnes, qui secum luserint, talis modo prædicto denuncians sit impunis, & non possit condemnari, uel puniri.

De pena blasphemantis deū & sanctos. Rubrica lxvij.

TEneatur Regimen ciuitatis Pistorii facere restitui pignora eis, quibus deberent, uel eis quorum fuerint, ab ipsis, qui mutuauerunt ad ludum de die uel de nocte. ¶Et quicunq; dixerit blasphemiam contra Deum, uel beatam uirginem Mariam, aut contra sanctos, seu sanctas Dei, uel uituperium aliquod, puniatur, quoties culpabilis fuerit, in libris quinquaginta, cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii, quarta pars accusatoris, & reliqua Rectoris eam exigentis, & si quis nō soluerit pœnā, fustigetur per ciuitatē,

& postea remittatur in carcerem. ¶Et imperpetuum possit cognosci de prædictis blasphemantibus,& sit actio popularis,& credatur accusatori cũ uno teste,& non aliter.

De pena euntis de nocte. Rubrica lxviii.

ORdinamus,q; si aliqua persona inuenta fuerit de nocte post tertiam pulsationem campanæ communis,usq; ad pulsationem campanæ communis, quæ de mane pulsatur,nisi iret,uel rediret a consilio populi, uel nisi iret cũ lumine palam,puniatur insolidis uiginti den. & in casibus supra exceptis non puniatur. ¶Et si aliqua persona commiserit aliquod maleficium de nocte offendendo aliquam personam,uel in domo alicuius,uel faciendo tagliam,guastum,uel incendium,uel furtum in pœnis puniatur in statutis expressis,& insuper arbitrio Regiminis usq; in decem libris, & credatur uni accusatori tantum ex custodibus.

Quantum pene liceat Regimini non parentibus eius mandatis tollere. Rubrica lxix.

SAncimus,q; dominus Potestas,& Capitaneus seu Commissarius possint, & eis liceat auferre solidos quadraginta,& usq; in quantitatem librarum decem,& non plus,& Iudex malefitiorum,& causarum ciuilium possit auferre usq; in solidis uiginti den.cuicunq; personæ non obseruanti præcepta sibi ab eis uel altero eorum facta, etiam per bannum missum per præconem generaliter,uel specialiter sub penis suprascriptis,quas pœnas Potestas, & alii Rectores,& eorum Iudices,& quilibet ipsorũ possint auferre, quoties contrafactum fuerit,uel non obseruarum non obstante aliquo capitulo cõstituti. ¶Saluo q; non possint facere ultra duo præcepta per diem super eodem facto,& hoc capitulum uendicet sibi locum,quãdo aliquis excessus nõ præcederet.¶Et salua balia Rectoribus cõcessa secũdũ ordinamẽta cõmunis Florẽtiæ loquẽtia nominatim de ipsis Rectoribus ciuitatis Pistorii.

Quod iudex Capitanei & Potestatis non prebeat consilium. Rubrica lxx.

CEnsemus,q; Iudex Capitanei,uel Potestatis, uel alius Iudex forensis communis Pistorii teneatur sacramento non dare,uel præbere consilium in aliqua causa,uel quæstione uertente inter personas, & loca ciuitatis Pistorii, uel districtus sub pœna librarum decem den.pro quolibet,& qualibet uice per sindicum ei de suo salario auferenda,quando sindicabitur.

Quod nullus aduocatus uel procurator alleget aliquod contra communitatem Pistorii. Rubrica lxxi.

ORdinamus,q; quicunq; aduocatus, uel procurator allegauerit, uel dixerit

aliquid contra iurisditionem communis Pistorii, uel cummunis Florentiæ, quæ nunc est, fuit, uel fuerit in aliquo, ad diminutionem iurisditionis, uel iurium communis Pistorii, si prædicta opposuerit, dixerit, uel allegauerit; condemnetur in libris centum den. & in tali allegatione diminutione, uel oppositione non audiatur, uel admittatur.

De eo qui præstiterit patrocinium alicui extra districtum Pistorii. Rubrica lxxii.

STatuimus, q̃ nullus Iudex, uel laica persona audeat, uel præsummat ad uocare, seu patrocinium præstare alicui personæ forensi extra districtum Pistorii contra commune Pistorii, nec contra commune, & iurisditionem Florentiæ, & Iudex, & notarius, qui contrafecerit, puniatur in libris. xxv. quotiens contrafactum fuerit. ¶ Quæ omnia intelligantur locum habere, si talis persona non habuerit licentiam a Capitaneo, uel Potestate, uel Prioribus, & Vexillifero iustitiæ ciuitatis Pistorii pro tempore existentib⁹.

De pena spetiariorum committentium fraudem in arte sua. Rubrica lxxiij.

QVoniam pro conseruatione uitæ humanæ necessarium est, q̃ medicinalia a spetialibus, & aromatariis administrentur, & fiant illius bonitatis, & qualitatis, quæ ab eximiis medicinæ professoribus instituta & ordinata reperiuntur. ¶ Statutum & ordinatum est, q̃ Magnifici domini Priores & Vexillifer iustitiæ pro tempore existentes, seu eorum loco subrogati teneantur, & obligati sint singulis annis ad minus per totam diem sextam mensis augusti conducere, & ueniri facere ad ciuitatem Pistorii ex ciuitate Florentiæ, Pisarum, Lucensi, Volaterræ, de terra Prati, aut Pisciæ, uel altera ex eis unum medicum doctorem medicinę bone experientiæ, & scientiæ, qualitatis, & famæ, nec non unum aromatarium, seu spetialem praticum, & expertum, & bonæ famæ, qui debeant adesse in ciuitate Pistorii per totam diem quintã decimam dicti mensis, & insimul, & una cum cancellario communis Pistorii, & notario maleficiorum Capitanei & seu Cõmissarii, dictæ ciuitatis teneantur ire, & facere uisitam per omnes apotecas dictæ ciuitatis, in quibus retinerentur medicinalia, eaq̃ omnia, quæ inuenient, diligenter considerare habeant, saggiare, & de eis experientiam facere, & conspicere, & uidere si sunt eiusdem bonitatis, & perfectionis a doctoribus medicinæ ordinata. ¶ Et quæ reperierint in perfecta, & male ordinata composita, & seu incorporata, & siue contra ordinem, & regulam medicorum, ea omnia publice auferre, & coram omnibus proïcere in uia publica, seu comburere, si comburi poterint, facta tamen prius per dictum medicum, & aromatarium extimatione earum, ac si essent, uel fuissent bonitatis, & perfectionis debitæ & condecentis r & qui ea in sua apoteca habuerint, & retinuerint, & ei ut dicitur, reperta fuerint, ipso iure intelligatur condemnatus, & cõdemnari debeat per Regimen ciuitatis Pistorii in pœnã solidorum quattuor pro qualibet

libet libra extimationis earum factæ applicandam pro tribus quartis partibus communi Pistorii, & pro reliqua quarta parte Rectori illam exigenti, & cum effectu uenire facienti ad commune prædictum. ¶Habeat, & habere debeat dictus medicus pro suo labore, salario, & mercede libras uiginti unam den. pro quolibet die, numerando etiam diem discessus a loco suæ habitationis, & die qua discesserit a ciuitate Pistorii, dictus uero aromatarius habeat libras septem denariorum pro quolibet die, & insuper habeant expensas uictus pro se, æquis, & famulis, quæ salaria, & expensæ solni debeant eis per commune Pistorii, & eius camerarium præcedente deliberatione, & partito præfatorum magnificorum dominorum Priorum, & Vexilliferi iustitiæ, uel eorum loco subrogatorum, sub pœna dictis dominis Prioribus, & Vexillifero iustitiæ, aut eorum subrogatis prædicta omittentibus, Florenorum uigintiquiq; auri largorum in auro pro quolibet eorum, & qualibet uice applicanda pro dimidia communi Pistorii, pro quarta parte acculatori uel denunciatori, & pro alia quarta parte Rectori illam exigenti, qui domini Priores, & Vexillifer, si opus erit, possint eorum partito super prædictis eligere, & deputare, unum oratorem pro octo diebus cum salario consueto in aliis casibus communis Pistorii, & expensis communis Pistorii. ¶Cancellarius uero suprascriptus ante omnia teneatur deferre iuramẽtum dictis medico, & aromatario, q; sub bona fide, & legalitate prædicta facient, & obseruabunt remotis ab eis odio, amore, timore, præce, præcio, & qualibet alia humana gratia, grauando in hoc eorum conscientias. ¶Et quia infra annum occurrit fieri lactouaria sciroppi, spetiaria, & alia quam plura medicinalia cum diuersis compositionibus, & incorporationibus diuersarum rerũ teneantur dicti spetiarii, & aromatarii palam & publice ponere, & tenere super panca eorum apotecæ per quattuor dies continuos adminus omnes res separatim, quæ debent in tali incorporatione poni cum appodissa seu cœdula ipsius receptæ, adeo q; ab omnibus uideri possit. ¶Et dicti medici teneantur, & debeant accedere, & interesse, & ibi stare, & morari per tantum tempus, q; omnes res ponẽdæ in tali recepta, & incorporatione, & quas primo habeant uidere, & rimari, si sunt bonæ qualitatis, & perfectionis, insimul commisceantur, & subpistentur, adeo q; non possint separari, seu extrahi de inmistione, & incorporatione. ¶Et si quis aromatarius prædicta nõ notificauerit dictis medicis, aut, pro ut supra dictum est, facere omiserit, incurrisse intelligatur, & ira condemnetur in pœnam librarum uigintiocto, den. pro qualibet uice applicanda, ut supra dicitur. ¶Medici uero, qui omiserint interuenire, post citationem, & notificationem, de eis ut supra factam, nisi fuerint infirmi, aut absentes a ciuitate, incidant, & condemnẽtur in pœnam prædictam pro quolibet, & qualibet uice, ut supra applicandam. ¶Et adhoc ut non possit, uel debeat fieri aliqua fraus in ceramina, & candelis, seu dopperis staturum est, q; quilibet spetiarius, seu alius artifex, qui fecerit dopperia, falculas, candelas, seu ab aliis factas, & constructas uoluerit in sua apoteca retinere uenales, teneantur, & debeant dictos dopperios, candelas, & alia laboretia ceræ laboratæ, & quæ ab aliis loborata uenenda tenerent, habere, & tenere de una, & eadem cera noua & pura, & sine ali

qua miſtura, & in dopperiis rotundis, poſſint mittere, & ſimiliter quadratis dopperiis, & falculis a parte inferiori cerumina, & a parte ſuperiori ad minus duas couertas ceræ nouæ. ¶ Candelæ autem purificationis Mariæ uirginis, & ut dicitur da caſſetta, debeant eſſe in totum ceræ nouæ, candelæ unius unciæ, & ab inde infra ſint, & eſſe debeant aut in totum ceræ nouæ, aut in totum ceræ ueteris. ¶ Non poſſint in quadratis dopperiis apponere ſtoppinos alicuius materici, niſi de bombice noua, aut lucignolis ueteribus bombicis ſpremutis, In aliis uero dopperiis cuiuſcunq; qualitatis falculis, & candelis quibuſcunq; ponant, & ponere teneantur ſtoppinos bombicis nouæ ſub pœna amiſſionis ceræ contra formam prædictam factæ, & reperæ, & librarum quinq; den. pro quolibet, & qualibet uice contrauentionis, quæ pœna, ut ſupra, applicetur. ¶ Et quicunq; laborauerit cerumina, teneatur, & debeat ea omnia ſigillare eius ſigillo & marchio ſub pœna ſolidorum decem den. pro quolibet cero ſeu candela non ſigillata reperta, & amiſſionis ceræ non ſigillatæ applicata, ut ſupra, ad hoc ut poſſit haberi ſcientia contrafacientis, & fraudes in cerumina committentis, non intelligendo tamen de candelis unius unciæ & ab inde infra. ¶ Quibus quidem pœnis teneatur, & obligatus ſit quicunq; eam laborans, aut laborari faciens, ſeu uendens, & quocunq; modo tenens in eius domo, uel apoteca, nec excuſetur, ſi dixerit ſe nolle eam uendere. ¶ Et inſuper omnia cerumina laborata & conſtructa, quæ poſt approbationem præſentium ſtatutorum reperirentur quomodolibet penes quoſcunq; artifices dictæ ciuitatis, de mãdato, ordine, & commiſſione Magnificorum dominorum Priorum, aut eorum loco ſubrogatorum ſigillari debeant ſigillo communis Piſtorii, ad hoc ut poſſit haberi notitia ceræ, & ceruminum in futurum laboratæ, & laboratorum, quæ ſic ſigillata retinere poſſint, & uẽdere dicti artifices ſine aliqua pœna. ¶ Qui quidem aromatarii in ſuis apotecis retinentes medicinalia, zuccharum, cerumina, confectiones & ſpetiarias ad artem merciariæ, ſeu alteri arti ſpectantes retinerent, in eorum officinis & apotecis, eorum apotecas apertas ad ſportellum tantum retinere poſſint diebus feſtiuis, & prædicta medicinalia, zuccharum, cerumina, & ſpetiarias tantũ uendere poſſint, & non alias merces ſub pœna librarum quinquaginta den. applicanda pro dimidia communi Piſtorii pro quarta accuſatori, uel denunciatori, & pro reliqua Rectori exigenti.

De pena aurificum. Rubrica lxxiiii.

PRouiſum, & ordinatum eſt, q; quilibet aurifex ciuitatis Piſtorii teneatur, & debeat ſuam artem bene, & legaliter exercere & laborare in quolibet laborerio argenteo, & ipſum argentum ad ligam, ad quam laborant aurifices Florentiæ uidelicet in qualibet libra argenti, ſint decem unciæ & unum quartũ boni & puri argenti, ſub pœna librarum uiginti den. ſibi auferendarum per Regimen ciuitatis Piſtorii ſi una uice deliquerit & ſi plus, ſimilimodo in libris centum den. condemnetur, & capſetur de arte. ¶ Et dictus Regimen teneatur, & debeat adminus bis quolibet menſe perquirere, & inueſtigare,

& pquiri

& perquiri facere, & scrutari laboreria prædictorum aurificum, & apotecas eorum, & delinquentes condemnare, & quilibet possit esse accusator, & denunciator, & habeat medietatem condemnationis.

Quod laniste non immisceant pilum bouis vel cimaturam. Rubrica lxxv.

STatuimus, q̃ lanarii in ciuitate & districtu Pistorii facientes, seu fieri facientes pannos, ipsos pannos cnoficere de lana pura teneãtur, sine alia mistura pili bouis, tonsuræ uel cimaturæ aliorum pannorum, uel alterius misturæ sub pœna librarum centum den. contrafacienti uice qualibet auferenda, & quilibet possit accusare contrafacientes, cuius pœnæ, medietas sit communis, & reliqua accusatoris uel denunciatoris.

De pena vẽdẽtis panes minores recto põdere. Rubrica lxxvj.

ORdinamus, q̃ fornarii, & personæ facientes panes uendant panem ad põdus eis datum siue dandum per operarios operæ sancti Iacobi de Pistorio qualibet ebdomada iuxta consuetum, & contrafaciens puniatur, quoties culpabilis fuerit, in solido uno denariorum pro quolibet pane minoris ponderis & in tantumdem pro quolibet pane male cotto, & panes perdat, & q̃ panis sit ad pondus, uel bene coctus, uel non, sic in prouidentia dictorum operariorũ, uel eorum locum tenentiũ, si quinq̃ panes fuerint, & a quinq̃ supra in solidis quinq̃ pro quolibet pane. ¶ Et quæcunq̃ persona, quæ uoluerit portare panem ad plateam, portare possit sine pœna, & possit uendere quilibet fornarius, uel eorum nuncius, siue nũcii, & alius quisq̃ in platea salæ tantum, & non alibi, sub pœna librarum quinquaginta den. cuilibet contrafacienti uice qualibet auferenda. ¶ Et hoc intelligatur pro fornariis, & aliis facientibus panes pro uendendo aliis quibuscunq̃ uendentibus, & uendi facientibus, & prædicta non uendicent sibi locum, si processe rit de consensu gabellarii, q̃ talis uendens possit uendere alibi. ¶ Et nullus fornarius seu fornaria possit uendere panes migliatos cum pane frumẽti in eadem fornata simul, nõ obstante aliquo capitulo constituti speciali aut generali, & qui contrafecerit, puniatur, quoties culpabilis fuerit, in solidis quinq̃ den. ad opus communis Pistorii, & panis detur carceratis in carceribus communis existentibus, si fuerit falsus & male coctus ut supra, & Regimen saltem ter in ebdomada teneatur uinculo iuramenti de prædictis rimari facere. ¶ Et per prædicta non derogetur capitulo gabellæ sigilli panis, quin ipsa gabella soluatur. ¶ Et teneantur fornarii facientes panes ad uendendum sigillare eos cum sigillo gabellarii, sub pœna solidi unius den. pro quolibet pane, & panem non sigillatum perdant. ¶ Et si cui fuerint inuenti aliquo modo ultra uiginti panes falsi, male cotti, azimi, & non ascutti siue minoris põderis, quo esse debeant, talis persona non exerceat, nec exercere possit artẽ panis faciẽdi tẽpore dicti Regiminis, & officialis, qui eos inuenerit, falsos aũt panes itelligim⁹, minores panes recti põderis mõ cõcesso

De pena committentis aliquam falsitatem in aliqua mercantia vel arte. Rubrica lxxvij.

SIqua persona commiserit aliquam falsitatem in aliqua mercantia, uel arte puniatur per Regimen ciuitatis Pistorii suo arbitrio inspecta qualitate personæ, rei, & facti, dummodo puniatur pœna pecuniaria.

De pena facientis falsam accusationem. Rubrica lxxviij.

AD euitandum accusationes non ueras, quæ sæpe ualde malitiose fiunt, statutum, & ordinatum est, q; si aliqua persona ciuitatis, uel districtus Pistorii accusauerit aliquam personam de aliqua falsitate, quam diceret, uel proponeret accusatum fecisse, uel commisisse, uel fieri, aut committi fecisse, & accusam non probauerit, talis accusans, uel proponens, & non probans accusationem debeat condemnari in libris centum den. dandis, & soluendis camerario communis Pistorii pro ipso communi recipienti per Rectorem, coram quo accusa esset instituta, uel erit, seu successorem ipsius in absolutione quæ fiet de tali accusato, si ex contentis in accusatione, quæ si probata extitisset, debuisset imponi pœna sanguinis accusato, si uero non debuisset imponi pœna sanguinis, talis accusans, & non probans accusationem debeat condemnari per talem Rectorem, uel successorem in libris quinquaginta. ¶ Et nulla accusa falsitatis recipiatur per Rectorem, uel Iudicem aliquem ciuitatis Pistorii, nisi primo accusator fideiusserit de libris centum den. per fideiussores approbatos per approbatores communis Pistorii, & in eorum defectu per camerarium communis Pistorii. ¶ Et Regimen ciuitatis Pistorii ex suo suæq; curiæ officio, pro ut eidem uidebitur, & placebit, de quibuscunq; falsitatibus inquirere, & inquisitionem facere, & super ipsa procedere, & repertos culpabiles punire, & condemnare possit, teneatur, & debeat secundum formam statutorum reformationum, uel ordinamentorum ciuitatis Pistorii de prædictis loquentium, & insuper in quolibet casu prædictorum accusans, & non probans accusationem debeat condemnari per dictum Rectorem, uel eius successorem in expensis, ita tamen q; per prædicta in nullo non derogetur statuto loquenti in testibus, & de testibus, quæ firma remaneant, & in omnibus dictum statutum obseruetur. ¶ Et quantum ad prædicta inrelligantur falsitates solum ex, quæ continentur in capitulo legis corneliæ de falsis.

De domibus non destruendis. Rubrica lxxix.

CVm propter destructionem domorum, & edificiorum olim factam in ciuitate Pistorii, ipsa ciuitas sit enormiter deformata, & ex ipsa destructione magna incomoditas domorum sequatur. ¶ Iccirco ad euidentem utilitatem & decorem ciuitatis prædictæ statutum, & ordinatum est, q; de cætero nulla domus, nullumq; ædificium occasione alicuius maleficii, banni, condemnationis, rebellionis, uel alia quacunq; de causa possit, uel debeat destrui

modo

modo aliquo, uel deuastari, lædi uel dirui per quemcunq; Rectorem, aut officialem communis Pistorij, uel eorum mandato. ¶ Sed in eo casu, in quo destrui, uel deuastari solitum fuerit, confiscentur, & applicetur modo & forma tradita supra in rubrica qualiter bona homicidiarum debeant cõficari, & pro ipso communi Pistorij, cui applicentur, ut in dicto statuto dicitur, debeant locari, dummodo non locentur manifesto inimico consortium eius, uel eorum, cuius, uel quorum fuerit, & erat talis domus.

De oblatione carceratorum. Rubrica Ixxx.

STatutum, & ordinatum est, q; nec Capitaneus, nec Potestas, nec Priores, & Vexillifer iustitiæ ciuitatis Pistorij, nec aliquis ex eis habeant, seu habere possint auctoritatem, uel baliam proponendi, seu proponi faciendi aliquod consilium, ordinamentum, uel stantiamentum per aliquam uiam, & modũ q; aliquis, qui fuerit de cætero exbannitus, uel condemnatus pro maleficio uel excessu, eximatur, uel cancelletur, uel liberetur, uel absoluatur de aliquo banno, uel condemnatione communis Pistorij, uel eius bannum, uel condemnatio suspendatur, uel aliquid, propter quod exactio banni, uel condẽnationis aliqualiter differatur, nisi soluerit pœnam, quam soluere tenetur ex forma statutorum communis Pistorij, uel ordinamentorum, nec q; aliquis exbannitus, uel condemnatus pro aliquo maleficio, excessuq; relapsetur, uel extrahatur de carceribus communis Pistorij, nisi primo soluerit pœnam banni, & condemnationis, & si secus fieret, non ualeat ipso iure. ¶ Et Nihilominus condemnentur Capitaneus, & Potestas, Priores & Vexillifer iustitiæ, & quilibet eorum, qui prædictis consenserunt, uel permiserunt fieri, in libris centum den. pro quolibet, & qualibet uice, & nulla persona audeat, uel præsumat in prædictis, uel circa prædicta consulere, uel arengare, & qui contra fecerit, condemnetur in libris ducentis den. per eorum sind cos. ¶ Saluo q; Potestas, Capitaneus, & Priores, & Vexillifer iustitiæ, qui pro tempore fuerint, possint, & eis liceat quolibet peracto cuiuslibet anni natiuitatis, uidelicet, & Resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & in festo beati Iacobi Apostoli de consciẽtia, & consensu guardiani loci fratrum minorum, Prioris fratrum sancti Dominici, Prioris fratrum sancti Augustini, & operariorum operæ sancti Iacobi prædicti pro tempore existentium offerre, & relapsare, & relapsari facere a dictis carceribus uiq; in sex carceratos, exbannitos, & condemnatos, dummodo nullus, qui sit condemnatus in centum libris, uel ab inde infra possit offerri, nisi in dictis carcenbus steterit per sex menses continuos, & nullus, qui condemnatus esset a centum libris supra usq; in trecentis, nisi ibi steterit per unum annum continuum, & nullus, qui condẽnatus fuerit a trecẽtis libris supra inquacunq; q̃utate, nisi ibi steterit per decem & octo menses continuos in dictis carceribus, dummodo sint de magis ægenis, & pauperibus carceratis, & dũmodo hab ẽ pacẽ legiptimã per publicũ instrumentũ secundũ formã statutorum Pistorij, & quantum ad condemnatos prædictos intelligatur de simplicibus condemnationibus non computato in eis quarto. ¶ Et si in aliquo

pascate, uel festo prædictis, uel aliquo alio tempore Capitaneus, uel Potestas inuenerit aliquem in dictis carceribus, qui non fuerit exbannitus, uel condemnatus pro maleficio, uel non fuerit in carceribus pro aliquo debito communis Pistorii, uel specialis personæ, uel non fuerit in dictis carceribus ad petitionem partis, uel consortis secundum formam statutorum, ipse Rector dictum talem detentum non bannitum, uel condemnatum repertum misso banno per ciuitatem, & si quis uellet apponere contra ipsum talem, uel aliquid dicere comparere debeat infra tres dies futuros coram ipso Rectore ad opponendum contra eum quicquid uoluerit, alioquin si aliquis non ueniret, qui aliquid opponeret contra eum, faciat ipsum relassare, & a carceribus liberare, non obstante aliquo capitulo, statuto, uel ordinamento communis Pistorii. ¶ Et quilibet condemnatus, & carceratus occasione alicuius condemnationis de eo factæ, uel fiendæ occasione alicuius maleficii, ex quo singularis persona non esset offensa, & steterit in carceribus communis Pistorii modo & forma prædictis possit relassari, & offerri non obstante, & non habeat pacem, sicut alii carcerati habentes pacem a principali. ¶ Et si Potestas, uel alter dictorum Rectorum contra prædicta, uel aliquod prædictorum faceret, sindicus communis Pistorii, qui pro tempore fuerit, teneatur a Capitaneo, Potestate Prioribus, & Vexillifero iustitiæ, qui contra prædicta, uel aliquod prædictorum facerent, exigere, & in communi facere deueniri illam condemnationem, ad quam tenebatur ille exbãnitus, uel condemnatus, seu carceratus, & si sindicus prædicta non fecerit, sindicetur per sindicum sibi succedentem de prædictis. ¶ Et hoc capitulũ sit præcisum, nec possit per aliquod statutum, ordinamentum, reformationem, stantiamentum, uel prouisionem, uel consilium, in aliqua sui parte minui, tolli, uel mutari, per aliquam baliam, nec de dicto capitulo tollendo, mutando, uel derogando, seu suspendendo possit, uel debeat aliqua præposita fieri, uel balia concedi, & si contra fieret, non ualeat ipso iure, & nihilominus Capitaneus, Potestas, & quilibet exprioribus, & Vexilliter, qui prædictis consentiret, condemnentur in libris centum pro quolibet eorum, & qualibet uice per sindicum communis. ¶ Si uero offensus fuerit forensis, & offendens carceratus sine pace, ipsis dominis Prioribus & Vexillifero iustitiæ uel duabus partibus ipsorum liceat, quos uoluerint, offerre. ¶ Et quod condemnationes carceratorum sic oblatorum impune debeant cassari, & cancellari de libris condemnatorum communis Pistorii per notarium cameræ ipsius infra tertiam diem proxime futuram pœna librarum uiginti quinque pro qualibet uice sine aliqua solutione propterea fienda. ¶ Et dicta oblatio fienda per dictos dominos Priores, & Vexilliferum iustitiæ fiat, & fieri debeat in mane dictæ festiuitatis, & palam quando cœlebratur missa maior in cappella sancti Iacobi prædicti. ¶ Et omnes, qui oblati erunt, masculi, uel feminæ debeant bini incedere si tot fuerint, & binari possint, de dictis carceribus ad dictam cappellam cum ceris, uel candelis accensis in manibus eorum, & sociari debeant per unum ex sociis siue militibus domini Capitanei, uel Potestatis cum decenti ipsius domini Potestatis uel Capitanei familia, & cum uno saltem ex notariis cameræ. ¶ Et simi-

liter

liter fiant, & fieri debeant omnes oblationes carceratorum de cætero feudæ, & aliter, uel alio modo fieri non debeant, nec possint, & si fierent, non ualeant ipso iure. ¶ Hoc declarato q; qui semel fuerit oblatus, nunquam in perpetuum offerri possit, nec possit pro aliqua condemnatione facta, seu quæ fieret de eo pro maleficio, de ipsis carceribus extrahi, uel exire in perpetuum, nisi ipsam condemnationem primo soluerit secundum formam statutorum Pistorii. ¶ Et nunquam in perpetuum possit, uel debeat esse prior, uel Vexillifer iustitiæ, uel notarius Priorum, seu Cõsilianus, neq; de officio collegarum. neq; de aliquo officio ciuitatis Pistorii possit esse, uel ad illud eligi debeat, seu admitti, q; si eligeretur, ipsius electio non ualeat, sed ipso iure sit nulla, & pro non facta habeatur, & sic ex nunc, pro ut ex tunc intelligatur pro non facta. ¶ Et dicta oblatione facta cancellarius communis pistorii infra tertiam diem proxime futuram teneatur, & debeat sub pœna librarum decem den. nomen & pronomen & locum talis carcerati registrare in quodam libro ad hoc specialiter deputato, quem ipse cancellarius tenere debeat in cancellaria sui officii, & cum aliis libris, & scripturis in fine sui officii, & consignare ad hoc ut perpetuo sciri possit, qui oblatus fuerit. ¶ Et si aliquis publicus baratterius percusserit manu plena, ex qua percussione sanguis exierit, aliquem ciuem, seu mercatorem ciuitatis Pistorii, offerri modo aliquo non possit, uel debeat, nec ipsius condemnatio cassari nec cancellari, & si contra fieret, non ualeat ipso iure, sed stet, & stare debeat in dictis carceribus, donec ipsam condemnationem soluerit secundum formam statutorum Pistorii, quam soluere teneatur infra decem dies a die factæ condemnationis computãdos, & si infra dictos decem dies non soluerit, postquam uenerit in sortiam communis numerãdos, intelligatur duplicata condemnatio, nec unquam possit offerri uel cancellari ab q; solutione, & si tempore factæ condemnationis fuerit in sortiã Rectoris, & infra decem dies ut supra non soluerit, condemnatio duplicata intelligatur.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

STATVTORVM
PISTORIENSIVM INCIPIT LIBER SEXTVS.

De officio & iurisdictione Judicis & officialis damnorum datorum. Rubrica prima.

STatutum, & ordinatum est, q̃ dominus Potestas, & eius iudex maleficiorum qualibet die semel ad minus hora debita morari teneatur, & debeat ad ius reddendum, & eius officium exercendum ad solitum bãcum iuris. ¶ Et qualibet die, nocteq; teneatur ipse dominus Potestas per eius notarios, & famulos, & quemlibet eorum, & per camparios per ciuitatẽ, & districtũ Pistorii, & eius territorium inquiri, & rimari facere contra omnes, & singulos delinquentes, & damnum dantes, & facientes contra statuta de eius officio tractantia. ¶ Et notarii & famuli dicti domini Potestatis, & qualibet eorum teneantur, & debeant, quos inuenerint delinquentes, & quæ inuenerint contra formam infrascriptorum statutorum dicto domino Potestati referre in scriptis, & eorum, & cuiusq; eorum relationi stetur secundum formam præsentis statuti, & prout in ipsis ordinibus, & statutis continetur, & inuestigare, & repertos culpabiles punire, & condemnare pœnis in præsentibus ordinamentuis contentis, uidelicet illam pœnam imponendo, quæ magis uidebitur conuenire ipsi delicto secundum formam præsentium ordinamentorum. ¶ Et condemnationes, pœnas, & mulctas, & nomina condẽnatorum, & fideiussorum ipsius, & seu eorum scribere, & in scriptis reducere ipse, uel per aliquem ex suis notariis, & in scriptis dare, & assignare notario cameræ communis Pistorii, sub pœna librarum quinquaginta denarior. & quantitatis condemnationum retinenda de suo salario. ¶ Ac etiam non possit ipse Potestas, nec aliquis de sua familia bibere, & commedere cum aliquo ciue Pistorien si, nisi esset in comitatu pro suo officio exercendo, & tũc commedere, & bibere possit suis expensis tantum, sub pœna librarum decẽ denariorum pro qualibet uice, & non possit recipere, uel habere aliqua ensenia a camparriis, nũciis, uel ab aliqua alia psona sub dicta pœna, & de his, quæ ipse, uel alter de sua familia reperierit contrafacere, & damnum dare sine denuncia camparriorum, non possit partem aliquam dari facere camparriis, nec camparii recipere sub dictis pœnis pro quolibet, & qualibet uice. ¶ Et teneaẽ, & debeat puras manus habere, & se abstinere a lucris illicitis tã a cãparriis, & nũciis q̃ a q̃libet psona alia sub pœna in ipsis statutis cõtẽta. ¶ Et teneatur, & debeat omnia, & singula facere, obseruare, & executioni mandare secundũ formam suæ electionis, & præsentiũ statutorũ, & ordinamentorũ

mentorum, & aliorum, quæ fierent in posterum sub uirtute eius præstiti iuramenti & librarum quinquaginta denariorum pro quolibet statuto non seruato, & qualibet uice. ¶ Ita tamen q̃ dictus dominus Potestas, uel eius Iudex maleficiorum uigore infrascriptorum capitulorum personaliter non teneatur ire ad rimãdum propter dignitatem eorum officii, sed mittere possit, & debeat notarios, & officiales ipsius super damnis datis deputatis, & deputandis, & q̃ dicti notarii, & officiales teneantur, & debeant de qualibet inuentione facere scripturam in uno quaterno, in quo scribant inuentionem ipsam cum substantia facti, & locum, & tempus, & partis responsionem anteq̃ secuta sit inde condemnano, uel absoluto, & sub breuitate prædicta scribere. ¶ Et si quis inuentus fuerit, & habuerit pacem ante condẽnationem a damnum passo, solidos duos officiali pro inuentione soluat, & cancelletur, pro qua cancellatione nil aliud recipere possit. ¶ Scribatur etiam in ipso quaterno causa cancellationis, ita q̃ per inspectionem quaterni uideri possit, quæ fuit finis inuentionis, & quæ causa. ¶ Et non possit dictus officialis percipere, uel habere aliquid ab aliquo, nisi sit condemnatus, ut supra, & tunc habeat solummodo solidos duos pro libra qualibet cõdemnationis, pro ut in statuto infra rubrica iiii disponetur. ¶ Et dictum quaternum teneatur reassignare notario cameræ, seu cui acta reassignabuntur, ita q̃ in camera ponãtur ipsa acta, & si aliter, uel alio modo aliquid acceperit, uel prælicta, aut ipsorum aliquod non obseruauerit, ipso iure cadat ipse officialis in pœnam librarum ducentarum den. pro qualiber uice applicanda pro quarta parte Rectori exigenti, & pro reliquo accusatori, ad cuius pœnæ exactionem procedi possit simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicii.

De officio officialis damnorum datorum. Rubrica ii.

STatuimus, q̃ officialis damnorum datorum possit, & debeat punire, & cõdemnare per uiam inquisitionis, accusationis, & mulctæ omnes, & singulas personas, quæ puniri seu condemnari deberent secundum formam præsentium ordinamentorum & statutorum ciuitatis Pistorii. ¶ Ac etiam Potestas, Iudex maleficiorum, & damnorum datorum, & miles domini Potestatis, super uiis, fluminibus, & põtibus possint omnia facere, & exercere, quę in præsentibus statutis, & ordinamentis continentur, & punire, & condemnare omnes damnum dantes in quibuscunq; possessionibus ciuium, & habitãtium in ciuitate, comitatu, & districtu Pistorii ubicunq; sitis, & in quocunq; loco Potestariarum, & comitatus Pistorii, non obstantibus quibuscunq; aliis prouisionibus in contrarium quomodolibet disponentibus.

De arbitrio officialis damnorum datorum & ad quæ tenetur. Rubrica iii.

PRouisum, & ordinatum est, q̃ officialis damnorum datorum possit, tenetur, & debeat uinculo iuramenti rimare, uel rimari facere per eius ne

tarium, uel eius familiam qualibet die per ciuitatem Pistorii, & eius territorium pro facientibus contra formam statutorum, & ordinamentorum loquentium de damnis datis, & repertos culpabiles punire, & condemnare in pœnis in ipsis statutis, & ordinamentis contentis. ¶ Et q; relationi & inuentioni fiendæ de prædictis per eius officialem, uel eius notarium, seu aliquem ipsorum credatur, & stari debeat sine aliqua probatione, quæ quidem relatio, & iuramentum habeatur pro plena, & legiptima probatione. ¶ Et habeat dictus officialis solidos duos pro libra condemnationis eius, quod deuenire fecerit in communi per suas inuentiones prædictas, quos solidos duos pro libra recipiat a camerario post solutionem condemnationis itaq; condemnatio ad integrum ponatur ad introitum, & contra repertos culpabiles procedatur modo & forma, ut infra dicetur in capitulo camparium, qui solidi duo soluantur expensis condemnatæ personæ, & finito officio talis officialis.

De inquisitione fienda per officiales damnorum datorum contra damnatiuolos. Rubrica iiij.

OFficialis deputatus super damnis datis inquirere, & inquisitionem formare possit contra illas personas, & de illis, qui dicerentur, & infamarentur publice dare damnum, uel facere uastum in fructibus terrarum, & illos tales possit, & teneatur de damnis datis condemnare pro ut in statutis continetur. ¶ Et dictus officialis possit, & debeat ita facere custodire in territorio communium ciuitatis Pistorii quemadmodum in territorio & ciuitate Pistorii & punire, & condemnare damnum dantes in districtu, & territorio ciuitatis eiusdem sub pœna in statutis contenta.

De inquisitione fienda p notariũ dãnorũ datorũ. Rubrica v.

STatuimus, quod officialis damnorum datorum possit, & teneatur inquirere, & inquisitionem facere contra illas personas, que dicerentur, uel infamarentur publice dare damnum uel facere uastum de fructibus uel arboribus, aliisq; quibuscunq;, & illos tales damnatiuolos compellere ad satisdandum sufficienter pro libris decem den. pro quolibet de parendo mandatis talis officialis, & desoluendo condemnationem, quæ de eo fieret. ¶ Et possit, & debeat dictos damnatiuolos, & omnes baracterios ponere ad confinia ciuitatis Pistorii, & præcipere custodibus portarum, ne aliquos laboratores permittant exire ciuitatem Pistorii pro eo tempore, quo ipsi officiali uidebitur conuenire, pœna ipsis custodibus de facto suo arbitrio auferenda. ¶ Et quoties dictus officialis inueniret dictos damnatiuolos, contra eius mandatum, & terminum eis datum per ipsum officialem exire ciuitatem Pistorii, possit eos, & quemlibet eorum punire, & condemnare usq; in libris quinq; den. ad ipsius officialis arbitriũ. ¶ Et etiã ponere ad berlinã cãpanilis, si non habet, uel haberet, unde soluat cõdemnationẽ de eo fiendam, ad quam berlinam stet per unam horam dici ad minus.

Depro

De prohibitione berline. Rubrica vj.

STatuimus, q̃ dictus officialis, nec aliquis de sua familia possit, uel debeat ponere, uel poni facere aliquem cinem, uel districtualem Pistorii, uel aliquã aliam personam quoquo modo ad berlinam, si ipse noluerit satisdare de soluendo condemnationem de eo fiendam communi Pistorii. ¶ Nisi fuerit publicus baracterius, & damnatiuolus, & dummodo damnum datum per talem sic repertum excedat extimationẽ solidorum quinq; sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet, & qualibet uice. ¶ Et si casus ponendi ad berlinam euenerit, ponatur, ut ei licet secundum formam statutorum Pistorii, & non alio modo.

Quod officialis damnorum datorum teneatur ire ri. mando per comitatum. Rubrica vij.

STatuimus, & ordinamus, q̃ officiales damnorum datorum communis Pistorii per ipsum commune deputandi teneantur, & debeãt singulis diebus personaliter ire per ciuitatem, & comitatum damnum dantes rimando, & sollicite eius officium exercere, & inuentiones, quæ fierent, debeãt fieri per ipsos, & non per nuncios, uel familiam eius, nisi essent cum ipso notario, & officiali. ¶ Et omnes, & singulas condemnationes, quas exegerit, soluere facere teneatur in manibus camerarii cõmunis Pistorii, nec ipsi aliquas condemnationes recipere possint, uel aliquam partem sibi contingentem etiã de cancellatione propterea fienda, nisi per manum camerarii dictæ cameræ sub pœna librarum quinquaginta pro quolibet & qualibet uice, nec recipere possint aliqua ensenia, ligna, paleam, uel aliquas alias res ab aliquibus locis, uel personis sub dicta pœna, & de prædictis specialiter sindicari debeãt, & si inuenti fuerint culpabiles, debeant puniri, & condemnari per eorum sindicos, & intelligatur esse, & sit etiam officialis uiarũ, pontiũ, & fluminũ.

Quod quilibet officialis teneatur mittere copiam inquisitionis ad cameram. Rubrica viij.

POtestas, & quilibet alius officialis cognitionem habens de damnis datis, & de officio extraordinariorum, uiis & fluminibus teneatur mittere copiam ad cameram substantiæ cuiuscunq; accusationis, denunciationis uel inquisitionis, per quam imponitur pœna librarum quinq;, & ab inde supra, & teneatur etiam extrahi permittere, & copiare copiam processus accusationis denunciationis & inquisitionis ad petitionem cuiuscunq; petentis, etiam si sua non interesset, & etiam teneatur citare inculpatum cum cœdula continente substantiam maleficii, & eidem cœdulam transmittere.

Quod dictus officialis possit procedere de similibus ad similia. Rubrica viiij.

PRouisum est, q̃ dicti officiales possint, teneantur, & debeant punire, & cõdemnare delinquentes contra formam statutorum præsentium, & ubi statutum non loquitur, procedatur de similibus ad similia.

De electione & numero camparioꝝ. Rubrica .x.

STatuimus, q̃ in qualibet porta ciuitatis Pistorii sint, & esse debeant duo cãparii, quorum officium duret a die prima ianuarii usq; ad diem primam iulii, & a die prima iulii, ad diem primam ianuarii, quorum electiones magnifici domini Priores, & Vexillifer iustitiæ, qui tunc in officio residebunt, faciant, uel eorum loco subrogati, & ipsis camparijs sic electis; dictus officialis damnorum datorum teneatur, & debeat ipsos electos facere coram se cõparere, & iurare eorum officium bene, & diligenter, & bona fide exercere, & custodire fructus existentes, & pendẽtes in ciuitate & territorio ciuitatis Pistorii, & denũciare oẽs, qui puniẽdi essent, si eos inuenerint, uel eorũ bestias, & in dicto numero esse non possint, nec debeant eligi artifices, & q̃ dicti electi mutari non possint, nec in eorum locum poni, nisi iusta de causa, & nullus nuncius ciuitatis Pistorii, uel alia persona, cui prohibitum sit, possit, uel debeat esse camparius, nec de numero camparioꝝ dictæ ciuitatis Pistorii, nec super accusationibus testificari, & si secus fieret, electio de tali nuncio uel persona prohibita facta, uel ipsa testificatio, uel accusatio sit ipso iure nulla; & si electi in camparios erunt de ciuitate, debeant manere in ciuitate, & in porta pro qua fuerint electi, si uero fuerint de comitatu, debant manere extra ciuitatem & prope eam per dimidium miliaris & non ultra. ¶ Et similiter quælibet communitas comitatus, & districtus Pistorii, uilla uicinitas, seu contrata, quæ faceret octo homines facientes octo focos, uel ultra, & ipsius officiales teneantur quolibet anno infra octo dies mensis iulii, & mensis ianuarii, & ad omnem requisitionem notarii damnorum datorum, ultra dicta tempora eligere unum camparium pro suo communi, uilla, seu contrata, & illos, quos eidem uidebitur expedire, qui camparii etiam teneantur custodire possessiones existentes in uilla non faciente octo focos prope eius communitatem existente, & fructus & alia debeãt custodire die noctuq;, ne damnum detur. ¶ Et teneantur dicti camparii denunciare & accusare omnes personas & bestias damnũ dantes & personas tagliantes ligna & alia quæcunq; dãna facientes in terris & possessionibus quibuscunq; existentibus in eorum territorio infra quinq; dies a die dati damni coram officiali damnorum datorum sub pena solidorum uiginti den. ¶ Saluo q̃ dicti camparii non teneantur uenire coram aliquo officiali damnorum datorum occasione dicti eorum officii: nisi ut de ipsorum uoluntate processerit, sed debeant referre, & accusare coram officiali talis communitatis, ita tamen q̃ non possint accusare, aut condemnare aliquem ciuem Pistoriensem. ¶ Et quod emendatio talis damni semper restituatur talibus ciuibus, quibus fuerit datum damnum per ipsam communitatem, nisi fecerit ipsa communitas tale damnum restitui a damnum faciente.

De officio camparioꝝ. Rubrica .xj.

TEneantur camparii quilibet pro porta sua & in territorio portæ suæ, & non alibi, inuiti bona fide custodire, & saluare fructus, & blada, milcum uuas, fi-

cus

cus, & res & fructus existentes, & pendentes in terris, uineis, ortis, & possessionibus, & denunciare omnes & singulas personas facientes aliquid cõtra formam statutorum loquentium de damnis datis, & etiam accusare coram officiali damnorum datorum omnes & singulos, qui puniendi essent occasione alicuius damni dati per eum uel eius bestias, si hæc inuenerint, & credatur relationi unius camparii de damno dato, de quo imponitur pœna solidorum quadraginta, & ab inde infra in totum de eo, quod referret contra eandem personam eodem die, & ab inde supra credatur sibi cum uno teste, dummodo non sit talis testis berrouarius alicuius officialis ciuitatis Pistorii, uel aliquis nuncius, uel si fuerint duo camparii simul, & aliter non, dummodo accusare, & denunciare nõ possint de damnis datis in territorio alicuius communis comitatus Pistorii seu districtus. ¶ Et notarius teneatur apponere in denunciatione camparii nomen ipsius camparii, & ab aliis custodibus secretis non possit accipere denunciationes, nec etiam ab aliis camparijs, q̃ ab illis, qui fuerint electi. ¶ Qui camparij, si fuerint reperti in fraudem, puniantur in pœnam duplam, qua uenirent condemnandi tales denunciati uel accusati, & camparii teneantur custodire ciuitatem, & territorium ciuitatis non situm in aliqua communitate, & quilibet in sua porta, ita q̃ damna non dentur, sed cessent, & dicti camparii debeant facere omnes denunciationes, & relationes palam, & non secrete. ¶ Et cuilibet denunciato transmittatur cedula continens id, de quo denunciatus est, & a quo camperio, & cui damnum datum est, & personaliter, & citetur ad defensionem faciendam, aliter non possit condemnari, uel ad solutionem aliquã dicta occasione cogi, & dicti camparii non possint cogi ire cum notario siue officiali damnorum datorum, saluo q̃ primo mense sui officii possit secum ducere de dictis camparijs, demum non cogat ire ultra unum pro quolibet die dicti mensis.

Quod nullus camparius intret campũ alicuius. Rubrica xij.

NVllus camparius intret campum, ortum, uel uineam, alicuius, ubi sint fructus, uel uuæ, sicus, pira, poma frumẽtum, mileum, faba, fageoli, uel alii fructus, nisi cum famulis Regiminis, uel domino campi, seu eius familia, socio uel laboratore, uel nisi pro cognoscendo personam, quam uiderint damnũ dare ad pœnam dupli eius, quo alii punirentur, & qualibet uice, & quilibet possit eum accusare, & credatur accusatori cum uno teste. ¶ Possint tamẽ dictus officialis notarius, familia, & camparii, quando irent pro eorum officio exercẽdo intrare terras & possessiones ciuitatis comitatus, & districtus Pistorii sine aliqua pœna pro tali introitu, dummodo damnum non dent in fructibus pẽdẽtibus, & si damnũ dederint, puniantur, ut supra cõtinet.

Quod dominus terre: laborator uel conductor possit accusare damnum dantes. Rubrica xiij.

ACcusare possit bestias damnum dãtes dominus terræ, in qua reperitur dam

num datum esse, & etiam laborator, & conductor talis terræ, & credatur, & stetur de emendatione damni soli iuramento accusatoris usq; in solidis quadraginta den. & cum uno teste usq; in solidis centum, & abinde supra extimetur, & probetur ad minus per duos testes, & pro ut probatum & extimatum fuerit, emenderur. ¶ Et ad tollendum malitiosas accusationes, quæ sæpe fieri consueuerunt, statuimus q; si in una eademue accusatione cõtinereatur plura petia terræ, uel de pluribus uicibus, q; ex tali accusatione non condemnetur, uel puniatur accusatus, nisi pro uno petio terræ, & pro una uice tantum, tam cõmuni Pistorii q̃ accusatori pro emendatione damni, & idem obseruetur in accusatione, quæ fieret de taglio. ¶ Et omnes cõdemnationes, quæ fierent de damnis datis pro suprascriptis delictis, uel aliquo eorum, uel pro taglio, & sint in totum communis Pistorii, & persona, quæ accusauerit de damno dato in terra sua uel in terra, quam laborat, uel conducit, nullam partem habeat de ipsis condemnationibus, nisi solummodo emendationem damni. ¶ Saluo q; camparii communis Pistorii, qui de prædictis, uel aliquo prædictorum fecerint accusationem uel denunciationem, habeant quartam partem condemnationis a camera communis Pistorii, dummodo ipsum salarium habere non possint tempore Regiminis talis officialis, qui ipsam condemnationem fecerit.

Quod quilibet possit capere bestiam damnum dantem & in fortiam ducere. Rubrica xiiii.

PRouisum, & ordinatum est, q; liceat unicuiq; domino terræ, uineæ, uel orti, & cuilibet de sua familia & seu laboratoribus, & conductoribus capere uaccham, uitulam uitulum, equm, asinum, capras, porcos, & alias quascunque bestias, quas inuenirent in sua terra dantes damnum in prædictis terris, ortis, & uinea, si tunc temporis in dicta terra esset frumentum, faba, lupini, milcum, saggina uel alii fructus seminati, uel caules, ficus, uuæ, & possint prædicta facere in dictis terra uinea, orto, & non alibi, & ipsas bestias sic captas seu captam ducere in fortiam communis, & officialibus damnorum datorũ uel alteri eorum sine pœna. ¶ Et si quis tales bestias sic captas abstulerit de manibus talis domini bonorum, uel eas ducentis, uel ei impedimentum fecerit, quo minus eas duceret dicto officiali, incurrat, & incurrisse intelligatur in pœnam librarum uiginti quinq; den. pro qualibet uice, & credatur de prædictis iuramento dicti domini bonorum, & ducentis, ut supra.

Quod nulla persona intret campum: uel vineam vel alicuius ortum. Rubrica xv.

NVlla persona, cuiuscunq; conditionis sit, intret in aliquem campum, uineã, uel ortum alterius, ubi sit frumentum, uel milcum, uel faba, panicum, fecale faseoli, caules, & alii fructus, a die prima aprilis usq; ad festum omnium sanctorum, sub pœna solidorum uiginti den. pro qualibet uice, & si intrauerint, & damnum in fructibus dederint, puniatur in libris quattuor denar.

¶ Et

¶Et quilibet possit accusare, & stetur iuramento accusatoris eiusdem per iudicem deferendo infra tempus datum ad probandum damnum cum uno teste, & talis denunciatus uel accusatus teneatur domino bonorum, & rei emendare damnum usq; in libris duabus cum iuramento, & ab inde supra cum iuramento & uno teste usq; in libris octo, & ab inde supra emendent damna prout extimatum & probatum fuerit, saluo q; pro bestia expellenda ingrediens campum alterius non puniatur. ¶Idem intelligatur de aliis pœnis, nisi intraret uel esset cum domino terræ, uel laboratore, uel aliquo de ipsorum, uel alicuius ipsorum familia, uel nisi esset famulus uel famula, uel seruitialis, uel nuncius, seu operarius in dicta terra, de quibus stetur iuramento domini, uel laboratoris, uel nisi iret cum urceo, uase uel cuppo ad puteum, uel fonte in campo alieno existentem pro aqua, uel de licentia domini uel laboratoris, de qua licentia seu parabola constet ante datum damnum in libro notarii, uel officialis damnorum datorũ, uel nisi haberet ius eundi, uel a marito uel uxore, uel aliquo de familia domini campi, uel alicuius prędictorum, qui parabolam dederit, in quibus casibus exceptuatis nulla pœna imponatur, a die uero prima nouembris usq; ad diem primam aprilis personæ, quæ dederint damnum, puniantur ad emendationem damni, & in solidis quadraginta den. ¶Excipimus etiam de prædictis personas, quæ intrauerint pro astore, siue terzuolo, uel sparuerio, si aufugisset, uel pro sciamine apium suarum, & qui intrauerint etiam causa ducendi bubulcum sine fraude, & qui intrant ad uccellandum, uel uenandum cum sparuerio, astore, terzuolo, uel cocoueggia, uel cum cane & rete sine pœna, dummodo non uadant eques, nec dent damnum in uuis ficubus, piris & similibus fructibus grano, & bladis.

Quod nullus sindicus communitatis non suppositæ communi Pistorij possit accusare. Rubrica xvj.

PRouisum & ordinatum est, q; nulla persona possit, audeat, uel præsumat accusare, uel denunciare in ciuitate Pistorii coram Potestate, uel aliquo Iudice uel officiali ipsius ciuitatis procuratorio uel sindicario nomine alicuius communitatis non subiectæ iurisditioni cõmunis Pistorii, uel alicuius personæ forensis, & quæ non esset de ciuitate, uel districtu Pistorii pro aliquo damno dato extra districtum Pistorii aliquam communitatem, uel personas seu personam dictæ ciuitatis, uel districtus ipsius sub pœna uigintiquinque librarum den. tali accusanti, uel denuncianti auferenda de facto per officialem uel iudicem, coram quo talis accusatio, uel denunciatio fieret ad petitionem cuiuscunq; personæ, & nihilominus super tali accusatione uel denuncia non procedatur, & si processum fuerit, uel secutum, non ualeat ipso iure, & possit, & debeat cancellari ad petitionem ipsius condemnati uel sui procuratoris absq; aliqua solutione ex dicta condemnatione fienda.

De pena dantis damnum de nocte & recceptantis damnum dantes. Rubrica xvij.

STatuimus, q̃ si dictus officialis, uel aliquis de sua familia contigerit reperire de nocte aliquem damnum dãtem, ut dictum est, possit & debeat talem dãnum dantem punire & condemnare pœna dupla eius, quo possit condemnari dãnũ datũ de die, qui officialis uel aliquis ex suis notarius habeat & habere debeat de condẽnatione fienda p̃ eum solidos duos pro qualibet libra condemnationis ultra condemnationem factam de dicto damno a persona condemnata, quam condemnationem deuenire faciat in communi Pistorii intelligendo de nocte a campana Aue Mariæ, quæ pulsatur de sero, usq; ad campanam diei, quæ pulsatur de mane. ¶ Et si aliqua persona fuerit bis cõdemnata pro aliquo damno dato per eum de nocte per quemcunq; officialem ciuitatis Pistorii, uel fuerit ipsa persona bis condemnata per receptationem alicuius damnum dantis scienter factam, & postea inciderit in eodem, uel simili delicto, debeat condemnari per officiales ciuitatis Pistorii super damnis datis deputatis in pœnam in præsenti statuto contentam, & nihilominus debeat fustigari, & fustibus cœdi per plateam communis Pistorii, & per ipsam ciuitatem. ¶ Et ad petitionem cuiuscunq; personæ petentis tam in ciuitate q̃ districtu teneatur, & debeat dictus officialis, & eius notarius, & quilibet eorum & ex suo officio pro inueniendo derobantes, & asportantes instrumentum, bladam, uuas, ligumina, & alios fructus rimari facere in cãpis, & aliis quibuscunq; locis, & repertos culpabiles & receptatores eorum punire & condemnare, ac si damnum dedissent de nocte de dictis, & in dictis rebus.

Quando licentia data de intrando in bonis alterius valeat. Rubrica xviij.

ORdinatum est, q̃ nullus possit allegare licentiam sibi datam de intrando cũ bestiis uel sine, uel accipiendi aliquid in aliquibus terris, & ipsa licentia sibi non prosit, nisi legiptime ei concessa fuisset ante datum damnum, uel saltẽ per iuramentum domini, qui iuret se ante ipsum damnum dedisse licentiã, quam licẽtiam dictus notarius scribere teneatur, & de ea fidem non possit facere, nisi per acta ipsius notarii, uel nisi intret cum domino, uel laboratore terre, uel aliquo de ipsorum familia.

Quod montanini non intrent aliquam vineam alicuius ciuis. Rubrica xix.

ADuertentes q̃ in montanea superiori ciuitatis Pistorii non recolliguntur uuæ, & propterea montanini maxima damna inferunt in uineis comitatus Pistorii, statutum & ordinatum est q̃ nullus de montanea superiori ciuitatis Pistorii, uel de alio loco distante a ciuitate Pistorii extra portam burgi, & portam guidi, per quinq; miliaria audeat, uel præsumat intrare aliquam

uineã

uineam alicuius ciuis, uel in dicta ciuitate Pistorii habitantis per comitatū Pistorii sine licentia domini sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet, & qualibet uice, & de prædictis stetur, & stari debeat declarationi talis domini uineæ cum iuramento absq; alia probatione fienda usq; in libris duabus de intrando, & usq; in libris quinq; quæ damnum dederit, quæ condemnationes pertineant pro dimidia domino uineæ, pro quarta parte communi Pistorii, & pro reliqua quarta parte Rectori exigenti, & seu dicta dimidia spectet possessori uel conductori talium bonorum, uel alteri damnū passo. ¶ Nec etiam possint dicti mōtanini per totam diem xv septembris extra dicta quinq; miliaria aliquo modo uuas asportare sub eadem pœna.

Quod nullus habitans in ciuitate Pistorii & extra det damnum. Rubrica xx.

NVllus casoranus, uel alia persona habitans extra ciuitatem Pistorii uel burgos det damnum in aliquem campum, ortum, uel uineam alicuius de nocte sub pœna solidorum quinquaginta den. pro quolibet & qualibet uice, & quilibet possit accusare, & stetur iuramento accusatoris & unius testis, uel per publicam famam, saluis tamen maioribus pœnis per statuta dispositis.

De puniendo & condemnando qui damnum dederit in bonis ciuium. Rubrica xxi.

CVm ciues Pistorienses quotidie uaria & diuersa damna patiantur, ac in possessionibus, quas habent in comitatu Pistorii & in potestariis eiusdē, damna uasta furta & alia inferantur, pro quibus nil talia committentibus infertur, quod quidem cœdit in damnum maximum ciuium. ¶ Ideirco prouiderunt, & ordinauerunt, q; Potestas ciuitatis Pistorii, uel dominus Capitaneus, seu Commissarius possit de cœtero procedere per uiam inquisitionis & accusationis, pro ut & sicut eisdem uidebitur conuenire contra prædictos talia committentes, nec non contra alios quoscunq; pro quocunq; maleficio & delicto, uel quasi quod committeretur in dictis potestariis contra aliquos ciues uel in ciuitate Pistorii familiariter habitantes, uel eorum bona aliqua & res, & eos punire, & condemnare pœnis in statutis Pistorien sibus contentis, & secundum formam statutorum prædictorum.

De damnis datis per tagliam furtum uastum & incendium. Rubrica xxii.

SAncimus, q; si alicui personæ collegio capitulo uniuersitati monasterio, uel loco fuerit facta taglia, uel incendium uel uastum aliquod, uel blada ablata, uel aliqua alia res, de cāpis, seu clusis, uineis, siluis, & boschis, ab aliqua persona, officialis super damnis datis cognita ueritate super hoc teneatur facere emendare damnum in duplum illius taglie, incendii, bladi ablati uel uasti a communitate illius terræ, in cuius territorio prædicta taglia, incen

dium uel uaſtum, uel furtum facta fuerint, & q talis communitas, uel uilla, poſſit de prædictis ſeculari & condemnari ad emendationem prædictam ſoluendam infra decem dies. ¶ Et ſi communitas non eſſet in eius territorio, in quo damnum tagliæ, incendium, uaſtum uel furtum fieret, emendetur tale damnum a communitate propinquiori illi tali loco, ubi damnum datum eſſet, ſaluo q ſi dictum incendium, damnum, uaſtum, tagliæ uel furtum fuerint in aliqua poſſeſſione ſita in territorio alicuius uillæ, uicinantiæ ſeu contratæ, quæ faceret homines facientes octo focos teneantur ad emendationem talis damni, incendii, tagliæ, uaſti, uel furti, illa uilla uicinantia ſeu contrata. ¶ Sed ſi perſona quæ fecerit ipſam tagliam, uel incendium, uel uaſtum, uel furtum fuerit inuenta, & haberi poterit in fortiam communis Piſtorii, cogat eam emendare damnum, & inſuper in totidem pœnæ cõdemnetur ad opus communis Piſtorii, & ſit ſemper in bando ciuitatis, donec damnum emendauerit, & pœnam ſoluerit. ¶ Sed ſi perſona dans dãnum haberi non poterit in fortiam Regiminis, emendetur damnum & furtum a communitate illius terræ, in cuius territorio damnum datum eſſet, uel propinquiori ut ſupra dictum eſt. ¶ Veruntamen ſiqua perſona inuẽta eſt, uel fuerit ſuper hoc in fraudẽ, uidelicet, q ipſa fecerit ſibi ipſi, uel mãdauerit ſibi fieri tagliam, uel incendium, uel uaſtum, uel furtum, puniatur arbitrio Regiminis ad opus communis Piſtorii, & reſtituat mẽdam in duplum una cum expenſis, & in totidem pœnæ communi Piſtorii, quam inde receperit. ¶ Et dicimus q poſtquam damnum fuerit emendatum, liceat illi communitati, quæ damnum emendauerit, inuenire damnum dantem, & inuẽtum capere per ſe, uel per alium ſine pœna, & ipſum ducere in fortiã communis Piſtorii, niſi fuerit in concordia cum ipſa communitate, qui detineatur, donec fuerit ſatisfactum ipſi communitati. ¶ Et q campani illius terræ & communitatis facientis octo focos, caſu quo ipſa communitas non reperiret malefactorem ut ſupra, ipſi campanii teneantur emendare tale dãnum ipſi communitati, uel loco, arbitrio tamen Rectoris ſeu Regiminis. ¶ Et nullus pecorarius nec aliqua alia perſona cuiuſcunq conditionis uel ſtatus exiſtat, audeat, uel præſummat mittere uel mitti facere, uel accendere uel accẽdi facere ignem in aliqua ſilua, uel boſco, prato, uinea, uel orto, uel in ſepatis dictorum locorum, etiam, ſi eſſent dicta bona propria, pœna contrafacienti librarum centum den. quam pœnam ſoluere teneatur infra decẽ dies a die latæ ſententiæ uel condemnationis, quas ſi non ſoluerit infra dictum terminum, ſi tunc eſſet in fortiam communis, uel ſi non eſſet, infra decem dies poſtquam fuerit in fortiam, manus dextra ei amputetur ad locum iuſtitiæ. ¶ Et commune, in cuius territorio fuerit immiſſus ignis, ſi inuẽtus non fuerit mittens ignem, etiam condemnetur ſolum ad emendationẽ damni fiendam per dictum commune, & homines illius communitatis illi, cui damnum datum fuerit. ¶ Saluo q tempore arficiarum quilibet poſſit ſuam raſiciam ardere, & ardi facere, & ſi ignis erexerit aliquo caſu etiam fortuito, talis mittens teneatur ad emendationem damni dupli, damnum paſſo, & ſemper dicta condemnatio fiat de dictis communitatibus per officialem tam pœnæ ſuſtigationis q prædictarum. ¶ Hoc ſemper declarato,

q̄ contra communitates agi non possit pro emendatione damni, nisi accusatio, uel reclamatio fuerit data de mente dicti dati damni uel per duos mensis immediate sequentes. ¶ Et si communitas denominauerit malefactorem, & non probauerit ipsum dedisse damnum secundum formam statutorum, ipsa communitas teneatur ad emendationem damni. ¶ Et quando non procederetur ad probandum damnum, sed ad extimationem damni, in omni casu extimationis fiendæ fiat ipsa extimatio per unum eligendum per accusantem, & unum per accusatum, uel communitatem accusatam, & in casu discordiæ, per unum tertium eligendum mediantibus scriptis, dando quælibet partium unam listam decem personarum & qualibet dictarū partium eligat unum descripta alterius partis, & eo ūerso, qui sic electi sorte mitrantur, & sorte extractus cum duobus electis iudicet tale damnum, a quorum iudicio non possit appellari a libris triginta infra. ¶ Et quatenus quis recusaret eligere pro sua parte uel dare scriptam, & præmissa non obseruaret, & ita esset contumax, tunc Regimen in eius defectum, legitime tamen dupla citatione citatus sub diuersis diebus, eligat extimatorem, & in casu discordiæ loco talis non obseruantis faciat scriptam, & procedatur modo superius dicto, sub pœna librarum uiginti quinq; den. pro quolibet & qualibet uice non iudicauerit ut supra. ¶ Hoc declarato, q̄ ciuibus & habitantibus in ciuitate Pistorii credatur de damno dato, usq; in extimationē librarum quatuor den. & ab inde infra iurantibus tamē de usu & qua die. ¶ Et nullus possit eadem die dare uni personæ nisi unam accusationem, adeo q̄ omnes accusationes, quas darent eadem die, habeātur tantum pro una accusa, & q̄ pro emendatione damni dati, & contradantes damnū possit exequi qualibet die non obstantibus feriis & diebus publici mercati.

De pena incidēs arbores fructiferas ī aliquo sūdo. Rub. xxiij.

PRouisum, & ordinatum est, q̄ nulla persona audeat, uel præsummat incidere, euellere, uel succhiare, uel incidi, euelli, uel succhiari facere aliquam oliuam, pirum, malum, laurum seu allorum, nec aliquam aliam arborem fructiferam, uel uitem seu uites fructiferas, nec reducere, nec reduci facere in ciuitate Pistorii aliquam de prædictis arboribus, nisi in suis & de suis possessionibus, uel quas emerit, uel de qua incidenda licentiam habuisset sub pœna librarum decem den. pro quolibet, & qualibet uice, nec aliqua persona audeat, uel præsummat de cætero aliquam quærcum siue alias arbores infructiferas incidere euellere, uel succhiare sub pœna solidorum quadraginta pro quolibet pede arborum prædictarum incisarum, euulsarum, siue succhiatarum, & qualibet uice applicanda modo prædicto, super quibus procedatur ad quæ relam damnum passi & non aliter. ¶ Et quilibet laborator terrarum districtus Pistorii teneatur & debeat omni anno ponere unum morum siue gelsum in suis terris, & unum in possessionibus quas laborat a ciuibus sub pœna solidorum uiginti pro quolibet non ponente, cuius medietas sit communis Pistorii & alia medietas officialis ipsam exigentis. ¶ Et etiam nulla persona possit, uel debeat incidere uel incidi facere, uel re-

duci in ciuitate Pistorii, in festo uel pro festo calendarum maii aliquam arborem fructiferam, uel populum, nisi in suis, & de suis possessionibus, ut supra, & sub pœna suprascripta, & cuilibet sit licitum, accusare, & accusator habeat medietatem condemnationis fiendæ de tali, qui prędicta & quodlibet prædictorum, uel aliquod eorum non obseruauerit, & nihilominus contra faciens in aliquo prædictorum teneatur emendare damnum læso, in qua emendatione etiam debeat condemnari. ¶Et quilibet laborator terrarū quolibet anno in propriis terris, & etiam in terris, quas ab alio laboraret in comitatu aut districtu Pistorii ponere & facere debeat allia, & de alliis & cæpis saltem medium staiolum pro quolibet podere & dare dimidiam domino sub dicta pœna.

De ombaco incidendo. Rubrica xxiiij.

OFficialis damnorum datorum post reclamationem sibi factam ab eo, cuius interest, faciat incidere omne ombacum de & super terris eorum, qui ei reclamauerint in ciuitate & comitatu Pistorii positis in plano, præterq̄ in siluis de castaneis, & montibus, & collibus taliter, q̄ spacio duodecim bracchiorum nō permittat unam arborem prope aliam, & arborum ramos, qui remanserint, faciant incidi in tantum, quantum penderet super terram uicini sui, si sibi reclamatum fuerit inde usq̄ ad altitudinem xxv bracchiorum, & inter unam arborem, & aliam possit esse uinea, & una arbor, uidelicet ficus, uel pirus, uel succinus uel nespolus, uel malus, uel sorbus, uel gelsus, & inter unam arborem ficum & aliam, ubi non sint aliæ arbores præter ficus, sit spacium decem bracchiorum, & similiter fiat de aliis supra nominatis arboribus, ex his autem excipimus alias arbores existētes per duodecim bracchia uel minus prope terram uicini, quas faciat incidere nō obstante, si erit in medio uia, uel aliquod flumen. ¶Et teneatur officialis prædictus non incidere nec incidi facere ombacum a die prima martii usq̄ ad diem primam octobris, & prædicta de ombaco faciat officialis obseruare, & fieri sine dactione libelli cum summaria cognitione. ¶Et quercus, uel hulchia non possit esse una prope aliam per quadraginta bracchia, & si fuerit inuenta, officialis prædictus faciat incidere, si reclamatum fuerit inde a persona, cuius interest, quæ locum habeant in planitie ciuitatis Pistorii. ¶Et qui non obseruauerit præceptum sibi factum ab officiali prædicto de ombaco, puniatur per eum in solidis uigintis quinq̄ den. quoties culpabilis fuerit, & insuper faciat eum officialis prædictus incidere ombacum.

De fructibus pendentibus super terram ab arboribus accipiendis sine penis. Rubrica xxv.

VNicuiq̄ sit licitum tollere & accipere sine pœna de fructibus de ramis arborum, & uitibus pendentibus super terram, quam laborat stando ipsa persona in terra sua seu in terra, quam laborat, super qua rami penderent, seu utes, hoc idem possint facere illæ personæ, quæ sunt de familia domini & laboratoris

boratoris sine pœna. ¶Et fructus cadentes super terram uicini sint illius cuius est arbor, uel arbores, de quibus caderent fructus super eam, & credatur iuramẽto domini uel dominæ, quod sint de familia ipsorum saluis aliis præ his omnibus.

De bestijs grossis & minutis dantibus damnũ. Rubrica .xxvi.

Si bos, uel uacca, uel equa, asinus, uol asina, mulus uel mula, porcus uel porca dederint alicui personæ, uel loco in aliqua re damnum, puniantur, & condemnentur domini dictarum bestiarum, uel alicuius earum in solidis uiginti den. pro qualibet bestia quoties contrafecerit, & si damnum petitum fuerit a damnum passo cogat dictus officialis damnum dantem emendare, de quo credatur iuramento ipsius accusatoris, si fuerit ciuis, uel in ciuitate habitans, qui iurauerit uel accusauerit, usq; in solidis octuaginta, & cum iuramento & uno teste usq; in libris octo den. comitatinis uero & rusticis creda tur cum iuramento & uno teste usq; in solidis quadraginta den. ¶Et si pecus uel montone, uel castrone, siue agnus dederit damnum in prædictis rebus, puniatur dominus dictarum bestiarum pro quolibet capite in solidis uiginti den. saluo q; prædicta pœna locum non habeat in pratis in eo tempore, quo fuerint secati & fenum inde extractum usq; ad diem primam martii tunc proxime secuturi, exceptis etiam pratis, quæ bis secantur in anno, in quibus non possit intrari, nec damnum dari, & dictus dominus bestiarũ intelligatur ille, qui dictas bestias teneret, & intelligantur bestie esse illius, de quo famulus fuerit custos, possint etiam dictæ bestie detineri per duos dies, & duci in fortiam communis Pistorii per eum, cui damnum datum esset, uel aliquem de sua familia, uel per camparios, & de quolibet damno dato credatur sacramento damnum passi cum uno teste, usq; in libris octo, & sine teste cum iuramento ciuis, uel habitantis in ciuitate usq; in libris quatuor, & comitatinis, & rusticis, ut supra dictum est. ¶Si uero dictæ bestie damnum dederint in siluis castagneris, & quærcubus, seu quærcetis, & boschis respiarmatis, intelligendo respiarmatos illos boscos, qui soliti sunt incidi, puniantur pro qualibet bestia, & qualibet uice, in solidis decem den. & ad emendationem damni, & coloni & laboratores terrarum, & etiam detinentes terram ad laborandum, uel ad affictum, teneantur ad pœnas prædictas, si eorum bestie damnum dederint in terra alicuius ciuis Pistorienſis uel in ciuitate habitantis, uel alterius personæ, uel loci, a quo terram labora uerint rodendo uineam, dummodo non puniantur nisi media pœna, & dũmodo post factam uindemiã coloni uel laboratores non teneantur, & cõtra laboratores ipsius terræ nõ procedat nisi ad accusationẽ dñi cuius est terra.

De bestijs grossis & minutis damnum dantibus in pratis. Rubrica .xxvii.

Statuimus, q; si aliqua bestia grossa uel minuta, uel porcus uel troia, intrauerit, & damnũ dederit in aliquo prato a die prima martii usq; ad tempus, quo

fenum fuerit secatum & de eo extractum in eo anno, puniatur dominus bestiæ in solidis decem pro qualibet bestia grossa, & solidis quinq; pro singula bestia minuta, & emendatione damni, de quo sterur iuramento accusatoris usq; in solidis quadraginta sine aliqua probatione inde fienda, & intelligatur bestia grossa porcus & troia. ¶ De his autem, quæ extra dicta tempora fuerint in prædictis pratis commissa, non possit aliquo modo fieri punitio, nisi ad petitionē accusatoris, cuius esset pratū, idem dicimus de boschis respiarmatis, firmis tamē manētibus quæ dicta in præcedēti capitulo sunt.

De rebus exmarritis representandis camerario pignorum. Rubrica xxviij.

ORdinamus pro restitutione, & satisfactione personarum perdētium aliquā rem, uel bestiam exmarritam, q; ille, qui inuenit, ea die uel sequenti debeat uenire coram camerario pignorum communis Pistorii, & denunciare ei, qualiter inuenit talem rem, uel bestiam, & qua die eam inuenerit, qui camerarius simul cum prouisore dictorum pignorum teneantur & debeant sub pœna illorum salarii scribere personam ducentem, & de qua cappella, & rem uel bestiam, & qua die eam inuenerit, & ubi. ¶ Et persona inueniens talē rem exmarritam debeat a persona, cuius est, habere de qualibet re exmarrita uidelicet, pro qualibet bestia grossa solidos tres, & pro minuta solidum unum, pro rebus uero innominatis, si erit res extimata usq; ad quadraginta solidos inclusiue, solidū unū, & ab inde supra, den. quatuor pro qualibet libra, Camerario uero & Prouisori prædicti solui debeat tātū, q̄tum p pigno re grauato eis cōsignato solui deberet, & si persona inuenies nō repræsentauerit rē exmarritā ea die, uel sequēti, ab inde in antea debeat puniri de furto

De bestijs minutis nō tenēdis infra tria miliaria. Rubrica xix.

ORdinamus, q; de cætero nullus audeat tenere aliquas bestias minutas prope ciuitatem Pistorii pro tribus miliaribus sub pœna solidorum octo pro qualibet bestia domino custodi ac receptatori dictarum bestiarum de facto auferenda. ¶ Saluo q; cuilibet ciui ciuitatis, uel habitanti in ciuitate uel comitatu Pistorii liceat tenere super suo podere usq; in quamtitatem uigintiquinq; pecudum, si processerit de uoluntate domini poderis, & non aliter de qua licentia debeat apparere per apodissam domini poderis habita ante inuentionem, & aliter non ualeat, & bestiæ, quæ modo prædicto possunt teneri, & etiam quæ possunt teneri ut infra dicetur, possint ire ad pasturandum, & ad alia necessaria per comitatum, dummodo non faciant damnum, & si damnum dederint puniantur pœnis in statutis contentis, non computando in dicto numero. xxv. pecudum, agnos, ab anno citra, nec computando capras, quæ omnino retineri non possint, & si maior numerus reperiretur simul, liceat diuersarum personarum esse dicerentur, nihilominus puniri & condēnari debeant domini ipsarum bestiarū dictis pœnis. ¶ Hoc expresse declarato, & intellecto q; nullus cuiuscunq; status, gradus, aut conditionis existat, audeat uel præsumat quoquo modo uel sub aliquo quæsito colore p

se uel

seu uel aliū retinere aliqs bestias minutas in aliquo loco comitatus uel plani comitatus Pistorii, etiam q fuerint infra uel extra tria miliaria dummodo sint intra infrascriptos confines uel loca, etiam si haberent licentiam a dominis & patronis possessionum, super quibus tenerentur dictæ bestiæ sub pœna suprascripta uidelicet. ¶A ponte buræ uenientio per quamdam uiam seu classum usq ad ecclesiam sancti Petri de cãdeglia, & a dicta ecclesia recto tramite usq ad ecclesiam sancti Alexii, & a dicta ecclesia sancti Alexii, usq ad domum & cippum domorum illorum de Antonaccis de bigiano, uidelicet hæredum. Io. antonacci in quibus domibus de Antonaccis possint dictæ bestiæ minute retineri, & a dictis domibus usq ad quendam taberna culum Virginis Mariæ uulgariter detto, la Vergine di Collo gelato & ab inde usq ad pontem delle pietre di bruggianico, & a dicto ponte de bruggianico recto tramite usque ad domum illorum de lippaccinis, positam in capite stratæ portæ burgi, & a dictis domibus exclusiue usq ad pontem asinarium, & a dicto ponte pro ut defluit, & decurrit flumen umbronis uersus podium usq ad pontem longum, & a dicto ponte longo eundo per stratam lucensem usq ad quemdam ponticellum, super quo est tabernaculum cum imagine Virginis Mariæ uulgariter detta la Vergine del bruggia. Et ab inde eundo recto tramite per uiam usq ad pontem a Bargi, & a dicto põte a Bargi sequendo, pro ut currit flumen stellæ usq ad locum, ubi ipsum flumen stellæ mittit, & intrat flumen Vmbronis, sequendo per dictum flumen Vmbronis usq ad flumen Buræ, & redeũdo per dictum flumen buræ usq ad dictum pontem candegliæ positum in commune uallis buræ, intra quæ confinia, & citra uersus Pistorium non possint retineri, uel pascere modo aliquo bestiæ suprascriptæ. ¶Exceptuamus tamen castrones, agnos, cordescos, qui possint retineri etiam intra dicta confinia, dummodo damnum non dederint ut supra, & si damnum dederint puniantur &, condemnentur domini, custodes uel tenentes eos in pœnis in statutis expressis. ¶Hoc etiam declarato q beccharii qui uere inciduat bestias in ciuitate aut comitatu Pistorii possint tenere castrones agnos, & cordescos ut supra, & usque in numerum xxx bestiarum possint retinere beccharii, qui oues in ciduntinter oues & capras, dummodo damnum non dent ut supra.

De porcis tenendis intus. Rubrica xxx.

STatuimus, q in ciuitate Pistorii intra muros ciuitatis ueteris nullus possit tenere in domo inclusos uel extra aliquem porcum seu suem, nec in aliqua curia, orto, stia, uel alio loco dictæ ciuitatis ueteris infra duos muros nec etiam quilibet commendator sancti Antonii. ¶Et extra dictos duos muros si retinerẽtur sues, retineantur, ita q ire non permittantur sine guardia per ciuitatem, & qui contrafecerit puniatur ille, cuius fuerit porcus, quoties fuerit culpabilis, in libris decem den. a dicto officiali damnorum datorum, & quælibet persona sit, & esse possit accusatrix, excepto tamen si ducerentur ad occidendum uel uendendum. ¶Et teneantur nuncii communis Pistorii & camparii, cum inuenerint porcos ire per ciuitatem, per-

ſonam, cuius fuerint, ea die uel ſequenti accuſare, & etiam ipſe officialis, & eius familia poſſit eos capere, & ipſorum dominos & detinentes punire & condemnare ut ſupra. ¶ Et in planitie ciuitatis Piſtorii intra flumen buræ, & flumen ſtellæ, & in qualibet alia planitiæ dicti comitatus nulla perſona cuiuſcunq; qualitatis exiſtat audeat tenere porcos aliter, q̄ infra diſponitur, uidelicet. ¶ Vna quæq; familia comitatus Piſtorii, quæ in dicto comitatu habitaret, & laboraret terram uſq; in numerum quindecim cultrarum incluſiue, & ab inde infra quantacunq; terra, quam laboraret, eſſet una culta uel minus, retinere poſſit ſuper bonis, quæ laboraret, unum porcum tantummodo cuiuſcunq; qualitatis ſit. ¶ Et familia, quæ laboraret a dictis quindecim cultris ſupra uſq; ad cultras uiginti quinque incluſiue poſſit retinere tres porcos tantum, cuiuſcunq; qualitatis ſint. ¶ Et ea, quæ laboraret a cultris xxv ſupra uſq; ad cultras triginta quinq; incluſiue, poſſit retinere tres porcos tantummodo cuiuſcunq; qualitatis ſint. ¶ Et quæ laboraret a dictis. xxxv. ſupra quantacunq; eſſet terra, quam laboraret, poſſit retinere uſq; in quattuor porcos tantummodo, & non maiorem numerum cuiuſcunq; qualitatis ſint, & ſic facta diſtinctione poſſit una quæq; familia retinere impune porcos intra confines ſupraſcriptos & non aliter. ¶ Et q̄ una familia intelligantur omnes, qui habitarent in communi in eadem domo, non propterea intelligendo troias aptas ad generandum, quas nullo modo intra dicta confinia retinere poſſint, & eas retinendo poſſint condēnari, ac ſi haberent omnem maiorem numerum porcorum ut ſupra deſignatorum, & ſubiaceant omnibus pœnis, & præiudiciis infra notatis. ¶ Et quilibet qui contra prædicta fecerit incidat in pœnam librarum trium den. pro quolibet porco, quem, & ſiue quos haberet ultra dictum numerum applicandam pro quarta parte acculatori, pro quarta Rectori exigenti, pro quarta officiali, qui talem condemnationem fecerit, dūmodo eius tempore exigatur, & pro quarta parte cameræ communis Piſtorii, de quibus poſſit teneatur & debeat dictus officialis facere diligentem inquiſitionem, & culpabiles punire, & condemnare pœna ſupraſcripta, & toties quoties ipſos reperiret habere maiorem numerum porcorum prædictorum, etiā ex eo q̄ alias fuerint de eiſdem porcis, & numero condemnati ſemel & pluries, & nihilominus, quoties fuerit repertus quis culpabilis in retinendo dictum numerum, poſſit, teneatur, & debeat punire modo ſuperius dicto. ¶ Et etiam quilibet officialis ciuitatis Piſtorii, & eorum famuli, & familia, & quilibet ipſorum & quicunq; alius etiam priuatus poſſint, & ſibi liceat impune, & propria auctoritate prædare porcos & de porcis prædictis ultra dictum numerum, dummodo ipſa die deprædationis, uel ſaltem immediate ſequenti, illos uiuos teneantur conſignare, & debeant officiali damnorum datorum qui teneatur illos uendere ſuper getto palatii Rectoris ſuper platea magna infra duos dies tūc imediate ſequētes a die cōſignationis ſibi fēdæ ad plus offerētes, uel plus offerētib⁹ præcedēte ſub aſtatione quolibet dictorū dierum ad minus ſemel in die. ¶ Et de præcio dictorum porcorū uendendorū ſolutis expenſis uictus & cuſtodie dictorum duorum dierum tertia pars detur, & ſoluatur prædatori, quarta officiali & reſiduum cameræ communis

Piſtorii

Pistorii, de qua quidem uenditione constet, & constare debeat, ad librum camerarii pignorum, cui camerario soluatur salarium secundum ordinamẽta communis Pistorii de rata præcii communis Pistorii, ¶ Et de prædictis dictus officialis sit curiosus in exequendo sub pœna librarum quinq; den. pro qualibet uice, qua omitteret prædicta exequi modo superius dicto, applicanda pro dimidia prædatori pro quarta Rectori exigenti, & pro quarta cameræ cõmunis Pistorii, in qua incurrat ipso iure absq; alia declaratione. ¶ Et sindicus uillæ uel loci, ubi dicti porci deprædarentur, uel inuenirent teneatur illos ducere ad petitionem, & requisitionem deprædatoris, uel reperientis in sua possessione ad officialem damnorum datorum, & casu quo recusaret, seu non duceret, postquam sic requisitus fuerit, tunc & eo casu cõmunitas talis uillæ uicinantiæ uel contratæ teneatur & obligata sit ad soluẽdum pœnam suprascriptam pro dicto tali habente dictos porcos, & de prædictis credatur simplici iuramento deprædantis uel inuenientis dictos porcos.

De capris non tenendis. Rubrica xxxj.

ORdinamus pro euitando guasto terrarum, arborum, & sepium hominum ciuitatis Pistorii, & aliorum, q; nulla persona teneat ad stallam, uel ad pastu randum, in ciuitate Pistorii in plano, uel districtu capras, uel hircos uel becarellos ultra duos cum sint pessimæ bestiæ in prædictis damnis, & contrafaciens puniatur qualibet uice pro qualibet dictarum bestiarum in solidis uiginti, saluo q̃ in locis & communibus supra singulariter designatis.

De pena reducentis fabas. Rubrica xxxij.

PRouisum & ordinatum est, q; nulla persona cuiuscunq; conditionis existat, audeat, uel præsumat reducere, uel reduci facere ad ciuitatem Pistorii fabas, uel aliquod legumen uiridas minutas cum gallesis sub pœna solidorum uiginti den. pro quolibet & qualibet uice auferenda contrafacienti, nisi reduxerit de suis propriis possessionibus uel conductis, de quo stetur sacramento ipsius reducentis.

Quod nulla persona reducat infrascriptas res in ciuitate Pistorii. Rubrica xxxij.

NVlla persona, cuiuscunque conditionis sit, audeat uel præsummat reducere in ciuitate Pistorii paleas, fenum, siccias panicale, migliarinum, uel ligna, uel circulos de nuce, nisi super bestiis pœna solidorum quinq; pro qualibet uice, & quilibet possit accusare, & stetur dicto accusatoris & unius testis & eorum iuramentis, exceptis famulis & famulabus dominorum & aliarum personarum, quæ reducerent de campis eorum, & quos laborant, qui

possint reducere sine pœna, & credatur sacramento reducentis, q; de suis reduxerit uel domini sui possessionibus, uel alterius, cuius esset possessio, unde reduceretur, & siquis intrauerit, & repertus fuerit in fraudem puniatur in libris quinq; den.

Quod nulla persona reducens herbam ad vendendum reducat aliquem fructum in ipsa herba. Rubrica xxxiiij.

NVlla persona, quæ reduceret herbam ad ciuitatem Pistorii, debeat reducere aliquos fructus inuolutos in ipsa herba, & de aliquibus fructibus superius nominatis & infra ad pœnam solidorum uiginti den. pro qualibet, & qualibet uice. ¶ Et si delinquentes nollent, uel non possent soluere dictam pœnam, ponantur ad berlinam communis Pistorii, & stetur iuramento accusatoris, & unius testis. ¶ Et etiam quilibet qui ueniret puniendus in libris quinq; & ab inde infra occasione alicuius damni dati per eum, si dixerit se non posse soluere pœnam occasione dicti damni dati per eum, ponatur ad berlinam apud campanile, & tunc liberentur a solutione pœnæ, dummodo stet ad berlinam per unam horam diei ad minus. ¶ Et quilibet, qui ueniret puniendus occasione alicuius damni dati per eum a libris quinq; supra, uel cum eius bestiis uel alicuius uasti, si non soluerit condemnationem de eo factam infra terminum decem dierum, postquam ueneritin fortiam communis, fustigetur per ciuitatem Pistorii, & facta dicta fustigatione sit liber a pœna, dummodo semper damnum emendet damnum passo, & cum dicta conditione condemnetur.

De licentia concessa habentibus ortum in ciuitate Pistorij pro fructibus vendendis: & quomodo laboratores terrarum puniãtur per collectione uuarum. Rubrica xxxv.

SAncimus, q; unicuiq; habenti uel tenenti & conducenti ortum in ciuitate Pistorii liceat, & licitum sit uuas & nuces ortolanas, & cæteros fructus orti in suo orto uel conducto colligere, & uendere in platea communis Pistorii petita prius & habita licentia a dominis Prioribus, & Vexillifero iustitiæ populi Pistoriẽsis, & ab ipso officiali damnorum datorum pro tempore existente. ¶ Et nullus laborator & colonus alicuius personæ, uel aliquis de sua familia possit ante inceptionẽ uindemiarũ colligere uuas, uel panerios uuarum de aliqua uinea & terra per eum conducta sub pœna in statutis cõtenta, & eadem pœna puniatur ac si esset persona extranea, & de prædictis quilibet possit accusare, & procedere possit dictus officialis per uiam inquisitionis, & denunciationis ad pœnas statutorum.

Quod nõ reducãtur vue acerbe vel mature. Rubrica xxxvj.

ORdinamus, q; nulla persona magna uel parua a septẽ annis supra reducat

uel

uel reduci faciat in ciuitate Pistorii nec portet, nec portari faciat per uiam uel alibi, nec super bestiis uel alio modo uuas acerbas uel maturas de quibus fit uinum usq; ad diem inceptionis uindemiarum, quæ fieri debeant & habere principium die decima quinta mensis septembris ad penam solidorum decem den. pro qualibet uua, & qualibet uice, exceptis uuis præuicis, corbanis, albis, & grollis & paradisis, quas quilibet possit impune reducere & portare, dummodo dicta pœna solidorum decem pro qualibet uua non excedat summam librarum quinq; den. ¶ Et quilibet forestaneus uel quælibet alia persona cuiuscunq; status, gradus aut conditionis existat, quæ nõ haberet, seu possideret uineam seu possessionem, non possit conducere ad ciuitatem Pistorii uuas seu agrestum, nec ad portam permittatur intrare per collectores gabellarum cum dictis uuis aliquo modo tẽpore dictarum uindemiarum, sub pœna dictis gabellas exigentibus librarum quinq; den. qualibet uice, qua contrafecerint. ¶ Et nulla persona possit reducere ad ciuitatem Pistorii mazum panichi in pannocchis, nisi de sua terra uel sui domini propria uel conducta sub pœna solidorum decem, exceptuatis tamen mulieribus grauidis, & illis, quæ ex aspectu apparerent honestæ, & uxores bonorum ciuium protribus uuis. ¶ Si quis autem non permiserit le scrutari de prædictis uuis per officialem damnorum datorum, uel eius familiam uel ãparios præsummatur habere quinq; uuas, de quibus debeat condemnari, liceat tamen unicuiq; reducere ad ciuitatem Pistorii uuas agrestas pro faciẽdo agrestum, & uuas maturas pro faciendo uinum de licentia & cum apodissa dominorum Priorum. ¶ Et possit officialis arbitrio suo inspecta qualitate personarum condemnare usq; in solidis quadraginta den. contrafacientes prædictis, & si condemnatus non soluerit pœnam infra quinq; dies post condemnationem factam, si dixerit se non posse soluere condemnationem, ponatur ad berlinam per unam horam dict ad minus, & sit liber a dicta pœna, quæ omnia habeant etiam locum in his, qui dictas uuas reducerent ad ciuitatem Pistorii uel per eius territorium & districtum.

De pena imponenda reducentibus nuces cauatas uel sanas. Rubrica xxxvij.

NVlla persona magna uel parua reducat, uel portet ad ciuitatem Pistorii uel per aliquam uiam uel ortum seu fundum suum uel alienum, si ibi nõ essent nuce pendẽtes extra ciuitatem, aliquam nucem sanam uel cauatam, usq; ad festum sancti Bartolomei, ad pœnam solidi unius pro qualibet nuce, & quilibet possit accusare contrafacientes, & stetur iuramento accusatoris usq; ad quantitatem decem nucium, & ab inde supra addatur probatio unius testis & post dictum festum nulla persona possit reducere de ipsis nucibus, nisi de sua terra uel ipse uel suus dominus sub dicta pœna & si non habuerit, unde soluat ponatur ad berlinam, dummodo condemnatio non excedat quantitatem librarum quinq; denariorum, & nihilominus teneatur emendare damnum.

De pena tricalorum ementium & vendentium fructus. Rubrica xxxviij.

STatuimus, q̃ nullus triccolus, uel triccola emat ficus, pira, mala, auellanas popones, uel alios cuiuiſcunq; generis fructus per ſe, uel alium in ciuitate Piſtorii uel diſtrictu, nec ſtet in platea ſale, nec in platea communis, in quibus fructus uenduntur, uſq; ad horam nonæ diæ ſabbati, & qui contrafecerit puniatur qualibet uice in ſolidis uiginti per officialem damnorum datorum, cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia medietas accuſatoris, ab hora autem nonæ ultra, liceat triccolis emere, & uendere, & morari in dictis locis ſine pœna. ¶ Exceptis triccolis uendentibus quoquinas, porros & his ſimilia, quibus liceat morari & uendere in dictis locis, aliis autem diebus non poſſint ante nonam emere, uel emi facere ficus pira uel alios cuiuscunq; generis fructus ſub dicta pœna. ¶ Et quilibet poſſit accuſare omnes & ſingulas perſonas contra prædicta, uel aliquod prædictorum facientes uel uendentes, & credatur accuſatori & uni teſti fide digno, & teneatur eidem credentia, & regimen teneatur ſeruari facere prædicta ſub pœna librarum quinq;, & notarius uel officialis prædictus habeat pœnes ſe nomina & pronomina triccolorum & triccolarum, & triccolus intelligatur qui uulgariter ſic appellatur.

De fructibus & alis rebus non vendentibus niſi certo modo per pizzicagnolos. Rubrica xxxix.

ORdinamus, q̃ nullus pizzicagnolus, triccolus uel alia perſona cõſueta emere pullos pro reuendendo poſſit, uel debeat emere uel emi facere in ciuitate Piſtorii nec infra tria miliaria prope ciuitatem aliquos pullos, oua uel fructus, uel aliquas alias res ante horam nonæ aliquo modo die ſabbati uel publici mercati uel fori ad pœnam ſolidorum uiginti den. pro quolibet & qualibet uice, qua contrafecerint, & prædicti omnes contrafacientes poſſint denunciari, & accuſari, & teneatur credentia accuſatoribus & denunciatorib⁹ & habeat medietatem dictæ condemnationis, & totius eius, quod exinde exigetur.

De ſolea gelſorum vendita. Rubrica xl.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ quicunq;, qui de cætero uendet aliquam quãtitatem ſolearum gelſarum, teneatur, & debeat cuſtodire, & ſaluare dictas ſoleas gelſarum uenditas ſuo emptori riſigo & fortuna dicti uenditoris ſuo tempore, & caſu quo dicta ſolea deperderetur uel aſportaretur, dictus uendens teneatur ad omnia damna expenſas, & intereſſe dicto emptori, quæ & quas paſſus fuiſſet, pro non habendo dictas ſoleas debito tempore, de quibus damnis credatur ſimplici iuramento, & uerbo damnum paſſi. ¶ Et iudex cauſarum ciuilium communis Piſtorii facta ſibi fide de prædictis per iuramẽtum dicti emptoris & damnum paſſi, poſſit teneatur & debeat ſtatim, & in continenti reſarciri facere dicto emptori damna prædicta, cõſtito ſibi

prius

prius de uenditione dictæ foleæ per scriptam manu dicti uenditoris, uel emptoris, uel alterius tertiæ personæ uel etiam per unicum testem tantum.

De pratis bis secandis in anno. Rubrica xlj.

ORdinamus, q̃ illa prata, quæ bis secãtur in anno, debeant custoditi & saluari a die prima martii usq; ad diem primam octobris, & sit ibi eadem pœna quæ est de aliis pratis. ¶ In pratis uero, quæ secantur semel in anno, non possint teneri bestiæ ad pasturandum sine aliqua pœna, postquam secata fuerint, & fenum secatum inde fuerit exportatum usq; ad diem primam martii, nisi processerit de licentia & uoluntate domini, de qua constare debeat in actis dicti officialis damnorum datorum.

De condemnationibus soluendis per fornacciarios & molendinarios de damno dato. Rubrica xlij.

STatutum, & ordinatum est, q̃ si aliquis ex laboratoribus aut stantibus ad laborandum ad fornacem, uel ad aliquod molendinum, dederit damnum in aliquibus terris seu possessionibus territorii ciuitatis Pistorii tempore, quo stabunt ad dictum laborerium de die uel de nocte, & propterea fuerit condemnatus, & cõdemnationem de eo factam non soluerit infra tempus a statuto concessum, talis fornacciarius, & molendinarius, & tenens fornacem seu molendinum teneatur & debeat soluere condemnationem de tali suo laboratore factam, & cogi possit ad dictam condemnationem soluendam per officialem prædictum ad hoc deputatum, & ad emendationem damni.

De fideiussione præstanda ab hospitatoribus de extra ciuitatem de non receptando ludũ frumentũ uel fructũ. Rubrica. xliij.

PRouisum est, q̃ omnes uendentes panem aut uinum ad minutum, & hospitatores, qui morantur extra ciuitatem Pistorii & in eius districtu extra terras muratas, teneantur satisdare de libris quinquaginta den. coram officiali damnorum datorum de non receptando aliquam personam ludentem in eorum domibus ad zardum, uel infrascato, capanna, & porticis dictæ domus area uel curia eiusdem, nec debeant recipere uel recipi facere ab aliqua persona frumentum, secale, ordeum, uel aliquod bladum nisi fuerit triticatum, uel linum aut uuas nec fructus recipere, nec receptare de aliquibus rebus sub pœna librarum uiginti den. pro quolibet & qualibet uice, dictam uero satisdationem teneantur præstare infra octo dies a die approbationis præsentium statutorum sub dicta pœna & de cætero quolibet anno de mẽse aprilis, non propterea derogando per prædicta aliis statutis loquentibus de furtis.

De pena singularium personarum receptantium frumentum & alios fructus. Rubrica xliii.

STatuimus, q̃ nulla persona ciuitatis & districtus Pistorii debeat receptare recipere uel reducere frumentum segale, ordeum, linum uel aliquod aliud bladum, fabas ligumen seu aliquos fructus, nisi fuerint triturati sub pœna librarum uiginti den. pro quolibet & qualibet uice contrafacienti auferenda, & cuilibet sit licitum accusare, & denunciare contrafacientes, & habeat medietatem condemnationis & alia medietas sit communis Pistorii.

Quod officialis faciat manutenere abbeueratoria. Rubrica xlv.

TEneatur dictus officialis manutenere & reducere abbeueratoria ciuitatis Pistorii & eius comitatus, & ipsa faciat reaptari, ubi necesse fuerit, expensis communis Pistorii, & specialiter abbeueratoria dal prato ad sanctũ Frãciscum, di sancto Marco, & fontanam a chiusoli, & de spazzauento, hoc declarato, q̃ abbeueratorium al prato ad sanctum Franciscum manuteneri & gubernari debeat expensis fratrum sancti Francisci de Pistorio, q̃ si non fecerint aguazzatorium, seu piscaria, & abbeueratorium quodlibet reuertatur ad commune Pistorii. ¶ Et nulla persona possit mittere in abbeueratoriis suprascriptis aliquod lignum uel aliquam rem, quæ deuastaret aquam dictorum abbeueratoriorum, & aguazzatorii sub pœna librarum decem de nariorum, pro quolibet & qualibet uice, & amissionis talis lignaminis & rerum ibi missarum.

Quod nulla persona mittat ad umbroncellum vel branam: aliquam rem: a qua impediretur cursus aquarum. Rubrica xlvj.

ORdinatum est, q̃ nulla persona possit proiicere in umbroncellum uel branam aliquid, ut dicta brana uel aqua siue eius cursus impediatur sub pœna librarũ quattuor den. pro quolibet & qualibet uice, nec dicta aqua extrahi de cursu suo, nisi de licentia officialis, uel in casu ignis apprehensi ibi prope nec in dicto umbroncello mittere uel mitti facere calcinaccium, terrenum, uel spazzaturam, & similiter in branam sub dicta pœna. ¶ Et officialis quolibet mense teneatur sub uirtute præstiti iuramenti facere banniri per ciuitatem, & de prædictis rimare & punire ex suo officio repertos culpabiles in ciuitate Pistorii. ¶ Et pro innacquando panicum & ortum fine pœna possit extrahi ad horas uesperarum in die sabbati usq̃ ad horam nonæ diæ dominico non damnificando aliquam personam, & taliter dictus officialis curare debeat, q̃ nullo modo cursus aquæ dicti umbroncelli & branę impediat. ¶ Et quilibet habens uel tenens aliquid in flumine uel super flumen umbroncelli, propter quod impediatur cursus & alueus dicti fluminis, teneat sub pœna librarum centum den. eidem de facto auferenda per Potestatem ciuitatis Pistorii infra mensem proxime futurum a die notitiæ præsentis statuti, ita & taliter aptari facere, q̃ cursus aquæ dicti fluminis nullatenus impediatur,

pediatur, sed libere currat ipsius aqua. Et regimen teneatur uinculo sui iura menti de prædictis rimari facere, & repertos culpabiles condemnare, & nihilominus illos cogere ad reaptandum & aptari faciendum ut supra. Et teneatur ipse Regimen remundari facere cursum aquarum suprascriptarũ fluuiorum his, quibus sibi conuenire uidebitur. ¶ Et in prato sancti Francisci nec prope portas per quinquaginta bracchia non possit aliqua persona portare calcinaccium terrenum, siue spazzaturam sub pœna solidorum quadraginta pro quolibet & qualibet uice.

De non mittendo calce in aliquo flumine. Rubrica. xlvii.

STatutum & ordinatum est, q̃ nulla persona, cuiuscunq; status conditionis, & præheminentiæ sit, audeat uel præsumat mittere, uel mitti facere calcem, uel incalcinare seu incalcinari facere aliquod flumen, uel in aliquo flumine ciuitatis & comitatus Pistorii, & nihil aliud, quod piscibus dictorum fluminum posset nocumentum afferre ad pœnam statuendam per consilia oportuna ciuitatis Florentiæ. ¶ Et domini Priores, & Vexillifer iustitiæ ciuitatis Pistorii uel eorum loco subrogati pro tẽpore existentes de mense ianuarii, februarii, martii & aprilis teneantur & debeant destinare Florentiam coram eius Excell. Ill. ad impetrandum gratiam, q̃ dicta reformatio fiat Florẽtiæ per consilia oportuna.

Quod nulla persona possit tenere litamen in uiis publicis uel penes aliquam ecclesiam. Rubrica xlviii.

ORdinamus, q̃ nulla persona possit tenere litamen in uiis publicis circulorũ ciuitatis Pistorii uel in ante portis dictæ ciuitatis sub pœna librarum quatuor den. pro quolibet & qualibet uice, liceat tamen omnibus extrahere de domo sua dictum litamen, & infra tres dies ipsum deportare, & remouere de ipsa uia sub dicta pœna. ¶ Et nulla persona teneat letamen uel putredinem aliquam uel massam lapidum, uel ingombramentum iusta aliquam ecclesiam ciuitatis Pistorii in platea uel ante ipsam ecclesiam uel in uiis publicis dictæ ciuitatis, & qui contrafecerit puniatur a Regimine suprascripta pœna, cuius pœnæ quarta pars sit accusatoris, & alia quarta officialis, qui eam realiter deuenire fecerit in communi, & postquam ad manuum camerarii peruenerit, & nihilominus compellatur per Regimen exgombrare prædictã ingombrationem. ¶ Saluo q̃ siquis de nouo uellet edificare, possit ibi tenere & ponere lapides apparatas edificio usq; in duos uel tres menses ad uoluntatem & prouisiones ipsius Regiminis, & non ultra & prædicta banniri faciat primo mense Regiminis, & remouere infra decem dies, postquam sciuerit aliquem prædicta habere, & tenere contra dictum modum.

Quod nullus audeat ludere in aliqua ecclesia uel claustro. Rubrica xlix.

PRopter reuerentiam Dei ecclesiarum, & locorum Priorum statutum est, q̃

nullus audeat uel præsummat modo aliquo ludere ad aliquem ludum in aliqua ecclesia, nec in aliquo claustro ecclesiæ, & iusta aliquam ecclesiam per uiginti quinq; bracchia sub pœna librarum quinq; den. cuilibet contrafacienti pro qualibet uice, cuius pœnæ quarta pars sit Rectoris exigentis & reliqua communis Pistorii.

Quod molendinarii restituant farinam & de molenda accipienda. Rubrica I.

MOlendinariæ personæ compellantur restituere farinam & saccum personis dantibus bladum ad molendinum infra quintam diem, a die dati bladi sub pœna uiginti solidorum den. & credatur sacramento dantis de quantitate bladi, saccho tasca & tempore. ¶ Et quicunq; uolens conquæri de molendinaria persona, quæ minus reduxerit, id facere possit infra quindecim dies a die reductæ farinæ, & de minoritate usq; in unam quartinam, & ab inde supra usq; in unum starium cum iuramento credatur, & Iudex teneatur cõpellere molendinarium personam restituere dictam quantitatem farinæ, & nihilominus eam compellat ad dandum & soluendum de facto camerario communis Pistorii solidos duos den. pro qualibet libra farinæ minus reddi tæ, possint tamen dictæ molendinariæ personę accipere de quolibet stario, grani & bladi libras tres ad pondus & minus si ipse uoluerint. ¶ Et cum eodem bozzolo auferant molendinarii prædicti foretaneis & eo modo & quantitate pro ut ciuibus, & qui cõtrafecerit puniatur, sicut punitur de blado siue farina ablata ut supra. ¶ Et quælibet molendinaria persona teneatur & debeat quolibet anno de mense ianuarii, uel quando recipiet artem, infra octo dies præstare cautionem apud operarios sancti Iacobi manu notarii dictæ operæ recipienti uice & nomine omnium, quorum possit interesse de restituendo farinam cuilibet danti ad macinandum sub dicta pœna. ¶ Ac etiam deferat secum stateram de ferro rectam & sigillatam, de qua Romanum non possit extrahi, quando portat bladum, uel reportat farinam, cum qua teneatur uinculo iuramenti ponderare bladum, quãdo portat granum & farinam redicit, pœna & ad pœnam solidorum uiginti pro qualibet uice, qua contrafactum fuerit, cuius pœnæ medietas sit accusatoris, & alia medietas communis Pistorii. ¶ Et dicti molendinarii non possint petere gabellam, nec aliquid aliud occasione molturæ ab aliqua persona ælapso uno anno a die qua macinauit, quo tempore transacto intelligatur esse & sit sibi impositum silentium, nisi appareret, q; saltem per duas uices tale debitum coram Iudice petiisset, de qua petitione constet in actis notariorũ causarum ciuilium ciuitatis Pistorii pro tempore existentium. ¶ Et idem intelligatur statutum in rusticis & aliis personis, quo ad petitionem gabellæ pro fructibus, quos portassent ex causa ad medii uel affictus.

De pena molẽdinariorũ nõ aptãtũ partẽ eorũ gore. Rub. Ij.

ORdinamus, q; omnes põtes existentes in uiis publicis, qui sunt, uel quando cunq;

cunq; erunt super goris molendinorum, fiant de lapidibus lateribus & calcina & amplitudinis uiæ expensis dominorum molēdinorum, & si post terminum talibus assignatum dicti pōtes non fierent, dictus officialis possit ipsos dominos molendinorum de facto condemnare in libris uiginti dena. & nihilominus teneantur facere pontem, & si in prædictis præceptis non obedirent, iterato condemnentur, & nihilominus iubeat molendinum non macinare sub pœna librarum uiginti den. pro qualibet die & nocte.

Quod aqua deducatur a superiori molendino in inferiorem. Rubrica lii.

STatuimus, q; Iudex Potestatis teneatur pro utilitate communis Pistorii cogere molendinarios & dominos molēdinorum, & dominum uel dominos, qui molendinum ad suas manus tenuerint, aquam integram, quam ad suos canales & desuper habuit, molendino inferiori dare, & reddere, & sic de molendino ad molendinum usq; ad ciuitatem Pistorii. ¶ Et siquis prædictorum molendinariorum uel dominorum contrafecerit & non seruauerit, aut in aliquo loco subtus capsam molendini superioris ruptum fuerit, & aqua in totum uel in partem flueret alibi q̄ per locum goræ, puniatur pro qualibet uice in libris quattuor den. per dictum Iudicem, cuius pœnæ medietas sit accusatoris, & alia communis, & credatur sacramento accusatoris, & unius testis. ¶ Quod si molendinarius, qui condemnari debuerit, aut dominus molendini proponeret aliquam personam fregisse goram, & aquam misisse extra locum goræ & ostenderit per unum testem, tunc loco ipsius molendinarii, seu domini dicti molēdini Iudex teneatur eo modo, ut superius dictum est, condemnare illam talem personam prędicta pœna pro qualibet uice. ¶ Verum si esset aliquod molendinum unum uel plura, in quo non staret aliqua persona, q; molendinarii, aut, dominus unus uel plures sequētis molendini in quo aliquis staret, uel maneret aquam dare teneātur & reddere, & si contrafactum fuerit puniantur prædicta pœna. ¶ Et prædicta quilibet Regimen, & Iudex obseruari faciat & facere obseruari teneatur, & coram se postquam uenerit in suum Regimen, uenire faciat omnes molendinarios, & dominos ipsorum molendinorum, & ea omnia denotare, & prę cipere sic obseruari, non obstantibus prædictis, aut alicui prædictorum aliquo statuto, speciali, uel generali. ¶ Et idem intelligatur de molendinis, quorum aqua non uenit ad ciuitatem Pistorii.

De non frangendo goram alicuius molendini. Rubrica liij.

ORdinamus, q; unicuiq; liceat non obstante aliquo capitulo constituti adaquare estiuo tempore prædium & terram suam, dummodo non frangat goram alicuius molendini malo modo, nec extrahat de aliqua gora, & siquis uoluerit adaquare estiuo tempore, liceat ei in die sabati post uesperas ferias, & die dominico usq; ad diem lunæ de mane, & non aliis diebus dando

ſolidos duos denariorum, pro qualibet cultra molendinariis illorum molendinorum, quorum intereſt pro qualibet uice, qua uoluerit adaquare.

De ordine ſeruando pro manutentione aquarum fluminis vmbroncelli: & molendinorum: aliorumq; edificiorum ſuper ipſo flumine exiſtentium. Rubrica liiij.

CVm ciuitatis Piſtorii eiuſq; comitatus, & diſtrictus abundet aquis, ipſeq; propter incuriam hominum eis utentibus ueniant in declinationem, uolentes prouidere de oportuno remedio, & certam regulam, modum, & ordiné imponere in omni caſu differentiæ, quæ oriri poſſet ſuper manutentione dictarum aquarum, & earum gorarum. ¶ Statutum & ordinatum eſt, q; quotieſcunq; euenerit, q; cluſa pótis Aſinarii, quæ eſt ſuper flumine umbronis, & mittit aquas ad molendina communis goræ, & deinde fluit in ciuitatem Piſtorii, debeat reaptari, & indigeat reaptatione, opera ſancti Iacobi Apoſtoli de Piſtorio teneatur & debeat facere omnes expẽſas oportunas, & eas poſtea exigere poſſit, ab omnibus molendinis apotecis, conciis, tiratoriis, & aliis edificiis quibuſcunq;, & eorum dominis & poſſeſſoribus ipſis aquis utentibus, & qui omnes deſcripti & adnotati ſunt in libro dictæ operæ, uocato. EL PELLEGRINO. ¶ Et teneantur ſoluere dicti molendinarii, & alii ſupraſcripti, & domini eorum dictas expenſas ad rationem in fraſcriptam, uidelicet ſolidum unum den. ex quibuslibet libris decem & ſeptem den. introitus eorum, extimãdo fictum grani ſolidos uiginti den. pro quolibet ſtario, & non ultra uel aliter. ¶ Et ſi in futurum ſuper dictis aquis fieret aliquod edificium, deſcribatur, & deſcribi debeat in dicto libro pro eius taſſa, & eam ſoluere teneatur, pro ut de aliis dictum eſt. ¶ Nullus tamen poſſit edificium ſuper dictis aquis de nouo conſtruere niſi obtinuerit primo loco licentiam a conſilio populi ciuitatis Piſtorii, obtinendo partũ per nouem fabas nigras pro ſic ex decem conſiliariis præcedentibus prouiſionibus ordinariis ſimili modo obtinendis ſub pœna florenorum uiginti quinq; auri largorum in auro. ¶ Et factis dictis expenſis prouiſor dictæ operæ deſcribat omnes ſupraſcriptos pro dicta rata & taxa pro debitoribus dictæ operæ ad eius libros, & cuilibet eorum notificare faciat, q; infra quindecim dies exinde futuros ſoluant, quibus elapſis, ſi non ſoluerint, poſſint capi, & grauari, ac ad ſpeculum communis deſcribi tanquã debitores dictæ operæ. ¶ Quæ omnia ſupraſcripta etiam locum habeant in expenſis fiendis, & quæ fieri occurrerint inclula & reparatione & aptamine cluſæ di ſcornio. ¶ A ſpartitorio aquarum prædictarum exiſtente in capite ſtratæ portæ burgi, uſq; ad cluſam teneantur nitidare, & mundatam manutenere goram omnes molendinariæ perſonæ communis goræ. ¶ Os ſeu exitus aquarum ſpartitorii prædicti fluente aqua recta linea per goram communis goræ eſt latitudinis bracchiorum trium, & ab imo petræ exlatere inferiori uſq; ad petram ex latere ſuperiori uacuum eius eſt unius tertiæ partis unius bracchii & trigeſimæ partis alterius bracchii, uidelicet unius digiti. ¶ Omnes molendinariæ perſonæ teneantur manutenere capezzales eleuatos iuxta

petras

petras infissas in muris molendini eorum & econtra spazzaiuolum accipiẽdo partem superiorem dictæ petræ muratæ, in qua est descriptum. ¶ZA NOBI BARTOLINI, COMMESSARIO GENERALE MDXXV cum insigna papauerorum, nec possint altiores retinere tales capezzales, sed liceat eis minuere & abbassare. ¶Et teneantur & obligatæ sint omnes molendinariæ personæ communis goræ ad minus per duas uices quolibet anno, uidelicet in festo sancti spiritus, & per totum mensem septembris mundare, & nitidare goras, & ritrecinem sui molendini usq; ad spazzaiuolum molendini inferioris post eius molendinum. ¶Molendinarius molendini primi uersus spartitorium capitis strataæ burgi teneatur mundare a suo spazzaiuolo usq; ad spazaiuolum alterius sequentis molendini. ¶Et quia altitudo molendini Iuliani desiderii molendinarii fuit eidem concessa usq; ad petram infixam in eius molendino, Ideo ipsius molendinarius teneatur nitidare ab eius spazzaiuolo usq; ad ritrecinem molẽdini existentis desuper molendinum prædictum, & ab eius ritrecine usq; ad spazzaiuolum inferioris molendini, & cum omnibus obligationibus aliorum molendinariorum. ¶Et putredines & concimen & quicquid extraxerint in nitidando asportare teneantur & debeant extra stratas & uias, nec in uiis & stratis retinere possint quoquo modo. ¶Nec possint dictæ molendinariæ personæ modo aliquo eleuare seu extrahere aquam prædictam de eius cursu suæ goræ, sed eam manutenere debeant a suo molendino usq; in inferiorem molẽdinum suis propriis sumptibus & expensis, & si super dictis aquis essent duo canales, molendinarii teneantur eos ambos apertos tenere. ¶Quæ omnia & singula suprascripta suprascripti molendinarii & aliæ personæ, de quibus supra fit mentio, teneantur & debeant attendere & obseruare sub pœna librarũ decem den. pro quolibet & qualibet uice, qua contrafecerint, applicanda pro dimidia communi Pistorii pro quarta parte accusatori, seu denunciatori, & pro reliqua Rectori exigenti. ¶Siquis uero uoluerit aptare eius molendinum, seu aliquod acconcimen facere, & propterea oportuerit aquam extrahere de gora molendini, teneatur & debeat id notificare aliis molendinariis, & liceat ei, etiam ipsis molẽdinariis aliisq; quibuscunq; inritis & contradicentibus per triduum dictam aquam extra goras retinere, quibus tribus diebus elapsis debeat habere licentiam a molendinariis & galigariis ciuitatis Pistorii. ¶Canales autem debeant esse in ore, seu bucca latitudinis mensuræ cuiusdam ferreæ existentis in opera sancti Iacobi de Pistorio, cum insignibus dicti Zenobii de Bartolinis.

¶Pro spartitorio aquarum pœnes molendinum extra portam burgi fratrũ & conuentus sancti Franciſci sint duo lapides in plano & equato solo, quæ remoueri non possint, & gora, quæ tendit & uadit ad molendinum hodie dirutum, quod est Ioannis Baptistæ Michaellis de pappagallis prope muros ciuitatis, & similiter gora, quæ uadit ad ripam altam, & transit per fortilitium seu bastionem portæ burgi, remoueri uel tolli quoquo modo non possint. ¶A spartitorio iam dicto existente in capite strate burgi, aqua, quæ superabũdat ultra aquam fluentem ad molendina communis gore, & currit & fluit per quandam foueam, seu canalem a capite strate prædictæ

prope ſtratam magiſtram, eſt latitudinis bracchiorum quattuor cum uno ferro ad inſtar crucis implumbato, ne lapis ipſe poſſit abbaſſari, & ad terrā mitti & fundamentum goræ prædictæ uerſus ſtratam ipſam, eſt altius eleuatum, q̄ fundamentum goræ communis gore per unum tertium bracchii & aliquantulum plus. ¶ In qua petra ſpartitorii, quæ mittit per ſtratam prædictam, ineſt quædam cannula rotunditatis & uacui menſuræ unius ſcuti aurei, quæ continuo perpetuis temporibus aperta ſtet, & ſtare debeat pro uſu & beneficio habitantium & exiſtentium ſuper ipſam ſtratam, nec remo ueri poſſint modo aliquo dicta ſpartitoria ſeu buca, ex qua extrahitur aqua ex ipſa gora ſub pena florenorum utginti quinq; pro quolibet & qualibet uice applicanda ut ſupra. ¶ Et in goris molendinorum communis gore nō poſſit fieri aliqua cluſa ſeu poni linum ad macerandum ſub pœna librarum decem den. ut ſupra applicanda. ¶ Habitantes ſuper ſtratam publicam & in domibus bocchatorii gore di ſcornio ſuper ipſam ſtratam teneantur mūdare goram a ſpartitorio, uſq; ad dictum bocchatorium, & manutenere cā eorum ſuntibus ſub pœna librarum decem den. ut ſupra applicanda. ¶ Goram uero, quæ fluit a cluſa ſcorni uſq; ad grates, per quas ipſa aqua intrat in ciuitatem Piſtorii, teneantur & debeant manu tenere, & mundare molendinarie perſonæ, quibus ipſa aqua deſeruit. ¶ Et a ſpartitorio molendini ſancti Franciſci ſupraſcripto uſq; ad molendinum Ioannis baptiſte de pappagallis prope muros teneatur mundare & ex cauare molendinarius molendini ſancti Franciſci ad minus bis in anno, uidelicet in feſto ſancti Spiritus & de menſe ſeptembris ſub eadem pœna. ¶ Molendinarius dicti Ioannis baptiſte, & molendinum prædictum ipſius Ioannis baptiſtæ, teneatur mundare & excauare goram a ſuo ritrecine uſq; ad ingreſſum aquæ in orto fratrum montis oliueti in ciuitate Piſtorii ſub dicta pœna. ¶ Et a dicto orto uſq; ad abeueratorium exiſtens ſuper prato ſancti Franciſci, fratres montis oliueti mundare & nitidare teneantur, & etiam totum dictum abeueratorium. ¶ A dicto abeueratorio, uſq; ad & per totum ortum domus tintæ hæredū Camaioris gualparis teneatur mundare dominus uel poſſeſſor ipſius tinte. ¶ A fine orti prædicti uſq; ad eccleſiam ſancti Proſperi, teneatur mundare tabulacarii. ¶ A dicta eccleſia uſq; ad quandam campanellam ferream retortam exiſtentem in muro domorum hæredum Philippi de Cellenſibus e contra ſtratam, quæ uadit ad poſtierlam, teneantur & debeant mundare & nitidare, & excauare galigarii & ars galigariorum. ¶ Et a dicta campanella uſq; ad ritrecinem rotæ illorum de cancellariis nitidare & excauare debeant domini ipſius rotæ, uel tentores & poſſeſſores ipſius. ¶ Et a dicto ritrecine uſq; ad pontem goræ fratrum ſeruorum teneantur mundare & excauare fratres ſancti Bartholomei & eorum molendina uel poſſeſſores ſeu cō ductores eorum. ¶ A dicto ponte uſq; ad canalem molendini de poggio, teneantur excauare & mundare ipſum molendinum, & eius conductores & poſſeſſores. ¶ A quo quidem molendino Ioānis baptiſtæ, de pappagallis uſq; ad molēdinum de poggio prædicto omnes ſupra nominati, & deſcripti teneantur & debeant ſemel ad minus quolibet anno de menſe ſeptembris excauare & mundare ut ſupra goram prædictam, & excauaturam & mundaturam

turam aſportare extra ſtratas,& quilibet eorum,ut ſupra exportare habeat ſuis ſuntibus,& expenſis ſub pœna librarum decem ut ſupra applicãda pro quolibet eorum,& qualibet uice,qua contrafecerint. ¶A ſpartitorio ſancti Franciſci ſupraſcripto goram,quæ fluit & uenit ad ripam altam, teneantur mundare & excauate molendina & infrantorium Tommaſi alterius Tonmaſii de gatteſchis, molendinum opere ſancti Iacobi apoſtoli & eius infrantorium,& molendinum artis lanæ & alia ſimilia ædificia de ripa alta eorumq; domini & poſſeſſores uſq; ad ritrecinem molendini artis lanæ ſub dicta pœna. ¶Et a dicto ritrecine,& a gratis uel tonſinello teneatur mundare & excauare hoſpitale ſanctæ Mariæ pauperum del ceppo,& eius molendina infrantorium & bottaccio, uſq; ad & per totum pontem exiſtentem ſuper prato ad eccleſiam ſancti Laurentii, uidelicet econtra uirginem del lecto,qui eſt primus poſt hoſpitale prædictum. ¶Et a dicto ponte eundo ſuper pontemad ſanctum Leonardum', & per domos hæredum Dominici de ſolinis & hæredũ acti de baronibus,& per ortũ fratrũ ſancti Bartholomei uſq; ad pontẽ poſt molendinũ dictorũ fratrũ uulgariter nuncupatũ El ponte de ſerui teneantur euacuare & mũdare fratres ſancti Bartholomei & eorũ molendina & poſſeſſores eorũ. ¶Et a ponte ſancti Leonardi uſq; ad tintã fratrũ furculis cõmune Piſtorii teneatur excauare gorã,quę alias dicitur la Brana. ¶Gorã,quæ uenit extra portã ſancti Marci a flumine delle duaiburi a ritrecine molẽdini fratrũ abatiæ furculis,quod eſt primũ ſuper dicta gora uſq; ad pontẽ tintæ Pieri ciani proxime dictũ,quæ tinta eſt dictorũ fratrũ,teneantur euacuare fratres furculis,& eorũ molendina, tinta & poſſeſſores eorũ. ¶A dicto ponte uſq; quo aqua intrat in gorã quæ uadit ad molendinũ de poggio,ortolani orti olim Gherardi rigoli,& illotũ de baronibus manu teneant gorã latitudinis bracchiorũ quatuor,& cõmune Piſtorii teneatur mundare ipſam gorã,uſq; quo peruenit in Vmbrõcellũ. ¶Et quia cõceſſum eſt quibuſdã certis tẽporibus & modis,partẽ aquarũ accipere & extrahere de earũ curſu pro ut etiã infra dicet & maxime extiuo tẽpore ad hoc ut lites oriri non poſſint ordinatũ eſt, q; dum & quãdo molẽdinarii de ripa alta aquas ipſas accipiunt, & pro ipſis habẽdis apponunt tabulã in locũ ſpartitorii ad hoc ut in totũ fluant,& ueniant ad eorũ molẽdina, talis tabula apponẽda habeat,& habere debeat uacuũ unius octauæ partis bracchii,per quod aquæ poſſint per trãſire uerſus abeueratoriũ.s.Frãciſci, & in tali die molendinarius molẽdini Ioãnis baptiſtæ de pappagallis retineat canales clauſos,ut tota aqua prædicta perueniat in abeueratorium ſub pœna ſupraſcripta cuilibet contrafacienti. ¶Nec ullo unquam tempore poſſit eleuari ſeu remoueri aqua dicti abeueratorii, quin ad minus habeat curſum eius per octauam partem unius bracchii, uidelicet q; diameter ſit rotundus per octauum bracchii, ſed pro eo euacuando & mundando poſſint accipi quantæcunque aquæ, pro ut oportuerit. ¶In orto fratrum montis Oliueti de Piſtorio ſunt duæ buchæ rotundæ in dicta gora in petra, quarum altera eſt per diametrum unius octaui bracchii & aliquantulum plus, & altera unius decimi bracchii, quæ gora currit per dictum ortum, & peruenit & tranſit per ortum monialium ſanctæ Claræ,

& poſt dictum monaſterium intrat in cloacam portæ lucenſis, & exiit ciuitatem Piſtorii. ¶ In gora ſub ſtrata publica magna inter eccleſiam ſancti Franciſci, & tintam hæredum camaioris Guaſparis inſunt duæ buchæ rotũ dæ in quadam petra, quarum altera eſt unius texti bracchii diametri, altera uero duodecimi bracchii, per quas bucas aqua fluit per ſtratam, quæ dicitur lo ſpianato, & peruenit ad monaſteriũ ſanctæ Luciæ, ubi olim erat hoſpitale ſancti Grægorii, in qua quidem goricina infine eccleſiæ ſancti Franciſci ineſt quædam petra cum una buca rotunda, per quam uadit aqua ad moniales ſanctæ Mariæ de ſala, & deinde ad moniales ſancti Michaellis, & ſucceſſiue ad moniales ſancti Bernardini, alias ſancti Georgii, & poſtremo redit in gora prope moniales ſanctæ Luciæ, & antequam intret in dictum monaſterium peruenit ad quaſdam grates ferreas econtra hoſtium monaſterii ſancti Ioannis baptiſtæ & pertranſit per eas, deinde fluit rota inſimul ad moniales uirginum, tranſeundo per dictum monaſterium ſanctæ Luciæ & tandem ſubintrat cloacam poſtierlæ, & exit ciuitate Piſtorii. ¶ Et quia ſæpiſſime quando excauatur & mundatur gora dello ſpianato impeditur aqua monaſterii ſalæ, ſancti Micchaelis & ſancti Georgii, Ideoq; ſtatuimus & ordinamus q; ad omnem eorum uoluntatem liceat eis facere, & fieri facere aquæductum latitudinis unius duodecim bracchii in dictis duabus buchis ſupradictis prope tintam hæredum Guaſparis & relinquere bucham prædictam unius texti bracchii apertam, per quam fluat aqua ad ſpianatum ut ſupra, & tunc claudere teneantur bucam, per quam ad præſens aqua fluit in dictis monaſteriis prope finem eccleſiæ ſancti Franciſci exiſtentem. ¶ Quæ quidem gora excauari & mundari debeat, & expenſe in ea fiendæ ſoluantur, & ſolui debeant pro dimidia per monaſterium ſanctæ Luciæ, & pro alia dimidia per dictas moniales ſalæ, ſancti Micchaelis, & ſancti Georgii pro tertia parte pro quolibet monaſterio ipſius dimidiæ, uidelicet. ¶ A dicta tinta & per totum ortum ſancti Franciſci, & ab inde uſq; ad & per totum ortum ſancti Gregorii, dictum monaſterium ſanctæ Luciæ, loco hoſpitalis ſancti Gregorii uſq; quo perdurat ortum dicti monaſterii, & ab inde infra uſq; ad totum ortum ſancti Gregorii pro dimidia ſoluantur expenſe prædictæ per dictum monaſterium ſanctæ Luciæ, & hoſpitales ſancti Gregorii ad ratam prædictam, & pro alia dimidia pro una quarta parte per artem lanæ, & pro alia quarta parte per moniales ſancti Ioannis baptiſtæ, & teneantur & debeant aſportari facere terrenũ excauandũ ex dicta gora eorum expenſis ad ratã prædictã ſoluendis, & moniales uirginũ teneantur mũdare, & nitidare dictã goram uſq; ad exitũ earum lauoratorii & orti, & conducere eã in cloacã poſtierlæ. ¶ Et quia fratres & conuentus ſancti Dominici poſſunt aquas prædictas accipere, & aquæductũ facere, p quod aquæ ueniãt in eoꝝ orto accipiẽdo eas poſt ortũ monialiũ uirginũ eorũ ſumptibus & expenſis, ideoq; in euentũ & caſu quo aquas ipſas accipiat, teneantur & obligati ſint eas manurenere & reconducere in cloacam prædictam, & mundare & euacuare goram & aquæductũ uſq; ad dictam cloacam. ¶ In gora, quæ mittit & fluit in galigaria, ante hoſtium domus hæredũ ſer Pieri del terchio ineſt quædam petra cũ buca quadã latitudinis unius octaui bracchii, per q̃ currit aqua

ad

ad monasteriū sancti Niccholai & eorum lauatorium, quæ aqua deinde re dit in eandem goram econtra domum Mariotti acti de cellenibus, quam goram & aquæ ductum, a domo ser Pieri ad domum Mariotti prædictorū moniales sancti Niccolai teneantur manutenere & euacuare, adeo ꝙ aqua prædicta reuertatur in goram, ex qua accipitur ut supra omnibus eorū sumptibus, & expensis. ¶ In qua gora post palatium dirutum illorum de cancellariis e contra ecclesiam sancti Lucæ inest quædam petra cum una buca latitudinis unius sexti bracchii uel minus cum gratis ferreis, per quam fluit aqua ad monasterium sancti Petri & eorum lauatorium, & redit in ipsa gora inter molendinolum, & magnum molendinum fratrum sancti Bartholomei, quæ moniales sancti Petri teneantur aquæ ductum manu tenere, & aquas prædictas reponere, & ꝙ reuertantur in dictam goram ut supra operari & curare omnibus earum sumptibus, & expensis ne detrimētum aliquod dicta molendina ob defectum ipsarum aquarum patiantur. ¶ Liceat insuper & licitum sit hæredibus & successoribus domini Iacobi Pieri de centis canonici Pistoriensis perpetuis temporibus accipere aliquam partem goræ prædictæ inter domum successorum Sigismundi de tedicis, & ecclesiam sancti Martini accipiendo ipsam prope finem ecclesiæ prædictæ, & eam ducendo in eorum ortum pro eorum usu & seruitio pro lauatorio, & piscaria & aliis usibus pro ut eis uidebitur, & nihilominus reconducere eam teneantur in goram præductam post exitum dicti orti, adeo ꝙ deseruire possit & debeat molendino & infrantorio prope existentibus, & nō aliter nec alio modo, & hoc quia dicta aqua olim fluebat per domum dicti Sigismundi, & ortū domini Iacobi, & fuit posita in uia prædicta. ¶ Et pro præseruatione abeueratorii existentis super prato ad sanctum Franciscum ordinatum est, ꝙ nulla persona cuiuscunq; conditionis & sexus audeat uel præsummat impedimentum aliquod facere, per quod aqua non currat in dicto abeueratorio per eius aquæ ductum, nec in eo lauare aliquam rem, nec aliquam tollere, & leuare, nec in eo notare sub pœna librarum decem den. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice applicanda pro dimidia communi Pistorii pro quarta parte accusatori uel denunciatori, & pro reliqua Rectori exigenti, & maritus teneat pro uxore, pater pro filio & dominus pro famulo, seu serua. ¶ Et siquis estatis tempore uoluerit aquam, quæ fluit per commune goræ burgi, extrahere & accipere pro adaquando ortaggios seu popones possit eam accipere, postquā olitores fuerint usi ipsa aqua post occasum solis diei cuiuslibet sabbati, & eam retinere ipsaq; uti cōtinue usq; ad ortum solis diei Lunæ inde sequentis impune, facta prius notificatione de sic uelle accipere dictam aquam camerario ordinando per molendinarios communis goræ, & soluere eidem teneatur id totum quod disponitur per statutum molendinariorū. ¶ Et etiā possit quilibet accipere aquas cuiuscunq; alterius fluminis & goræ dicto tempore, & non aliter uel aliomodo, sub pœna librarū uigintiquinq; den. cuilibet cōtrafacienti auferēda, & ut supra applicanda. ¶ Et ne scādala oriant in accipiēdis aquis prædictis ordinamus, ꝙ olitores fratrū sanctæ Mariæ seruorū de Pistorio, & olitores ortū facientes extra portā burgi a strata lata publica, quæ tendit mōtaneā uersus usq; ad uiā molēdini

Ioannisbaptiſtæ de pappagallis, uidelicet uerſus portam lucenſem, & uſq; ad molendinum olim Sebaſtiani de pauoloccis, retinere poſſint, dicta aqua ab accuſa ſolis diei ſabbati uſq; ad ſonum ſeptimæ horæ tempore noctis. ¶ Olitores uero extra portam lucenſem a dictis horis ſeptem, uſq; ad decimam quintam horam. ¶ Et Olitores exiſtentes a dicto molēdino Baſtiani de pauoloccis, uſq; ad molendinum hæredum Iuliani deſiderii ab ipſa quintadecima hora, uſq; ad uigeſimam primam. ¶ Et ab inde uſq; ad ſpartitorium capitis ſtratæ a dicta hora uigeſima prima, uſq; ad horas quinque noctis tempore diei dominicalis. ¶ Et a dicto ſpartitorio uoluendo aquas iuxta ſtratam publicam uſq; ad ortum Ioannisbaptiſtæ, de pappagallis extra portam burgi, a dictis quinq; horis, uſq; ad horam duodecimam diei lunæ. ¶ Aquam uero, quæ uenit ex flumine branæ da ſcornio, poſſint accipere hoc modo uidelicet. ¶ A ponte di ſcornio uſq; ad ortum dicti Ioannisbaptiſtæ præductum, poſſint retinere ab occaſu ſolis diei ſabbati, uſq; ad horam duodecimam diei dominici. ¶ Et a dicto orto uſq; ad grates molendini a poggio exiſtentes in muris ciuitatis infixas, Olitores ciuitatis Piſtorii a dicta hora. xii. uſq; ad horam duodecimam diei ſequentis, uidelicet lunæ. ¶ Et omnes olitores, uidelicet ortorum ſancti Franciſci, montis oliueti ſanctæ Claræ, ſancti Ioannis, ſanctæ Lucæ, & ſancti Gregorii poſſint adaquare ortum eorum cum eis per eos fluentibus ſolum & dum taxat die martis & Iouis & quolibet dictorum dierum, & etiam noctis tempore ipſorum, & non aliter, nec propterea teneantur aliquod ſoluere pro gabella communi Piſtorii uel alii pro eo. ¶ Et quicunq; prædictorum olitorum, qui ut prædicitur uoluerit adaquare, teneatur & debeat ſuis expenſis facere lauatorium abſq; læſione goræ prædictarum aquarū, per quod fluat aqua, & in goram reuertatur ſub pœna librarum decem, den. pro quolibet ut ſupra auferenda & applicanda. ¶ A ponte uero aſinario ſuper flumine umbronis uerſus montaneam nullus audeat, uel præſumat aquam accipere, uel de eius curſu eleuare ſub eadem pœna, utſupra applicanda. ¶ Et quia poſſet accidere, q; aquæ prædictæ deberent pertranſire per terras & bona uicinorum illius perſonæ, quæ pellet uti commoditate, & adaquatione earū. Ideoq; liceat & licitum ſit cuilibet perſonæ aquas ipſas ad ſua bona conducere etiam per terras & bona ſuorum uicinorum, pro ut commodius fieri poterit, ſed teneatur & obligatus ſit, primo & ante omnia ſoluere & ſatisfacere ſuo uicino uel uicinis, per quorum terras aquæ ipſe pertranſire deberēt id totum pro ſuis damnis, quod fuerit arbitratum per duos bonos uiros ab eis eligendos, & in caſu diſcordiæ prouiſor operæ ſancti Iacobi apoſtoli de Piſtorio intelligatur eſſe & ſit tertius, & per duos ex eis, quam declarationē facere teneantur per totam diem dicto prouiſori ſancti Iacobi portectæ quæ relæ ſeu differentiæ ſub pœna librarum decem den. pro quolibet eorum ut ſupra applicanda. ¶ Galigarii uero, & tintores non poſſint, nec eis liceat tenere tabulas altiores uno bracchio pro percipiendo aquas, & raſtros debeāt habere, & tenere, qui ſint diſtātes per uacuū unius quartæ partis bracchii, ſub eadē pœna & applicatione. ¶ Molēdinariæ aurē pſonæ, & molēdina p̄dicta, de qb⁹ ſupra fit mētio, teneāt & obligatæ, & obligata ſint ꝙſtatis

tēpore,

tempore, quando adaquantur orti, & blada, facere & curare, ita & taliter q̃ continuæ remaneat, & sit in goris, & cursu gorarum prædictarum tantum aquæ, quod satis sit pro manutenendo abeueratorio ad pratum sancti Franciſci. ¶ Et teneatur primus molendinarius incapite ſtratæ uſq; ad molendinum poſt eius molendinum exiſtens manutenere dictam aquam, & de ea curam habere, & ſimiliter cæteri poſt eum ſubſequentes uſq; ad molendinũ Ioannis baptiſtæ de pappagallis, in quo loco ineſt ingreſſus, & caput aquæ ductus dicti abbeueratorii. ¶ Et etiam ipſi molendinarii eorumq; camerarius, qui exigunt gabellam dictarum aquarum teneantur, & obligati ſint facere & manutenere tabulam in ſpartitorio exiſtente prope molẽdinum ſancti Franciſci eorum ſumptibus, & expenſis adeo & taliter, q̃ ſemper & quandocunq; aqua perueniat in abeueratorium prædictum ſub pœna librarum decem den. pro quolibet contrafaciente uice qualibet auferenda, & ut ſupra applicanda. ¶ Commune uero Piſtorii, nec aliquis pro eo in futurum ullo unquam tempore non poſſit nec debeat exigere gabellam aquæ extra ciuitatem Piſtorii, & a manentibus & morantibus in ortis & terris extra dictam ciuitatem poſitis. ¶ Et ad hoc ut prædicta ſupra in præſenti capitulo contenta obſeruentur, & executioni mãdentur, quolibet anno per conſiliũ populi ciuitatis Piſtorii eligi & deputari debeat aliqua perſona, pro ut ipſi conſilio placuerit, quæ inuigilare debeat, ut ea omnia obſeruentur, & contrafacientes denunciare & condemnare faciat, & ſi quos accuſauerit uel denunciauerit habeat & habere debeat tertiam partem condemnationis de ipſis denunciatis poſtquam uenerit effectualiter ipſa condemnatio in cõi.

De foucis tenentibus caput ad gorã molendini. Rubrica lv.

PRouiſum eſt, q̃ homines & perſonæ, quæ habent terras iuxta goras molendinorum extra ciuitatem & burgos, & habent foueas inter ſe, & uicinum ſuum tenentes caput ad goram, tales perſonæ teneantur adimplere & repleri facere ipſas foueas, & foueam iuxta cigliare goræ per tria bracchia de ſaldo in campos, ita q̃ aqua non poſſit nec debeat fluere per ipſas foueas ſeu foueam, & qui contrafecerit poſt requiſitionem factam, puniatur per dictum Iudicem in ſolidis quadraginta den. & foueam faciat repleri, niſi haberet ibi adaquatorium.

De uijs manutenendis & foucis mittendis & conſeruandis. Rubrica lvj.

QVoniam uiæ publicæ comitatus Piſtorii deſtruuntur & occupantur, adeo q̃ per eas uix, & non ſine periculo & maxime cum curribus pertranſiri poteſt in uerecundiam comitatus & incommodum priuatorum. Statuimus, q̃ dictus officialis & notarius damnorum datorum durante eius officio teneantur & debeãt ad minus ſingulis tribus menſibus ſemel, ex ſuo officio, & toties quoties ab aliquo requiſitus fuerit, ſoluta ei cõpetenti mercede ire

per comitatum Pistorii, & diligenter perquirere, & rimari uias publicas & per quas publice & ab omnibus pertransitur, & si reperierit illas occupatas ab aliquo, uel illius culpa destructas uel angustiatas, adeoq; uix per eas, maxime currus, commode & sine periculo non possint transire, debeat facere ei præceptum de restituendo & adaptando uiam prædictam infra octo dies inde futuros. ¶ Quod si talis occupator, uel is cuius culpa uia destructa fuerit, non obtemperauerit, possit & debeat eum condemnare in pœnā librarum decem den. applicandam pro dimidia cameræ communis Pistorii pro quarta parte Rectori exigenti, & pro reliqua accusatori uel denunciatori. ¶ Et si ignoretur & non possit haberi certa scientia, a quo se culpa cuius deuastata sit, ipse officialis teneatur & debeat præcipere Vicario communis, in quo erit uia prædicta, q̄ faciat eam per suos homines reaptari infra tempus suprascriptum, & pro ut supra dicitur sub dicta pœna, ut supra applicanda & nihilominus homines dicti communis reaptare cogantur p. Regimen ciuitatis Pistorii. ¶ Laboratores uero terrarum habentium foueas seu caput fouearum ad uias publicas prædictas teneantur & debeant singulis annis ad minus per totum mēsem maii excauare & nitidare foueas hoc modo uidelicet. ¶ Si talis uia esset capacitatis, adeo q̄ possent fieri foueæ latitudinis & altitudinis ad minus unius bracchii, ita nant, & plus & minus iuxta arbitrium boni uiri sub pœna solidorum uiginti den. pro quo libet & qualibet fouea non excauata & nitidata, cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii, quarta pars accusatoris, & reliqua ipsius officialis damnorum datorum, qui condemnationem fecerit. ¶ Et teneatur & debeat dictus officialis ex debito sui officii ad minus de mense septembris ire ad rimandum de prædictis per comitatum, & repertos culpabiles punire & condemnare pœnis prædictis toties quoties contra fecerint, & nihilominus cogat eos excauare & nitidare foueas prædictas, & prædicta obseruare. ¶ Et si dictus officialis prædicta aut aliquod prædictorum non seruauerit, incidat, & incursus esse intelligatur ipso iure in pœnam librarum quinquaginta den. applicandam ut supra. Et quilibet de prædictis possit accusare & denunciare.

De officio officialis damnorum datorum & quomodo teneatur expedire processus. Rubrica lvij.

STatutum & ordinatum est, q̄ officialis damnorum datorum, siue sit de familia Potestatis, aut alterius in eius locō subrogati, siue sit alius notarius, qui de per se stet in ciuitate Pistorii ad dictum officium exercendum, teneatur, & debeat terminare, & diffinire per condemnationem uel absolutionē omnes & singulas causas, & processus contra accusatos inquisitos seu denūciatos infra unum mensem a die receptæ accusationis inquisitionis uel denūciæ. ¶ Quo termino elapso non possit nec ualeat amplius condenare uel absoluere, sed intelligat ipso iure esse & sit perēpta instantia dictæ causæ & i casu prædicto dictus notarius & officialis intelligat esse, & sit incursus in pœnā librarū x den. p̄ qualibet accusa iquisitione & denūcia, q̄ ira dictū

terminũ cõdẽnata uel absoluta nõ esset, applicandã pro dimidia cameræ cõmunis Pistorii, pro quarta parte accusatori & ꝑ reliqua Rectori exigẽti & ad manus camerarii dicti communis uenire eam facienti. ¶Et nihilominus ille ad cuius petitionem facta esset talis accusatio, uel ad cuius utilitatẽ & commodum facta esset inquisitio & denunciatio posset, & ualeat comparere coram domino Capitaneo, & seu Cõmissario ciuitatis Pistorii, uel eius Iudice, & petere, ꝙ per dictum officialem & notarium sibi satisfiat de extimatione dicti damni pro quo accusatio denunciatio, uel inquisitio facta fuerat. ¶Qui dominus Capitaneus seu Commissarius & Iudex, & quilibet eorum possint teneantur & debeant ad petitionem suprascripti comperantis compellere dictum notarium & officialem de facto, casu quo negaret, ad exibendum eius librum seu libros, & reperto ꝙ ita fuerit, dictum officialẽ & notarium cogat ad soluendum realiter & cum effectu talem extimationẽ damni, & stetur iuramento talis petentis super dicta extimatione. ¶Et si acciderit cancellari debere aliquam accusationem inquisitionem seu denunciationem uigore licentiæ & pacis seu concordiæ habitæ ab accusatore, & eo, cuius interest, dictus officialis non possit uel debeat plus ultra accipere uel recipere nisi solidos duos den. pro qualibet cancellatione, etiã ꝙ in una cancellatione uenirent plures accusationes in eadem die datæ & scriptæ, & solidum unum pro suo nuncio pro salario citationis propterea facte, nõ obstante ꝙ fecerit citationes ipsas extra ciuitatẽ & in quocunq; loco facta fuerit. ¶Et pro examinatione testium solidos tres pro quolibet teste tantum & pro copia actorum quorumcunq; solidos duos pro qualibet carta, rigarũ uigintiquinq; ad minus arbitrio boni uiri sub pœna dicto officiali, & notario accipiẽti cõtra formã prædictã librarũ quinquaginta den. pro qualibet uice ut supra applicanda nõ obstante aliquo statuto in contrariũ loquẽte.

De modo procedẽdi per officialem & notariũ. Rubrica lviii.

STatutum & ordinatum est, ꝙ dictus officialis, seu notarius teneatur, & obligatus sit in qualibet accusa, denunciatione & inquisitione de aliquo damno sibi data, facta aut recepta apponere diem, annũ & mensem, quo seu quibus data facta & recepta fuerit, & deinde procedere ad citationes & alios actus, pro ut iuris fuerit, & infra tempus unius mensis a die receptæ accusationis inquisitionis, & denunciæ condemnare uel absoluere, secundum ꝙ iuris fuerit, in pœnis statutorum, & ad damni emendationem, quam specificare, & declarare debeat, si sibi constet, & probata fuerit qualitas, sin autem ad minus in genere dicendo in tantam pœnam, & ad emendationem damni. Quas quidem condẽnationes, & absolutiones dictus officialis, & notarius teneantur & debeant infra tempus prædictum facere & legere in palatio solite residentiæ dominorum Priorum & in eorum præsentia seu saltem duorum ex eorum officio, & in præsentia notarii cameræ communis Pistorii, cui notario camerę dictus officialis teneat & debeat tradere copiã legẽde & & cõdẽnãdorũ ꝑ eũ. ¶Et facta cõdẽnatione ipse notarius camerę dictã copiã portare cãcellario cõmunis Pistorii, ꝙ eodẽ diẽ apponat, quo tales cõdẽ

nationes factæ & lectæ fuerint. ¶ Et absolutiones & cõdẽnationes prædictæ aliter factę nõ ualeãt neq; teneant & nihilominus dictus officialis & notarius incurrat pœnas, de quibus in præcedenti capitulo continetur. ¶ Et casu quo dicti domini Priores, uel eorum locos subrogati seu saltem duo ex eis, ut supra ac etiam dictus notarius cameræ nollet adesse dictis legendis condemnationibus facta notificatione eis per se, uel famulos palatii ad eius instantiam, uel per alium saltem una die pro alia, in qua notificatione contineatur qualiter ipse uult legere condemnationes, & qua die & hora, inciant in pœnam librarum decem den. pro quolibet eorum tam dicti domini Priores, & eorum subrogati q̃ notarius cameræ. ¶ Et nihilominus dictus officialis & notarius uocatis testibus possit & debeat in palatio prædicto, legere dictas condemnationes, seu ablolutiones sub dictis pœnis.

De preceptis factis pro emendatione fienda. Rubrica lix.

STatutum est, q̃ præcepta, & condemnationes, facta & factæ & fienda pro & occasione damni dati alicui personæ uel loco sint firma & ab eis non appelletur, nec de nullitate opponatur, nisi condemnatio excederet quantitatem decem librarum, dummodo si fuerit a quadraginta solidis supra debeat constare in actis de causa dicti præcepti, & de citatione, & termino dato ad defensionem faciendam tali, cui factum est præceptum, tamen condemnatio uel præceptum, non præiudicet alicui, nec emolumentum præstet in domi nio uel possessione terræ. ¶ A dicta uero quantitate supra liceat appellare, & de nullitate opponere principali grauato uel eius procuratori infra eadem tempora, pro ut appellari licet, & debet in criminalibus quæstionibus, appellatio produci & terminari, pro ut fit in criminalibus causis & camparii teneantur accusare infra tres dies postquam uiderint bestias, & personas dãnum dantes, & intrantes terras contra formam statutorum sub pœna solidorum uiginti den. auferenda, & nihilominus denunciare teneãtur, & prædicta ualeant aliquo statuto in contrarium disponente non obstante.

Quod dictus officialis possit condẽnare de præcepto. Rub. lx.

PRouisum est, q̃ dictus officialis damnorum datorum possit punire & condemnare suis mandatis non parentes ad sui beneplacitum & arbitrium considerata conditione personæ, & qualitate delicti, dummodo dicta condemnatio non possit excedere ultra solidos quadraginta den. & q̃ dicta præcepta non fiant, aut sint contra formam statutorum Pistorii, nec pro una & eadem re possint fieri ultra duo præcepta, & condemnationes de prædictis fiant in scriptis

Quod liceat appellare de damno excedente libras quinque. Rubrica lxj.

STatuimus q̃ liceat unicuiq; condemnato, & eius procuratori appellare a cõdemnatione

demnatione excedente quantitatem librarum quinq; den. ad Iudicem appellationis ciuitatis Pistorii, & super ipsa appellatione ipse Iudex procedere teneatur & ipsam finire & terminare ut ipse tenetur in aliis processibus maleficiorum. ¶ Et in defectum Iudicis appellationis prædictę appellari possit ad dominum Capitaneum, & seu Commissarium uel Potestatem, uel ad dominos Priores & Vexilliferum iustitiæ ciuitatis Pistorii, seu eorum locũ tenentes, pro ut & sicut eidem appellanti libere uidebitur & placebit, & in omnibus casibus prædictis habeat locum præuentio.

Quod officialis teneatur exigere condemnationes quas facit. Rubrica lxij.

ORdinamus, q; dictus officialis teneatur, & debeat omnes & singulas condẽnationes, quas fecerit de his, qui comparuerint, primis quinq; mẽsibus sui officii exigere & solui facere Camerario cõmunis Pistorii pro tempore existenti, alias de suo proprio teneatur soluere eas dicto communi Pistorii.

De pena aucupantis ad columbos. Rubrica lxiij.

STatuimus, q; nulla persona audeat uel præsummat aucupari seu accipere aliquo modo aliquos columbos domesticos sub pœna & ad pœnam librarũ uigintiquinq; den. pro quolibet & qualibet uice, & teneatur ad emendationem damni illati, de quo damno stetur sacramento cuiuslibet petentis & dicentis se damnum recepisse, dummodo probet se tali tempore habuisse columbatiam, & dictum accusatum columbos cœpisse siue per confessionem eius, siue aliquo legiptimo modo. ¶ Non obstet prædictis, nec processui formato, siue per accusationem, siue per inquisitionem procedatur, q; non contineatur in processu, cuius fuerint columbi, sed solum & dumtaxat sufficiat apparere eum tales domesticos columbos cœpisse, & hoc tam ad pœnã imponendam q̃ ad emendationem damni. ¶ Et de præpictis possit procedere Iudex damnorum datorum, & quilibet Rector habens cognitionem in maleficiis per accusationem inquisitionem & denunciationem, & procedere ad condemnationem prædictam, & ad faciendum fieri emendationem damni secundum, q; superius continetur.

De pena sagittantis uel balistantis. Rubrica lxiiij.

SIqua persona balistauerit, uel sagiptauerit, uel traxerit archibugios, scoppietos, uel balistam ad palloctolam in aliqua domo turri uel castaro, aut casamento, causa occidendi uel capiendi aues, siue alia quacunq; de causa in ciuitate Pistorii intra muros nouos, uel sagittas, quadrellos, strados, siue turetos, uel aliam rem, quæ nocere possit condemnetur per Iudicem damnorum datorum in libris quattuor den. pro qualibet uice, cuius medietas sit communis Pistorii, quarta pars damnum passi, & alia quarta Rectotis exigentis, & in communi uenire facientis, & quilibet possit accusare, & credat sacramento accusatoris cum uno teste, & teneatur nomen eius secretum.

De pena occidentis vel quoquentis aliquã gattam. Rub. lxv.

ORdinamus, q̃ quicunq; occiderit aliquã gattam seu musipulam incidat in pœnam quadraginta solidorũ, & nullus cibanarius uel alia persona audeat uel præsummat coquere, uel coqui facere aliquam gattam uel musipulam ad pœnam librarum quinq; den. eidem de facto per officialem & Regimen auferendam & communi Pistorii applicandam. Et intelligatur coquere seu coqui facere illa persona, in cuius domo fuerit reperta mortua uel cotta, & ad coquendum apta, & sit licitum unicuiq; acculare, & denunciare, dummodo præbeat officiali unum testem de uisu super qua denunciatione officialis procedere teneatur, & eius nomen in secreto retineat.

De pena vastantis panem in coquendo. Rubrica lxvj.

PRouisum est, q̃ si fornarii seu aliquis eorum in coquendo panem alicuius de uastauerint siue male aptauerint puniantur per dictum Iudicem, si reclamatum fuerit, in emendatione panis ad dictum illius, cuius fuerit panis, uel famulæ seu seruientis quoties culpabilis fuerit, & faciat ipse Iudex emendare damnum, cui illatum fuerit, ab eodem fornario, si inde reclamatum fuerit, sed de emenda non stetur iuramento, sed Iudex faciat hoc fieri melius, q̃ ei uidebitur expedire per utranq; partem. ¶ Et de quolibet stario panis possit accipere quilibet fornarius solidum unũ & den. quatuor tantum in quoquendo & non ultra, & siquis contrafecerit puniatur per dictum Iudicem in solidis uiginti den. pro quolibet & qualibet uice, & quilibet possit accusare contrafacientes, & credatur sacramento accusatoris. ¶ Et quilibet fornarius & fornaria teneatur denunciare, & denunciari facere per unam diem ante aliam diem, qua non debeat coquere sub eadem pœna. ¶ Et quilibet fornarius & fornaria teneatur coquere panem cuilibet portanti panem ad eorum furnum sub dicta pœna, ac coquere & coqui facere arrostũ illis, qui sunt consueti coquere panem cum eo a quatuor libris infra sine præcio sub eadem pœna. ¶ Et Regimen teneatur in introitu sui officii facere coram se uenire omnes fornarios, & fornarias, & eis legi facere prædictum capitulũ & iurari facere obseruare prædicta supra contenta.

De his ad que tenentur beccharii. Rubrica lxvij.

STatuimus & ordinamus, q̃ beccharii morantes & carnes uendentes in beccharia, quæ dicitur delle carni gentili in ciuitate Pistorii, nõ possint modo aliquo retinere uendere, uel occidere aliquas carnes de infra scriptis bestiis, uidelicet pecudes, agnas, bestias bouinas fœminas, quæ, ut, dicitur, haueſſi no mosso, cordescas & agnos coglutos, nec aliquam bestiam cuiuscunq; generis sgarettatam & percussam sub pœna & ad pœnã librarũ uigintiquinq; den. pro quolibet & qualibet uice, nec etiam uulneratam, allupatam seu ab aliquo alio animali deturpatam, sub eadem pœna applicanda pro una quarta parte accusatori, pro quarta communi Pistorii, pro quarta gabellario macelli,

celli,& pro reliqua Rectori exigenti. ¶Quas bestias non possint decoria re in dicta beccharia aut inibi retinere intestina,nisi nitidata fuerint sub eadem pœna. ¶Nec possint dicti beccharii ignem facere aut retinere,nisi de carbonib us & bracæ sub pœna librarum quinq; pro quolibet & qualibet uice. ¶Non possint facere aut uendere salliccias in dicta beccharia,sed eas facere possint pizzicagnoli tantum,& non tenentes carnes ad uendendum sub eadem pœna & applicatione. ¶In beccharia uero carnium serualium uendantur & uendi possint omnes bestiæ cuiuscunq; generis & qualitatis, exceptis tamen bestiis,quæ uenduntur,& uendi possent in beccharia supra scripta,quas nullo modo occidere & retinere uenales possint sub pœna librarum uigintiquinq; pro quolibet & qualibet uice applicanda ut supra. ¶Quas quidem carnes dicti omnes beccharii nullo modo uẽdere possint nisi primo & ante omnia habuerint uenditam & precium, quo uendi debeant,ab operariis operæ sancti Iacobi de Pistorio & in eorum defectu a substitutis & subrogatis eorum loco circa prædicta per habentes auctoritatem facta prius solutione gabellæ gabellano macelli de quantitate debita iuxta dispositionem ordinamentorum ipsius gabellæ factorum & fiendorum sub pœna librarum decem den.pro quolibet & qualibet uice,applicanda pro dimidia communi Pistorii,pro quarta accusatori,& pro reliqua Rectori exigenti,& uenire facienti in communi prædicto. ¶De quibus omnibus regumen ciuitatis Pistorii teneatur & debeat ex debito sui officii inquirere,& rimari facere & repertos culpabiles punire & condemnare pœnis prędictis. ¶Possint tamen dicti beccharii uendere lonzas siue aristam plus uenditæ datæ,duobus denariis pro qualibet libra,& carnes prædictas dare & concedere pro tali precio & uendita data cuilibet postulanti,sub eadem pœna librarum quinq; den.& eas publice & palam retinere extra apotecas eorum & non clausas,adeo q; ab omnibus uideri possint sub pœna prædicta. ¶Pizzicagnoli autem & uendentes salliccias,non possint eas uendere maiori precio q̃ modo infrascripto uidelicet. ¶Si carnes porcinæ uendentur den.sexdecim dictæ salliccia possint uendi denarios uiginti quatuor p qualibet libra,& non ultra,& sic pro rata seruari debeat,& eodem modo uẽdantur salliccia de fegato. ¶Et ad tollendum omnem immunditiam dicti beccharii non possint in eorum stabulis ubi decoriant retinere cruorem bestiarum nec intestina & putredines in ipsis stabulis,nec in uiis publicis, ullo modo,sed teneantur prædicta omnia incontinenti deferre ad aquam currentem & in ea proiicere sub eadem pœna,saluo q; prædicta non uendicent sibi locum in agnis uel capretis. ¶Et teneantur & obligati sint dicti beccharii obseruare omnia capitula loquentia de eorum arte, & gabellæ macelli tam facta q̃ in futurum fienda sub pœnis & præiudiciis in eis & quolibet eorum appositis. ¶Et officialis damnorum datorum,& quilibet alius officialis,& Rector ciuitatis Pistorii possint super prædictis & quolibet prædictorum procedere,& cognoscere,& repertos culpabiles punire & condemnare pœnis prædictis,ut supra soluendis & applicandis. ¶Et operarii sancti Iacobi prædicti teneantur & obligati sint,& ipsis uacantibus,eorum subrogati ut supra omni primo die cuiuslibet mensis dare uẽditam beccha-

riis de carnibus, quæ uenduntur ad minutũ hoc modo uidelicet. ¶ Quod debeant habere informationem quanto precio uenduntur carnes in terra Prati, Emporii, & sancti Miniatis, quibus uenditis uisis debeant eas extezare, & pro tanto uenditam dare carnium beccharijs ciuitatis Pistorii, & antiportus & non plus nec minus, quæ uendita duret per totum dictum mensem, possint tamen dicti operarii quolibet die sabbati, & etiam quocunque alio die rimari & uidere carnes, quæ macellantur, & si maiori parte eorum uisum fuerit possint minuere precia, & uẽditam iuxta qualitatem carnium. ¶ Possint etiam & debeant dicti operarii uel ipsi subrogati eorum loco eis uacantibus, dare uenditam piscibus cuiuscunq; qualitatis, & die prima quadragesimæ pro tota ipsa quadragesima, & infra annum singulis tribus mensibus, & eam uenditam augere & minuere, pro ut eis iustum uisum fuerit. ¶ Et secundum dictas uenditas, dicti beccharii & pisces uendentes carnes & pisces uendere, & dare debeant cuilibet emere uolenti, sub pœna librarũ quinq; den. pro quolibet & qualibet uice auferenda. ¶ Et pisces uendant & uendi debeant ad lastronem ubi nunc uenduntur pisces & non alibi sub pœna librarum quinq; den. ut supra applicanda. ¶ Possint etiam dicti beccharii beccheriæ carnium gentilium per totum mensem iunii cuiuslibet anni uendere agnas fœminas, & per totum mensem iulii agnos coglutos impune libere & licite, & nõ ultra aliter uel alio modo sub pœna suprascripta. ¶ Et ad hoc ut obuierur fraudibus, quæ fieri possent tam contra gabellarium macelli, q̃ inter semetipsos beccharios, Dicta beccharia habeat & habere debeat tres claues, cum quibus claudatur, & aperiri debeat, & quarum unam retineat gabellarius macelli, unam massarius communis, alteram uero unum ex ipsis beccharijs sorte extractus, qui extrahi debeat quibuslibet octo diebus de bursa propterea ab ipsis beccharijs ordinanda, & illi, qui dictas claues retinebunt, debeant præsentes esse qualibet mane post sonum Aue Mariæ sub ortu solis cum eius claue, & hostium aperire, sub pœna librarum quinq; den. applicanda, pro una quarta parte communi Pistorii, alia quarta accusatori, pro quarta operarijs sancti Iacobi, & seu eorum loco subrogatis prædictis, & pro reliqua camerario communis Pistorii ad eius utilitatem. ¶ Qui camerarius teneatur & debeat statim facta aliqua condemnatione contra dictos beccharios, & pizzicagnolos seu piscauolos per dictos operarios sancti Iacobi uel eorum loco subrogatos prædictos talem condemnationem ponere ad introitum communis pro integro suo rigo, & ratas prædictas soluere illis, quibus sunt applicatæ, & postea eas exigere possit ab ipsis condemnatis, & sit in locum communis Pistorii, & constitutus procurator ad exactionem dictarum penarum faciendam. ¶ Qui quidem operarii, & notarii extraordinariorum dominorum Capitanei, & Potestatis, & notarius damnorum datorum possint de prædictis ipsi, uel alter eorum cognoscere, punire, & cõdemnare pro ut supra dictum est & habeat locum præuentio. ¶ Nec possint ipsi beccharii uel alii uendentes carnes, tenere ad uendendum carnes mortucinas, & pidocchiosas recentes uel salatas in ciuitate Pistorii, nec in districtu sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet & qualibet uice, & carnes cõburãtur, applicanda ut supra dicitur.

Quod

Quod pellipparij non possint conciare pelles nisi in sardinia. Rubrica lxviij.

STatutum est, q̃ pellipparii uel conciatores pellium non possint uel debeãt habere uel tenere conciam pellium uel eas excarnare, uel conciare, uel tirare, uel battere uel tõdere, nisi in sardinia prope secam de ripa alta prope menia ciuitatis mediante uia, & operarij sancti Iacobi uinculo eorum iuramẽti teneantur & debeant infra unum annum proxime futurum, a die approbationis præsentium statutorum constrũi & cõstrui facere in dicto loco quatuor domos siue domunculas aptas ad conciandum pelles, & q̃ ibi pellipparii in dictis domibus in perpetuum teneantur conciare, & conciam pellium facere, & non alibi, nec in alio loco sub pœna librarum x x v den. cuilibet contrafacienti pro uice qualibet communi Pistorii applicanda pro dimidia, quarta Rectori exigenti, & quarta accusatori uel notificatori, & pro pensione cuiuslibet dictarum aporecarum teneantur dicti pellipparii soluere libras quinq; annuatim pro qualibet dictarum domunculatum. ¶ Et si operarij prædicti commoditatem edificandi non haberent, teneantur illas edificari facere in quocunq; loco communis, & iuxta menia si eis uidebitur a seca usq; ad sardiniam, pelles battere possint pellipparii in quocunq; loco extra primum circulum terreum ciuitatis Pistorii.

Quod nullus audeat decoriare aliquam carognam in ciuitate. Rubrica lxix.

NVllus audeat, uel præsummat decoriare aliquam carognam in ciuitate Pistorii uel prope eam sub pœna librarum uigintiquinq; den. exceptis his, qui decoriant super lecto Vmbronis, uel ultra dictam ciuitatem per unum miliare, cuius pœnæ medietas sit communis Pistorii, quarta pars accusatoris, & reliqua Rectoris exigentis. ¶ Et dominus seu conductor domus siue stabuli, & scorticatorij, existentis prope & e contra ecclesiam conuentus sancti Francisci in ciuitate Pistorii in loco, qui dicitur borgo melano, non possit in ea excoriare, nec dicta domo uti pro scorticatorio aliquo modo, sub eadem pœna & applicatione.

De tintoribus & purgatoribus. Rubrica lxx.

OMnes tintores & purgatores debeãt morari ad ipsam artem exercẽdam iuxta Vmbroncellum ciuitatis Pistorii, seu iuxta aliquam aquam currentem, & alibi stare non permittantur, nec proiicere aquam tintam in uiis publicis & qui contrafecerit, seu de qua domo exiuerit, habitans in dicta domo puniatur in libris quinq; den. & non fuerint iuxta flumina possint facere unã cloacam cohopertam, & prædictam omnia sub terram proiicere.

De gabella fornacium bicchierorum: orciolorum & pentolarum. Rubrica lxxj.

STatutum est, q̄ gabella fornacium bicchierorum seu ciatorum orciolorum & pentolarum in ciuitate & comitatu Pistorii, quæ fiunt, exigatur per cō mune Pistorii infrascripto modo & ordine uidelicet, & ad infrascriptam rationem. Quælibet persona possit dictam artem facere in ciuitate & comitatu Pistorii, cum infrascriptis conditionibus, modis prouisionibus, & ordinibus & nō aliter sub pœna librarum centum den. auferenda contrafacienti per quemlibet officialem ciuitatis Pistorii, uidelicet. ¶Quod quælibet persona faciens, uel fieri faciens fornaces bicchierorum seu ciatorum in ciuitate & comitatu Pistorii soluere teneatur pro gabella cōmuni Pistorii quolibet anno, quo laborauerit, & pro qualibet fornace libras uigintiquinque den. in duabus uicibus, quarum unam pagam faciat per totum mensem nouembris, & alteram per totum mensem maii, cuiuslibet anni, etiam q̄ semel tantum coxerit in anno. Et quælibet persona faciens, seu fieri faciens fornacem orciolorum uel pentolarum seu ollarum soluere teneatur & debeat ut supra communi Pistorii pro gabella pro qualibet fornace, & quolibet anno libras quinq; den. etiam si semel coxerit in anno. ¶Et qui fecerit seu fieri fecerit fornacem ciatorum ut supra teneatur & debeat dare & uēdere ciatos & inguastaras & flascos cuilibet petenti uel emere uolēti ab eo uel eius apoteca & habitatione pro infrascriptis summis, & quantitatibus pecuniæ ad plus. Et continue eos retinere debeat in eius apoteca, & habitatione & dare & uendere ut supra sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet & qualibet uice, qua contrafactum fuerit per dictos bicchieratios cuilibet contrafacienti auferenda ad opus communis Pistorii per quencunq; officialem communis Pistorii de facto, quam declarationem scribat notarius operæ sancti Iacobi. ¶Quantitates uero pro quibus debeant ciatos & anguastaras uendere & flascos sunt hęc uidelicet. Quilibet bicchierius de uetro albo, denariis quatuor & de uetro uiridi denariis tribus. Quælibet anguastara metretæ solidis duobus. Aliæ uero anguastaræ & flaschi uendantur ad ratam dictæ anguastaræ secundum eorum qualitatem in uetris. Quilibet flascus medii quarti cum angulo solidis tribus den. quatuor & sine angulo solidis tribus, quarti solidis quinq; den. quatuor. ¶Et quicunq; aportauerit uel conduxerit in ciuitate Pistorii aliquod laborerium soluat nomine gabellæ, solidos quadraginta den. pro qualibet salma uitri. ¶Si uero conduxerit de locis extra comitatum & districtum Pistorii, & non uenerit in ciuitate Pistorii soluat quatuor libras, & de quolibet flasco soluantur den. sex, de anguastara den. quatuor, & de ciato den. unum.

Quod maritus teneatur pro uxore de tela data ad texendum. Rubrica lxxij.

ORdinamus, q̄ siqua persona ciuitatis uel districtus Pistorii tradiderit alicui mulieri maritum habenti, aut filio uel filiæfamilias de ciuitate uel districtu Pistorii

Pistorii telam uel bendam, aut aliud ad texendum, uel curandum, & res data amittantur, maritus teneatur & uxor, & pater, & filius, sed ita demum teneantur maritus & pater, nisi contra mariti, & patris uoluntatem expresse data fuerit res. ¶Sed si per ignem res amittatur, non teneatur exinde maritus aut uxor, aut pater aut filius, si domus uel res, ut præponitur, combusta fuerit, & se possint sacramento defendere, q̃ culpam non dederint, uel cõ miserint aut habuerint inde, & credatur sacramento dantis pannum seu telam ad tessendum uel curandum. ¶Et idem dicimus de damnis & rebus datis ad uendendum, si uidebitur regimini honesta persona illa, quæ dederit prædicta, uel aliquod prædictorum, dicat se dedisse, dummodo pater in aliquo suprascriptorum casu non teneatur pro filia, si nupta fuerit.

Quod omnes uiæ & strate debeant inglariari. Rubrica lxxiij.

SAncimus, q̃ omnes uiæ & stratæ communis Pistorii debeant inglariari pro pe ciuitatem Pistorii ad minus per unum miliare, & ab inde supra in locis, in quibus necesse fuerit, per homines ciuitatis Pistorii secundum declaratio nem fiendam per officiales & Rectores desuper deputatos sub pœna librarum quinq; den. ¶Et ad obuiandum & tollendum discordias, quæ oriri solent, & possunt occasione stratarum & uiarum communis Pistorii inter communia dicti comitatus & alios homines & personas, statutum est, q̃ in frascripta communia loca castra & uillæ comitatus Pistorii teneantur, & obligatæ sint infrascriptas stratas & uias eis & cuilibet ipsarum assignatas & datas pro eorum, & cuiuslibet eorum parte, ut infra per ordinem est expressũ, in perpetuum reaptatas inglariatas, & altas manutenere bene, & sufficienter quodlibet commune, communitas locus, castellum & uilla partem ei' assignatam ut infra ad pœnam librarum decem den. pro quolibet commune, communitate, castello uel uilla contrafaciente, & qualibet uice, & solidorũ uiginti pro quolibet homine ex dictis communibus, qui esset inobediens, de quo aptamento dictarum stratarum & uiarum, si sint sufficienter aptatę, altæ, & inglariatæ, sterur declarationi militis uiarum & dominorum super id per commune Pistorii deputatorum, siue duarum partium eorundem. ¶Et teneantur & debeant dicta communia & loca, castra, & uillæ aptari facere, & manuteneri ponticellos in dictis stratis & uiis eisdem assignatis existentes sub dicta pœna, in quibus pœnis incurrant ipso facto, & incursi esse intelligantur & debeant exigi per militem uiarum ad opus communis Pistorii sine alia condemnatione inde fienda. ¶Et quodlibet commune, castellum, communitas, locus, & uilla comitatus Pistorii, cui seu quibus infra scriptæ partes stratarum & uiarum sunt assignatæ, teneantur & debeant ponere & immittere, & posuisse & immisisse, ubi non esset, unum terminum lapidis ad infrascriptas partes stratarum & uiarum, siue confinia eis & cuilibet ipsorum assignata, in quo lapide sit scriptum sculpatum & declaratum nomen communis, & numerus bracchiorum uiæ siue stratæ ipsi communi assignatæ infra duos menses a die confirmationis præsentium statutorum adpœnam librarum decem pro quolibet contrafaciente communi Pistorii

chia. cccl. ¶Collina, bargi & Fontana a dicta uinea & a dictis confinibus calamecchę usq; ad pontem Virginis & sunt bracchia ducenta. ¶Momigno, & Montagnana, a dicto ponte Virginis usq; ad ponticellum domus, quæ sunt Iacobi Bartholomei uidelicet bracchia sexaginta. ¶Commune Lanciuole, a dicto ponticello uersus Pistorium bracchia ducenta. ¶San Pantaleo a dictis confinibus Lanciuolis uersus Pistorium bracchia trecẽta. ¶Vineio & Solaio, a dictis confinibus sancti Pantaleonis usq; ad pontem longum, & sunt bracchia quatuorcenta quadraginta. ¶Laboratores ciuitatis Pistorii uidelicet portæ Lucensis, & circum stantiarum dictæ portæ, quibus nõ est pars aliqua assignata uidelicet. ¶Vicofari, & aliæ circũstãtiæ dictæ portæ extra territoriũ talis circũstãtiæ a dicto põte usq; ad ciuitatẽ Pi. ¶Stratam per quam itur ad terram prati. ¶Commune Aglianæ aptet & inglariet, & altam manuteneat ut supra dicitur dictam stratam, per quã itur ad pontem & confinia terræ prati, usq; ad domum præsbiteri Cionis & rinforzati manelli, & sunt bracchia septem milia ducenta, & ultra dictum pontem usq; ad ponticellos poderis della torricella domini Bartholomei de panciaticis, & sunt bracchia mille sexcenta, in totum bracchia octomilia octingenta. ¶Commune sancti Mati a dicto ponticello torricelle usq; ad ponticellum existentem erga & prope terram hospitalis ceppi, & terram hospitalis pontis branæ, & sunt bracchia sexcenta quinquaginta duo, & ultra dictũ ponticellum bracchia trecenta quadraginta octo, in totum bracchia mille. ¶Commune chiazzani & capanellis aptet et manuteneat, ut supra dicitur a dictis confinibus sancti Mati uersus Pistorium ueniendo bracchia mille. ¶Commune sancti Quirici a dictis confinibus chiazzani uersus Pistoriũ bracchia mille centum septuaginta duo. ¶Commune canapalis a dictis confinibus sancti quirici ueniendo pistorium uersus usque ad nespolum, & sunt bracchia mille. ¶Laboratores ciuitatis pistorii uidelicet portæ caldaticæ & circunstantiæ dictæ portæ, quibus non est pars aliqua assignata extra Territorium tales circunstantiæ, a dicto nespolo usq; ad pistorium.

¶Stratam, per quam itur ad montalem. ¶Commune montalis aptet & inglariet, & altam manuteneat, ut supra dicitur incipiendo a flumine agnæ ueniendo uersus pistoriũ bracchia sex milia septingenta quatuor. ¶Commune luuiccanæ & uallis bisentii a dictis confinibus montalis ueniendo uersus pistorium bracchia mille. ¶Commune sancti Mari a dictis confinibus luuiccanæ ueniẽdo uersus pistoriũ bracchia mille. ¶Cõmune sancti quirici a dictis confinibus sancti Mati ueniendo uersus pistorium bracchia mille. ¶Commune uallis buræ aptet ut supra a dictis confinibus sancti quirici usq; ad pontem nouum buris, & sunt bracchia mille sexcenta. ¶Laboratores ciuitatis pistorii uidelicet portæ guidonis, & circunstantiæ dictæ portæ, uel quibus pars aliqua non est assignata extra territorium dictæ circunstantiæ, a dicto ponte nouo usq; ad ciuitatem pistorii.

¶Stratam per quam itur Florentiam. ¶Commune tizzanæ aptet & ut supra inglariet incipiendo a confinibus carmignani usq; ad cõfinia uignuolis, & sunt bracchia quatuor milia ducenta, & ultra de territorio uignuolis bracchia mille quatuorcenta uiginti quinq; in totum bracchia quinq; milia

sexcenta uiginti quinq. ¶Commune uignuolis a dictis confinibus Tizanæ usq ad confinia montis magni, & sunt bracchia duo milia septingenta. ¶Commune montis magni a dictis confinibus uignuolis usq ad confinia territorii publicæ, & sunt bracchia duo milia centum quinquaginta. ¶Cõmune publicæ a dictis confinibus montis magni usq ad põtem brusignani & sunt bracchia quinq milia septingenta quinquaginta, & ultra ueniendo uersus Pistorium, bracchia quingenta, in totum bracchia sex milia ducẽta quinquaginta. ¶Commune montis magni, apteñt & manuteneant eius homines ut supra a dictis confinibus publicæ usq ad ponticellum di ciarri, & sunt bracchia sexcenta. ¶Commune canapalis a dicto ponticello di ciarri uersus Pistorium bracchia sexcenta quinquaginta. ¶Casa del Vescouo a dictis confinibus canapalis usq allo sperone, & sunt bracchia quingenta. ¶Laboratores ciuitatis Pistorii portæ caldaticæ, & illi, qui laborant terram super dictam stratam nouam, ac etiam circũstantiæ dictæ portæ, cui seu quibus non est aliqua pars assignata extra territorium talis circunstantiæ, a dicto sperone usq ad ciuitatem Pistorii. ¶Stratam per quam itur ad capannam floris, & deinde ad quarratam. ¶Commune publicæ aptet & inglariet ut supra a capanna floris usq ad referrum, in quo loco sunt confinia inter commune publicæ & montis magni. ¶Commune montis magni a dictis confinibus usq ad confinia quarratæ. ¶Strata per quam itur ad masianum comitatus Pistorii incipit a ponte bonellis usq ad pontem, qui dicitur monte Magnese. ¶Commune casalis aptet ut supra de dicta strata a ponticello montis magnesis usq ad domum lostis danarelli, ubi sunt confinia masiani, & sunt bracchia duomilia centum. ¶Commune masiani a dicta domo lostis usq ad pontem domum sancti Bartholomei, & domũ Pauli braccini, sunt bracchia mille septingenta septuaginta quinq. ¶Cõmune Lamporecchii a dictis confinibus masiani ueniendo uersus Pistorium bracchia duo milia quingenta capiendo totum pontem prædictum. ¶Castra & conio a dictis confinibus Lamporecchii uersus Pistorium bracchia sexcenta. ¶Quarrata & buriano a dictis confinibus castræ & conii usq ad pontem bonellis, & sunt bracchia octingenta quinquaginta. ¶Laboratores ciuitatis Pistorii, uidelicet portæ Lucensis, & circunstantiæ dictæ portæ, cui uel quibus non est pars aliqua assignata extra territorium dictæ circunstantiæ. Et laboratores etiam qui laborant terram iuxta dictam stratam, a dicto ponte bonellis usq ad ciuitatem Pistorii. ¶Stratam, per quam itur ad casale comitatus Pistorii. ¶Commune casalis aptet, & inglariet ut supra incipiendo a quodam ponticello existente prope plebem de casali prædicto usq ad cõfinia sui territorii, qui cõfines sunt alla croce, in cãpo, & sunt bracchia quatuor milia trecenta uiginti, & ultra dicta cõfinia ueniendo uersus Pistorium bracchia ducenta, in totum bracchia quatuor milia quingenta uiginti. ¶Commune Larciani a suprascriptis confinibus casalis ueniendo uersus Pistorium bracchia duo milia centum. ¶Commune Masiani a dictis confinibus Cecinæ ueniendo uersus Pistorium bracchia ducenta. ¶Commune raminis a dictis confinibus masiani uersus Pistorium bracchia centum usq ad domum sancti Georgii. ¶Stratam porte

burgi

Burgi, per quam itur ad montaneam Piſtorii. ¶Commune Brandegli aptet & manuteneat ut ſupra de dicta ſtrata a domo ſer Ioannis martini eundo uerſus Brandeglium, uſq; & per totum territorium Brandegli. ¶Laboratores portæ Burgi, a dicta domo ſer Ioannis uſq; ad ciuitatem Piſtorii. ¶Viam, per quam itur in goram Burgi incipiendo a porta Burgi ut ſupra aptent. ¶Laboratores in dicto territorio goræ & circunſtantiæ ſancti Georgii. ¶Guzzi, ¶Gelli, ¶Et Scappati. ¶Et perſonæ, quarum ſunt molẽdina teneantur mittere goram. ¶Stratam, per quam itur ad caſtrum ſanctæ Margheritæ & ſambucæ incipiendo a porta di ripalta, uſq; ad confinia Camaldolis, circunſtantiæ portæ Burgi, uidelicet. ¶San Romano, ¶Frãmiano, ¶Bruggianico, ¶Camaldole. ¶Et laboratores, qui laborant terram ſuper & iuxta dictam ſtratam, teneantur eam aptare, & manutenere altam incipiendo a dicta porta di ripalta uſq; ad confinia totius territorii camaldolis, ¶Satornana, ¶Salſelici, ¶San momme, ¶Et paterno, a dictis confinibus camaldolis uſq; ad hoſpitale Prati aptent, & manuteneant. ¶Commune Sambuce a dicto hoſpitali uſq; ad confinia Bononiæ ¶Stratam per quam itur ad Vinaccianum, incipiendo a ponte di Cacazzini uſq; ad flumen ſtellæ teneantur aptare & manutenere. ¶Commune raminis, ¶Bonellis, ¶Caleſtri, ¶Querciæ chinatæ, ¶Et laborantes terram iuxta dictam ſtratam. ¶Stratam per quam itur al pillone incipiendo a ponte di ciregiuole aptent & manuteneant ut ſupra. ¶Commune di ciregiuole, & pillonis uſq; ad confinia di ciregiuole. ¶Stratam per quam itur ad candegliam. ¶Commune uallis buræ aptet & manuteneat ut ſupra quantum trahit, & durat eius territorium, & ultra ueniendo uerſus Piſtorium uſq; ad põtem Virginis, & totum dictum pontem. ¶Laboratores ciuitatis Piſtorii, uidelicet portæ guidonis, & circunſtantiæ dictæ portæ, quibus aliqua pars non eſt aſſignata, extra territorium dictæ circunſtantiæ, aptent & manuteneant a dicto ponte Virginis uſq; ad ciuitatem Piſtorii. ¶Stratas & uias magiſtras, quæ non ſunt terminatæ, & de quibus in præſenti ordinamento, & declarationibus non fit mentio, aptent & manuteneant ſufficienter ut ſupra communia, comitatus, uillæ, & caſtra in quorum confinia ſunt poſita. ¶Viaspublicas de quibus in præſenti ordinamento non fit mentio, aptent ut ſupra illi homines & perſonæ, quorum ſunt terræ iuxta dictas uia exiſtentes, ſiue eorum laboratores, quilibet pro ut trahit eius terra ſiue campus, & ſi dictæ uiæ indigent inglariari, inglarientur per prædictos & per illos laboratores, qui habent & recipiunt uſum, & commoditatem dictarum uiarum. ¶Vias exiſtentes iuxta ante foueas ciuitatis Piſtorii extraciuitatem prædictam aptent & manuteneant laboratores ciuitatis Piſtorii. ¶Quemdam ponticellum lignaminis exiſtentem, inter flumẽ branæ & terrã del giardino faciant, aptẽt, & manutencãt fornacciarii habẽtes fornacẽ extra portã ſancti Marci, iuxta terminũ eiſdẽ per militẽ uiarũ aſſignandum. ¶Et q; miles uiarum in toto ſemeſtri ſui officii non poſſit ſtare, uel morari in aliqua communitate, uel loco comitatus Piſtorii pro ſuo officio exercendo, niſi ſolum & dum taxat per unam diem, & non ultra, & deberat ducere ſecum unum equum, tres famulos, & unũ nuncium, & ſi cõtrafecerit

puniatur qualibet uice in libris cētum den. ¶Hoc etiam declarato q̄ pars uie assignata cōibus, Luuiccianæ, & uallis bisentii, ut supra in diuisionibus suprascriptis cōrineat & aptari, manureneri, & fieri debeat per cōmune mō talis comitatus Pistorii, & dictæ cōmunitates Luuiccianæ & uallis bisentii aptēt & manureneāt de parte & nia assignata cōi mōtali in numero quadrin gētorū bracchiorū incipiēdo a flumine agnæ & ueniēdo uersus ciuitatē Pist.

De claudendis non fiendis in fluminibus. Rubrica lxxiiii.

AD remouendum plura damna, quę quotidie fiunt ex abundantia aquarum ob multas causas, quæ continue fiunt & factæ sunt in fluminibus. ¶Nul lus cuiuscunq; gradus conditionis, aut prætheminentiæ existat audeat uel præsumat modo aliquo, aliquam clusam seu claudendam facere, seu fieri fa cere, in aliquo flumine, & in lecto aliquorum fluminum pro piscando, seu ex aliqua alia causa, adeo ut flumen habeat uiam & iter impedirum, pœna & ad pœnam cuilibet contrafacienti librarum uiginti pro qualibet uice, cu ius pœnæ quarta pars sit Rectoris, & officialis, reliqua communis Pistorii. ¶Et ut prædicta obseruentur ordinatum est, q̄ quilibet uicarius seu sindi cus, & Rector communis uillarum, & locorum comitatus Pistorii teneatur & debeat reclamare, quærelari & referre domino Potestati ciuitatis Pistorii & seu officiali damnorum datorum pro communi Pistorii quemlibet faciē tem aliquam clusam in dicto flumine infra tres dies a diæ factæ clusæ, sub pe na librarum quatuor den. pro quolibet dictorum sindicorum & Rectorū. Et nihilominus cōmunitas, in cuius territorio uel loco facta est aliqua clu sa, possit & debeat cogi & compelli per dictum officialem ad deuastandum dictam clusam & aperiendum iter & lectum dicti fluminis. ¶Et insuper dicta communitas teneatur ad emendationem cuiuslibet damni quomo docunq; facti per tale flumen respectu dictæ clusæ. Et pro prædictis sint sub iecti dictis officialibus ciuitatis Pistorii pro damnis, quæ quoquo modo fi unt in possessionibus ciuium & habirantium in ciuitate Pistorii. ¶Et qui libet iuxta suas terras teneatur mundare & mundari facere lectum fluminis de lignamine, & quolibet alio spinamine, & pactumine, adeo q̄ flumen ha beat iter apertum. Et similiter uias publicas, iuxta quas decurrunt aquæ cō munia & uillæ per quarum territorium transeunt flumina teneantur mun dare, & mundari facere sub pœna librarum decem den. pro qualibet uice & supra applicanda. ¶In quo quidem lecto fluminis cuiuscunq; qualitatis existat non possit aliqua clusa, siue aliquod alind permansurum fieri, habe ri neq; reneri per aliquam personam, cuiuscunq; qualitatis existat, per quod aquæ cursus modo aliquo impediatur, nisi prius obtenta licentia a consilio populi ciuitatis Pistorii in sufficiēti numero congregato, sub pœna librarū ducentarū den. cuilibet cōtrafaciēti, in qua ipso facto incurrat applicanda, p dimidia cōi Pistorii, pro quarta Rectori exigenti, & pro quarta accusatori. ¶Et nihilominus qui fecerit dictā clusam uel aliquod aliud ut supra, renea tur infra tres dies postq̄ requisitus fuerit, ad petitionem cuiuscunq; interpel lantis etiam priuatæ personæ remouisse cā totaliter & effectualiter sub pœ na prædicta modo prædicto applicāda, & toties quotics cōtrafactum fuerit.

Quod

Quod pax possit condēnato pro damno dato. Rubrica lxxv.

ORdinamus, q̄ quicunq; reperiretur condemnatus occasione alicuius damni dati in summa librarum quinq;, & abinde supra & habuerit pacem ab accusatore, denunciatore, uel damnum passo, solutis primo & ante omnia ab eo, uel altero pro eo communi Pistorii, uel eius Camerario pro ipso communi recipienti solidis quinq; den. pro qualibet libra condemnationis de eo factæ, eximatur & cancelletur, & eximi & cancellari debeat de libris condemnationum prædictarum per notarium cameræ dicti communis uel aliū quemcunq; auctoritatem habentem.

De mensuris rectis habendis. Rubrica lxxvj.

STatuimus, q̄ quælibet persona uendens uinum ad minutum, & intelligimus uendere uinum ad minutum, quoties uendiderit uinum minus medio barile simul habere teneatur mensuras rectas ad ratam quadraginta metadellarum pro barile, uidelicet medium quartum, tertium medii quarti, metadellam mezettam, terz ariolum, & quartuccium, & teneatur uendere dictum uinum & dare cuilibet petenti ad dictas mensuras sicut persona emēs petierit. Et si quis super hoc culpabilis fuerit puniatur per dictum iudicem damnorum datorum pœnis in constitutionibus expræssis. ¶ Et quælibet persona uendens uinum ad minutum habeat omnes mensuras prædictas bullatas, & sigillatas sigillo ordinato, & ordinādo per Operarios operę sancti Iacobi apostoli de Pistorio. ¶ Et nulla persona uendens uinum ad minutum possit tenere uel habere aliquam parietem, uel claudendam ante uegetes sub pœna solidorum quadraginta pro quolibet & qualibet uice, qua contrafieret. Et iudex teneatur uinculo iuramenti rimari facere de prędictis saltem bis in hebdomoda, & quilibet possit accusare cōtrafacientes, & habeat dimidiam condemnationis. ¶ Saluo q̄ uendentes uinum ad minutum extra muros ueteres ciuitatis Pistorii dictos parietes tenere possint, ad hoc ut uinum non deuasteturpropter solis calorem. ¶ Et prædicta omnia nō uendicent sibi locum in his qui uendunt uinum ad flascos.

De non dando ad vendendum vinacteris z fornariis. Rubrica lxxvij.

TEneantur sacramento Iudex notarii & nuncii & quilibet eorum, quādo uadunt ponderando panem, & rimando de mensuris uini non dare ad uendēdum aliquid pro se uel alijs aliquo modo fornariis & uendentibus uinum, uel alicui eorum, uel aliis pro eis cum uenerint, uel ire debuerint per ciuitatem Pistorii ponderando panem uel mensuras uini rimando, & quis super hoc inuentus fuerit culpabilis puniatur a regimine in libris quinq; denariorum ad opus communis Pistorii, pro qualibet uice. ¶ Et omnes personæ ciuitatis & districtus Pistorii, quæ uendunt, uel uendi fecerint uinum minutatim de falsa mensura non sigillata per sigillum operariorum Sancti

Iacobi de Pistorio puniatur in solidis quinq; denariorum, & hoc si dicta mē sura fuerit inuenta uacua uino. ¶Si autem fuerit inuenta plena uino puniatur in solidis decem denariorum pro qualibet mensura, & qualibet uice, & hoc post bannum missum de mensuris & post mensuras datas cuilibet habenti illam artem uendendi siue minutim siue alio modo. ¶Et quælibet persona, quæ uendiderit uinum ad minutum, debeat tenere mensuras uini reuolutas, alias puniatur ea pœna, qua puniri deberet de falsa mēsura. ¶Et habere & tenere debeat omnes mensuras in præcedenti capitulo contentas, & nominatas, & qui repertus fuerit culpabilis pro qualibet mensura non inuenta, & qualibet uice puniatur in solidis uiginti den. & teneatur dictus iudex rumpere, & rumpi facere omnes mēsuras falsas & nō sigillatas.

De non vendendo vinum ad minutum nisi ad flascos. Rubrica lxxviii.

NVlla persona cuiuscunq; status aut conditionis existat tam de ciuitate Pistorii q̄ districtu prope ipsam ciuitatem per unum miliare possit, aut ei liceat uendere uinum ad minutum ad minorem mensuram, q̄ ad flascum sub pœna librarum quindecim den. pro qualibet uice applicanda pro dimidia emptori gabellæ uini a commune Pistorii, pro quarta parte ipsi communi & pro alia quarta Rectori exigenti, nisi talis uendens habuerit licentiam ab ipso emptore, & gabellario, uel nisi soluerit taxam consuetam iuxta ordinamenta dictæ gabellæ. ¶Vendentes tamen uinum ad flascos non possint ementibus illud aliquid commestibile dare, nec facere eis salatas herbarum seu aliquas masseritias dare & accomodare, nisi medium quartum cum uino & ciatos sub pœna librarum trium den. cuilibet contrafacienti auferenda & ut supra applicanda. ¶Ementes uero uinum prædictum ad flascos possint illud bibere ubilibet eis uidebitur, præterquam in domo talis uenditoris sub pœna librarum octo den. ut supra applicanda qualibet uice. ¶Liceat tamen cuilibet ad minutū uendere etiam in domo & apoteca suæ habitationis absq; pœna maluagiam uinum græcum & Razese & uinum corsum.

De pena vendentis cum aliis mensuris quam sigillatis. Rubrica lxxix.

SAncimus, q; omnes personæ de ciuitate & districtu Pistorii, quæ uendunt ad pondus uel mensuram, debeant uendere cum mensura & ponderibus de ferro uel alio metallo a duodecim libris infra datis a Iudice suprascripto & signatis ab operariis sancti Iacobi uel ab alia persona pro eis signo & armis communis Pistorii, sicut prædictis operariis melius uidebitur, quibus operariis uacantibus eorum loco sint domini procuratorrs dictæ ciuitatis, semel quolibet anno de mense Ianuarii. ¶Et siquis de ciuitate Pistorii uenderit cum aliis mensuris, q̄ supra dictum est, puniatur, quoties culpabilis fuerit, a dicto iudice in solidis uiginti dena. pro qualibet mensura & quolibet

bet põdere, & pro qualibet uice, & mẽsura & põdus rũpatur, saluo q̃ de ucta le olei possit esse de terra tamẽ sigillatũ. ¶ Et dictus iudex teneat & debeat dictos operarios cogere signare, & signari facere dictas mensuras uel pondera signo ut supra continetur, possit tamen impune ponderari cum marchio siue doppia de metallo semel sigillato & ulterius sigillari non debeat. ¶ Et possint & debeant dicti operarii percipere ad opus operæ sancti Iacobi, & pro ipsa opera quatuor denarios pro qualibet mensura, & põdere si signatur, & non plus & eodem modo & forma signentur bozoli molendinariorum. ¶ Et omnia pondera ferrea signentur seu stampentur de suprascripto signo sicut suprascriptis operariis, uel procuratoribus, ut supra eis uacãtibus, uidebitur melius fieri pro totidem precio recipiendo per dictos operarios pro suprascripta opera uel alia persona pro eis, & quæcunq; mensura uel pondus est signata uel signatum signo prædicto semel in anno, non signetur amplius in dicto anno, debeat tamen rimari, si est recta uel rectum Iudex suprascriptus, nec pro ipsa rimatura aut mensura aliquid soluatur uel exigatur ab aliquo alicui aliquo modo. ¶ Et q̃ unaquæq; apoteca uendẽs bladum in ciuitate Pistorii habeat quartinam & mediam quartinã & quartum de ferro, ad quam uendant & emant bladum & non ad aliam, & siqua alia quartina uel media quartina uel quartus, q̃ de ferro sibi inueniretur puniatur a dicto Iudice, qualibet uice in solidis quadraginta den. ¶ Et mensurator qui steterit pro opera sancti Iacobi in mercato teneatur inuestigare prædicta, & denunciare dicto iudici contrafacientes & credatur sacramento ipsius mensuratoris operæ. ¶ Et teneantur dicti operarii facere fieri mensuras bladi, salis, & olei de ferro ad quas colligantur aliæ mensuræ uendentium mercantias. ¶ Et quælibet persona, quæ emerit uel uendiderit in mercato communis uel platea salæ, emat uel uendat ad dictas mensuras operæ sancti Iacobi, & non ad alias mensuras, & qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in solidis uiginti den. per dictum Iudicem. ¶ Et nulla persona debeat tenere in dictis plateis aliquas alias mensuras, q̃ dictas suprascriptæ operæ sub dicta pœna, & hoc banniatur. ¶ Et illi, qui sigillauerint dictas mensuras, teneantur & debeant apponere aliquod signum, per quod appareat ipsos tales officiales eas sigillasse. ¶ Et nullus artifex ciuitatis Pistorii uel in ea habitans uendens ad pondus suas mercantias & merces possit eas ponderare, nisi cum bilancis de puncto, & nisi bilancias de puncto in sua apoteca retinere possit, non obstante q̃ essent sigillatæ sigillo communis Pistorii, ad prædicta ordinato ad pœnam solidorum quadraginta den. pro quolibet, cui reperirentur uice qualiber auferendam, & librarum quatuor den. ei, qui bilancias aliter q̃ de puncto sigillaret. ¶ Et nullus possit tenere stateram uel bilanciam ad ponderandum super staffettam, nec aliquid tenere possit super aliqua bilancia, propter quod ipsa bilancia subsstineatur, saluo & excepto q̃ prædicta non uendicent sibi locum pro illis, qui uendunt sal ad minutum a calamario, nec pro ponderatoribus lini, qui habeant gabellam. ¶ Lanifices uero approbatis dictis ordinamentis teneantur sigillari facere eorum stateras semel, & postea ulterius eas sigillari facere non teneantur.

De pena mensurantis cum quartina nõ sigillata. Rubrica lxxx.

NVlla persona mensurans aliqua blada, quæ uendantur, mẽsuret cum aliqua quartina, nisi fuerit de ferro & cum ferro recto in medio sigillata sigillo communis, & nisi habuerit baculum seu uirgam rotundam ligatam ad quartinam ad pœnam solidorum uiginti den, eidem ad opus communis Pistorii per dictum Iudicem auferendam, & hoc banniatur. ¶ Et Iudex prædictus teneatur infra quindecim dies ab introitu sui Regiminis facere uidere & mensurare omnes mensuras, cum quibus mensurantur blada, & si inuenerit aliquem tenentem aliquam mensuram non rectam, condemnet eũ in solidis quadraginta pro qualibet mensura non recta. ¶ Et quilibet tenens apotecam, in qua uendatur bladum, si emptor uoluerit, teneatur mensurare cum mensuris opere sancti Iacobi aliter non.

De equalitate quartinarum. Rubrica lxxxi.

STatuimus, q̃ omnes quartinæ operæ sancti Iacobi, cum quibus mensurantur blada, & alia legumina, sint & esse debeant æquales in longitudine, & amplitudine, ita q̃ nullus decipiatur in culmis, uel alia mensura dictarum quartinarum, & operarii dictæ operæ sub pœna librarum decem den. pro quolibet eorum, & uinculo iuramenti teneantur dictas quartinas facere reducere & colligere bonas & æquales in longitudine, & amplitudine, ita q̃ una non sit maioris tenutæ aliarum, & solummodo cum dictis quartinis dictæ operæ, & cum aliis quibuscunq; mensuris sigillatis, & parangonatis cũ mensuris & ponderibus dictæ operæ sancti Iacobi uendatur in plateis communis Pistorii, & mensurentur suprascripta blada, & legumina, & sint dictæ quartinæ de ferro. ¶ Et nullus bladaiuolus possit tenere in domo quartinam uel mensuram, nec aliter mensurare, nisi cum quartina & mensura eiusdem sub pœna solidorum quadraginta den. Et Iudex damnorum datorum teneatur quolibet mense saltẽ semel de prædictis inquirere & rimari. ¶ Et mensuræ originales omnium ponderum & mensurarum stent in opera sancti Iacobi, & fiant de metallo, ut perpetuo durent.

De mensuris sigillandis. Rubrica lxxxii.

STatuimus, q̃ operarii sancti Iacobi de Pistorio teneantur mensuras sigillare, & omnes mensuras bladi, uini, olei, calcinæ, & cannas pannorum laneorum, & lineorum dirizare, & rectas facere & sigillo dictæ operæ eas sigillari facere, & siquis post bannum missum repertus fuerit uendere cum aliqua mensura non sigillata dicto sigillo, quæ non esset ferrea, puniatur pro qualibet mensura in solidis decem den. & amittat mensuram. ¶ Et nulla persona reducat, uel reduci faciat uel teneat aliquam quartinam, mediam quartinam uel quartum, uel aliquam aliam mensuram in platea mercati & in platea salæ sine licentia operariorum suprascriptorum uel prope ipsas plateas per quinquaginta bracchia sub pœna librarum quinq; den. pro quolibet &

qualibet

qualibet uice & perdat menſuras. ℂ Et Iudex damnorum datorum, & qui libet alius officialis teneatur ipſos delinquentes punire & condemnare, & quilibet uendens aliquod bladum uel legumen teneatur facere menſurare cum quartinis operæ prædictæ ſub pœna ſolidorum uiginti den.

De pena non menſurantium cum menſuris communis. Rubrica lxxxiij.

ORdinamus, q̃ omnes homines diſtrictus Piſtorii teneantur uti eiſdem mẽſuris & ponderibus, quibus utuntur homines ciuitatis Piſtorii & non aliis, ſaluis pactis & conuentionibus omnibus habitis inter homines de redditibus & affittibus præſtandis & communeillius terræ, & qui contrafecerit puniatur in libris decem den. & perſona, quæ contrafecerit, puniatur in libris quinq̃ den. pro quolibet & qualibet uice.

Quod menſuratores menſurent ad rectum ſtaiorum terram. Rubrica lxxxiiij.

PRouiſum & ordinatum eſt, q̃ ſi menſuratores deceperint emptorem uel uẽditorem in menſuratione terræ deceptor reſtituat decepto tantundem, de quo deceptus eſt. ℂ Et nulla perſona menſuret terram in diſtrictu Piſtorii, niſi ad menſuram & ſtaiorum Piſtorienſe, & hoc banniatur per ciuitatẽ Piſtorii, & perſonæ contrafacienti, quoties fuerit culpabilis, auferantur libre quinq̃, & hoc capitulum teneatur Regimen infra menſem poſtquam intrauerit facere banniri. ℂ Et per operarios ſancti Iacobi fiat una pertica recta, quæ ſtet pœnes eos, aqua menſuratores debeãt habere perticas ſuas, cum quibus menſurent. ℂ Et ipſe Regimen teneatur facere iurare omnes menſuratores terrarum Piſtorienſium, & diſtrictuales, q̃ ipſi bona fide & ſine fraude non inſpecto amore, uel odio menſurent omnes terras, ad quas menſurandas deputati fuerint, melius q̃ cognouerint ad ſaluitatem utriuſq̃ partis, & q̃ ipſi nullam terræ menſuram facient ſicut in ueritate eſt, & dicent & renunciabunt, & ſiquis eorum in fraudem fuerit repertus ſuper hoc, condemnetur in libris decem, & teneatur reſtituere damnum paſſo damna.

De menſuris tenendis per factoianos. Rubrica lxxxv.

STatutum, & ordinatum eſt, q̃ factoiani, qui faciunt oleum, teneantur & debeant eorum artem facere bene & diligenter, & cuilibet uolenti facere oleũ in eorum factoriis dare totum oleum, quod extraheretur de eorum oliuis, quas portabunt ad eorum factoria bonum clarum, & bene gubernatum arbitrio boni uiri retinendo pro factorio de duodecim partibus unam partem pro ut conſuetum eſt tolli, hactenusq̃ fieri, & non ulterius. ℂ Et prædicta omnia ſeruare ſub pœna librarum uiginti quinq̃ den. pro qualibet uice cuius pœnæ medietas ſit communis Piſtorii, quarta pars acculatoris, qui accuſator ſit publicus, & non ſecretus, & non ſit de familia, nunciis, uel cuſto

dibus alicuius Rectoris ciuitatis Pistorii, & ipse accusator dictam quartam partem confiteri debeat in camera communis Pistorii, pro ut solitum est in aliis solutionibus dictæ cameræ, & alia quarta pars sit officialis ipsam pœnam solui facientis realiter in dicta camera. ¶ Et si dicta condemnatio fieret per inuentionem notarii uel officialis habeat solum quartam partem dictæ condemnationis fiendæ per eum ut supra. ¶ Et ut prædicta seruentur per dictos factoianos, ordinamus, q̃ ipsi factoiani non possint aliquo modo tenere in eorum factoriis tinum siue tinaccium delli auanzi, in quibus mittant morchias, & alia residua, & morchias proiicere debeant extra factoria ut non possint cum ea fraudare uel maculare oleum, quando ipsum sortiuntur, & dant partem suam illi, cuius sunt oliuæ sub pœna prædicta soluenda ut supra. ¶ Et dicti factoiani in dictis infrantoriis debeant retinere mensuras bonas & integras sigillatas sigillo cõmunis tenendo de quolibet genere mensurarum unam mensuram tantum uidelicet. ¶ Vnam libram, unam mediã libram, unum quartum unum medium quartum, & sic de singulis, & non plures sub pœna librarum quinq̃ denariorum, pro qualibet mensura & qualibet uice reperta ultra numerum prædictum, & non sigillata & sana ut supra, soluenda ut supra dictum est de aliis pœnis prædictis. ¶ Item dicti factoiani tenere debeant in eorum infrantoriis solum unam quartinam ferri, & non plures signatam dicto sigillo communis Pistorii sanam rectam & integram, cum qua debeant mensurare omnes oliuas, quas recipient pro eis infrantoriis, & habeant unum ferrum in medio in bucca, & calcare minime possint mensuras aliquo modo. ¶ Et ad hoc ut cognoscatur quartina cuiuslibet infrantorii, factoiani tenere debeãt dictam quartinam in qua sint sculptæ literæ in hunc modum uidelicet. Quartina di san ćto Iacopo. Quartina del ceppo & sic de aliis aliorum infrantorium, ut sem per cognoscatur per officiales factoianus, qui uadit pro oliuis, de quo infrãtorio est, & an alia remanserit in frantorio contra formam prædictam sub pena librarum decem pro quolibet & qualibet uice soluenda, & sortienda ut supra dictum est. ¶ Et dicti factoiani nullo modo possint reficere zanzã, sed ipsam proiicere debeant, adeo q̃ nullo modo reficiatur, nisi processerit de uoluntate domini oliuarum sub pœna librarum uigintiquinque denariorum, ut supra auferenda.

Quod nullus artifex possit tenere staffectam ad stateram. Rubrica lxxxvj.

ORdinamus, q̃ nullus artifex ciuitatis Pistorii. nec aliquis alius possit tenere staffettam, uel stateram ad staffettam, saluo q̃ possint tenere bilancias appensas cum staffetta sub pœna librarum quinq̃ denariorum pro quolibet & qualibet uice.

De scribendis hominibus ementibus ad stateram communis. Rubrica lxxxvij.

STatuimus q̃ quicunq̃ tenuerit stateram cõmunis quotiescunq̃ ponderabit aliquod

aliquod pondus cum prædicta ſtatera uel facſet ponderari, nomina ementium & uendentium & rem uenditam ſeu ponderatam, & ponderis & precii quantitatem redici faciat in ſcriptis, & qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in libris quinq; den.

Quod nullus habitans vel veniens in ciuitatem Piſtorii poſſit vendere per ciuitatem aliquam rem. Rubrica lxxxviij.

NVllus habitans uel ueniens in ciuitate Piſtorii poſſit uendere per ciuitatem aliquam rem, ut ſiricum pannum laneum, linum, anulos aureos uel argenteos perlas, lapides prætioſos, cingula, corallia, nec his ſimilia, niſi primo fideiuſſorem dederit apud operarios ſancti Iacobi, de Florenis ducentis ſub pœna librarum decem pro qualibet uice, qua contrafieret, ſi ſine fideiuſſione uenditerit, cuius pœnæ quarta pars ſit Rectoris exigentis, quarta accuſatoris uel denunciatoris, & medietas communis Piſtorii recipiendo dicti operarii fideiuſſionem uice & nomine, & ad petitionem eorum, quorum intereſt, uel intereſſe poſſet quomodolibet in futurum.

Quod nullus emat piſces cauſa reuendendi. Rubrica lxxxix

ORdinamus, q; nulla perſona ciuitatis & diſtrictus Piſtorii audeat uel præſumat emere uel emi facere aliquo modo aliquos piſces recentes & noſtratos cauſa reuendendi a piſces reperientibus & piſcatoribus, & qui contrafecerit, qualibet uice puniatur in libris decem den.

De pena portantiũ vinũ in barilibus nõ ſignatis. Rub. lxxxx.

SAncimus, q; quæcunq; perſona de ciuitate Piſtorii uel diſtrictu portans & conducens uinum, debeat illum portare in barilibus ſignatis ut infra dicet, & dictum uinum ſeu uuam tempore uindemiarum non poſſit cõducere in ciuitate Piſtorii in uegetibus uel tinellis ſub pœna librarum quinq; dena. pro quolibet & qualibet uice de facto auferenda, cuius pœnæ quarta pars ſit Rectoris exigentis, quarta accuſatoris uel denunciatoris, & reliqua communis Piſtorii. ¶ Et barilia, cum quibus conduceret uinum, debeat habere ſignata ſigillo gabellariorum portarum ciuitatis Piſtorii & quæ ſunt capacitatis metretarum quadraginta bonarum & rectarum, & cum ipſis barilibus uinum portet, & qui contrafecerit puniatur in ſolidis quadraginta denariorum pro qualibet uice contrafactionis, & credatur barile eſſe rectum, ſi erit ſigillatum. ¶ Qui gabellarii teneantur facere ſigillari barilia uini hoc modo uidelicet, q; ii barile eſt rectum tollant inter menſurationem, & ſigillaturam de quolibet pario ſolidos duos & non ultra, & ſi inuenerint maius una media mezetta ſimiliter, ſi uero ab inde ſupra reperiretur maius uel minus non ſigilletur nec ſigillari poſſit ſub pœna ſolidorum quadraginta den, dictis gabellariis pro quolibet barile, ita ut ſupra ſigillato, & etiam illis qui habebunt talia barilia & communi Piſtorii applicanda. ¶ Et dicti ga

bellarii portarum pro dicto sigillo teneantur & obligati sint quolibet anno dare & soluere operæ sancti Iacobi de Pistorio summam & quantitatem librarum septuaginta den. de mense nouembris cuiuslibet anni.

De pena mittentis aquam in vino quando præstatur pro affictu. Rubrica xcj.

ORdinamus, q̃ quæcunq; persona ciuitatis uel districtus Pistorii alicui pro affictu, siue ex causa uenditionis uel pro ad medio uinum dederit aqua mistum puniatur inde ab officiali, coram quo reclamatio facta fuerit uel est, in libris uiginti denariorum, pro quolibet barile applicandis pro tertia parte communi Pistorii, pro tertia Rectori exigenti, & pro residuo accusatori, & damnum emendet. Et hoc bãniatur de mense septembris in duabus sabbatis.

De puniendo iniuriam que fieret inter vicinos. Rubrica xcij.

STatuimus, q̃ si aliqua quærimonia facta fuerit Rectori uel Iudici eius, ab aliqua persona ciuitatis comitatus & districtus Pistorii de aliquo suo uicino, qui faciat sibi malam uicinãtiam, de domo eius uel eius terreno aut muro mittendo aquam, fumum, uel aliam putredinem, uel his similia in domũ suam, terrenum uel curiam de domo uicini, uel terreno, uel facerent aliquã inhonestatem detinendo in eorum domibus personas in honestas, uel aliquod aliud inhoneste dicendo uel faciendo, q̃ Regimen, & siue Iudex, cui facta fuerit reclamatio, summatim cum consilio quatuor bonorum hominum, & legalium uadat uel mittat ad uidẽdum ipsum locum. Et si uiderint ipsum locum incidenter malam uicinantiam facere cum consilio prædictorum faciat reaptari, ita q̃ uicinus damnum non sentiat, condecenter pro ut & cuius expensis eis uidebitur.

De paleario non faciendo in ciuitate Pistorii vel prope domum alterius. Rubrica xciij.

PRouisum est, q̃ palearius non fiat in ciuitate Pistorii uel burgis ab aliqua persona prope domum uel capannam uicini sui per uiginti bracchia, & persona contrafaciens puniatur in libris quatuor den. pro qualibet uice, & palearius destruatur, & hoc faciat banniri Regimen.

Quod gabellarii portarum soluant salarium custodibus portarum. Rubrica xciiij.

IN futurum Gabellarii gabellæ portarum ciuitatis Pistorii teneantur & debeant soluere custodias, quæ stant seu stabunt die noctuq; ad portas ciuitatis Pistorii numerum consetum & salarium ad præsens consuetum dare custodibus prædictis.

De

De custodibus secretis nõ fiendis per Rectores. Rubrica. ꝛ c v°

ADuertentes ꝙ dominus Capitaneus seu Commissarius ciuitatis Pistorii aliiq; Rectores dictæ ciuitatis dant securitatem pluribus personis debitoribus communis uel alicuius priuatæ personæ facientes dictos debitores custodes secretos, & propterea non possunt dicti custodes secreti conueniri uel grauari. ¶ Ideoq; statutum & ordinatum est, ꝙ dominus Capitaneus uel aliquis alius Rector ciuitatis Pistorii non possint habere tenere uel scribere aliquem custodem secretum uel non secretum, sed sint contenti custodibus ordinariis uidelicet portarum qui sunt ad portas die noctuq; cum salario usq; ad numerum consuetum, & etiam custodibus, qui stant ad portas de nocte tantum cum salario usq; ad numerum consuetum. ¶ Et si plures custodes haberent tenerent uel scriberent, incidant in pœnam librarũ quingentarum denariorum eisdem de facto auferendam, & cameræ communis Florentiæ applicandam. ¶ Et nihilominus tales custodes, qui non essent de custodibus ordinariis cum salario & ultra numerum consuetum custodum ordinariorum, non habeant securitatem, sed possint per quemlibet alium Rectorem ciuitatis Pistorii, & eius curiam conueniri, capi, cogi & grauari realiter, & personaliter ad petitionem cuiuscunq;, & tam in ciuilibus, q̃ in criminalibus, & etiam quilibet custos ex prædictis non ordinariis incidat in pœnam librarum quinq; denariorum cuius pœnæ quarta pars sit Rectoris exigentis, quarta accusatoris uel denunciatoris, & reliqua cõmunis Pistorii. ¶ Et possit de prædictis perpetuo cognosci, inquiri, puniri, & condemnari, nõ obstantibus, quibuscunq; ordinibus, statutis, reformationibus, & cõsuetudinibus usq; in præsentem diem obseruatis.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

STATVTORVM PISTORIENSIVM INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

STATVTVM Et ordinatum est, q̄ ad Iudices appellationis & nullitatis diputatos, siue deputandos in Ciuitate Pistorii de omnibus causis ciuilibus, litibus, & controuersijs sit licitū appellare, & de nullitate proponere ab omni sententia diffinitiua, uel uim diffinitiuæ habente, & ab omni grauamine, quod non posset recenseri, nec recensendum ueniret in diffinitiua, uel causa appellationis ab eadē interponendæ. ¶ Ab aliis uero sententiis, pronunciationibus, & grauedinibus latis, & factis appellari, uel de nullitate proponi non possit, sed possint, & debeant recenseri, & examinari indiffinitiua, uel appellatione, uel causa nullitatis ab ipsa diffinitiua interposita, & facta, & aliter nullo modo liceat appellari, uel de nullitate proponi. ¶ Et a sententijs librarum uigintiquinq; & ab inde infra appellari non possit, & in sētentijs latis, & factis in causis mercatorum & artificum locum habeat, & seruetur statutū supra in sēc, lib. positum, quod dē Quest. Mercat. tract.

Quis sit Iudex appellationum & nullitatum ciuitatis Pistorii. Rub. ii.

SAncimus, q̄ ab omnibus sententijs latis, & ferendis per dominum Potestatem Ciuitatis Pistorii, siue eius Iudicem, & siue per Iudicem causarum ciuilium cōmunis Pistorii, uel per quoscunq; Rectores, & Officiales Ciuitatis Pistorii, eiusq; comitatus & districtus a quocunq; grauamine, quod non ueniret recensendum in diffinitiua sententia, uel appellatione ab eadē interponenda appellari possit, & de nullitate proponi ad Iudicē Domini Capitanei Ciuitatis Pistorii uel ad Dominum potestatem Ciuitatis Florētiæ. ¶ Q̄ui Iudex domini Capitanei Ciuitatis Pistoriij, & Dñs Potestas seu capitaneus Ciuitatis Florentiæ sint, & esse intelligantur de cæteto Iudices primarum appellationum & nullitatum ciuitatis Pistorii eiusq; comitatus & districtus. ¶ Et casu quo contigerit, q̄ in ciuitate Pistorii non adesset Regimen dñi Potestatis, & eius Iudicis, sed dñs Capitaneus seu cōmissarius, tantum adeo q̄ causæ quæcunq; dictæ Ciuitatis, quæ coram Potestate, & eius Iudice, seu altero eorum uentillabantur, & agitari debuissent iuxta formam statutoꝝ coram dictis dño Capitaneo seu cōmissario, & eius Iudice, uel altero corū, tanq̄ in ipsius dñi Potestatis, & eius Iudicis locū subrogatus quo ad cognitionem & decisionē causarum, quæ per ipsos D. Potestatem & eius Iudicem seu alterū eoꝝ cognosci, & terminari debuerant, per dictos Dñum Capitaneum, seu Cōmissarium, & eius Iudicem, uel eoꝝ alterū

tantum cognóscerentur & terminarentur, tunc & in dicto casu a sententiis latis & ferendis per dictum dñum Capitaneum, & Cõmissarium & eius Iudicem, uel alterum eorum tantum quibuscunq; & quomodocũq; appellari possit ad dictum dominum Potestatem seu Capitaneum Ciuitatis Florentiæ. ℂ Vel etiam ad Magnificos dominos Priores, & Vexilliferum Iusticiæ ciuitatis Pistorii, uel eiusdem prioratus lòco subrogatos pro tempore in officio existentes, & similiter a quolibet grauamine, quod non ueniret recensendum in diffinitiua sententia, uel appellatione ab eadem ut supra interponenda, & in dicto casu dicti dñi Priores, & Vexillifer iusticiæ sint, & esse intelligant, & similiter eoꝝ loco subrogati Iudices primaꝝ appellationũ & nullitatũ ciuitatis, comitatus, & districtus Pistorii in causis, & de causis super causis ciuilibus tantum quibuscũq; in causis uero criminalibus dicti dñi Priores uel subrogati nullo modo sint aut esse intelligantur, Iudices appellationum uel nullitatum ut supra. ℂ Et in dictis causis primarũ appellationum habeat locum præuentio, ita q; si per aliquã partium fuerit appellatũ ad Iudicem capitanei Ciuitatis Pistorii, ille intelligatur Iudex dictarum primarum appellationũ quo ad dictã causam, & appellari nõ possit ab eadem sententia, uel grauamine ad Capitaneum seu Potestatẽ ciuitatis Florentiæ & similiter, e conuerso, si primo appellatũ esset ad dictũ Capitaneũ seu Potestatem ciuitatis Florentiæ, ille intelligat esse & sit, quo ad dictam causam, Iudex primaꝝ appellationũ, quo casu, quo ad dictã causam, ad Iudicem dñi Capitanei ciuitatis Pistorii appellari nõ possit. ℂ Et idem intelligat & fiat, si appellaret ad magnificos Dños Priores & Vexilliferũ Iusticiæ, uel eoꝝ loco subrogatos ciuitatis Pistorii. ℂ Et dictus Iudex dñi capitanei ciuitatis Pistorii, uel magnifici dñi Priores, seu eoꝝ loco subrogati in causa dictæ appellationis teneant, & debeant in omnibus, & per omnia prout per formã statutoꝝ disponitur ꝓcedere, & unicuiq; iusticiã ministrare, & singulis diebus dictus Iudex teneatur, & debeat sedere ad bancũ iuris ꝓ tribunali positũ in sala inferiori in curia dicti domini Capitanei ꝓ iure reddendo in dictis causis de mane, uel de sero iuxta formã statutorum, quãdo Cãpana pulsatur ad ius reddendũ, & vnicuiq; ad ipsum Iudicẽ accedere nolẽti de se copiã facere, & dare, & in p̃dictis sollicite ius reddẽ, & administrare, & statuta cõmunis Pistorii seruare sub pœna librarũ ducentarũ den̄. ꝓ qualibet vice, qua cõtrafecerit, eidem iudici auferẽda & cõmuni Pistorii applicãda. ℂ Et ad scribendũ acta dictaꝝ causaꝝ appellationũ & nullitatũ tam primaꝝ, q̃ secundaꝝ appellationum, & nullitatũ ventillandarũ in ciuitate Pistorii tam corã iudice dñi Capitanei, q̃ corã dictis dñis Prioribus, & Vexillifero iusticiæ vel eoꝝ loco subrogatis, q̃ etiã coram iudice dñi Potestatis Pistorii, ut infra dicetur sint & esse intelligant ælecti & deputati Notarii causarũ ciuiliũ cõmunis Pistorii qui ꝓ tẽpore residebunt absq; alio salario percipiendo a cõmuni Pistorii, excepto eo, quod descripturis eis per missum est per formã statutorũ cõmunis Pistorii. ℂ Et iudex dñi Potestatis ciuitatis Pistorii, ac etiã Dñs Potestas Ciuitatis Florentiæ sint & esse intelligantur iudices secundarum appellationũ & nullitatum cõmunis Pistorii, eiusq; comitatus, & districtus, ad quos appellari possit ab omni senten-

tia diffinitiua, & a quocunq; grauamine vim diffinitiuæ habente, vel quod non posset recenseri in diffinitiua sententia, uel in appellatione interponẽda ab eadem lata seu ferenda, siue inferendo per Iudicẽ Capitanei Ciuitatis Pistorii, uel per dictos dños Priores & Vexilliferũ iusticiæ, aut eorũ subrogatos, tanq̃ iudices primarũ appellationũ & nullitatũ. ¶ Et in p̃dictis etiã habeat locum p̃uentio, ut supradictum est. ¶ Et dictus Iudex Potestatis Pistorii in dictis causis secundarũ appellationum teneatur, & debeat in omnibus & per omnia p̃cedere, prout, & secundũq; p formã statutorũ cõmunis pistorii disponit, & vnicuiq; iusticiã administrare, & singulis diebus iuridicis sedere ad bancum iuris in palario residentie dicti dñi potestatis iuxta solitũ, p iure reddendo horis solitis, & ordinatis, & vnicuiq; uolenti de se copiam facere & dare, & ius in prædictis sollicite reddere & administrare & statuta quælibet ciuitatis pistorii seruare sub pena librarũ ducẽtarũ den. cuilibet cõtrafacienti auferenda p̃ qualibet vice & cõmuni pistorii applicãda. ¶ Et casu quo in ciuitate pistorii nõ resideret, uel esse contigerit iudex dñi potestatis, runc & in dicto casu a sententiis latis seu ferendis p dictos dominos priores & Vexilliferũ iusticiæ uel eorum subrogatos, & a quocunq; grauamine, quod recenseri nõ posset in diffinitiua uel appellatione ab eadem interponenda appellari possit ad Iudicem domini Capitanei, seu commissarii ciuitatis pistorii, dummodo nõ sit idẽ iudex, & eadem persona, quæ in principali causa sententiam tulerit, & in dicto casu ipse sit, & esse intelligatur etiã iudex secundarũ appellationum & nulliratũ ciuitatis comitatus, & districtus pistorii, & loco dicti Iudicis dñi potestaris in omnibus, & p omnia p̃ ut supra de iudice dñi potestatis dicit. ¶ Et cuilibet partiũ inqualibet causa liceat, & licitũ sit appellare semel tantum, & de nullitate dicere, & nõ amplius, ita q; si prima sententia p iudicẽ primarum appellationum, & nullitatum confirmata fuerit, non possit ulterius appellari, si uero nõ fuerit in totũ uel in partẽ confirmata, eatenus, quatenus cõfirmata non fuerit, appellari possit, & de nullitate dici ad Iudicẽ secundarũ appellationũ, & a sententia iudicis secundarũ appellationum nullo modo appellari possit, aut de nullitate dici.

De modo procedendi in appellationibus. Rub. iii.

STatutum, & ordinaum est, q; iudex appellationum, & nullitatum prædictarum, qui causas appellationis debet recipere, quæ in præcedentibus dictæ sunt, appellatione recepta, quam omnino recipere teneatur sub infrascripta pena, die produtionis appellationis uel sequenti teneatur, & debeat denunciare, notificare, & inhibere tali officiali, a cuius sententia, uel præcepto fuerit appellatum, ut nulla nouitas, uel aliquid noui fieret contra ipsum appellantẽ seu in p̃cessibus, qui fierent contra appellantem p̃dictũ. ¶ Et si secus uel ultra, uel contra per ipsum officialem factũ fuerit, postq̃ ei fuerit dennnciatum, nõ ualeat, & non reneat ipso iure, & dictus Capitaneus, seu cõmissarius Rector, uel Officialis incidat ipso facto in penam librarum quingentarũ den. applicandarum p̃ dimidia conseruatoribus legum Ciuitatis Florentiæ

rentiæ, pro quarta parte cõmuni Pistorii, & pro residuo accusatori uel denuntiatori, & nihilominus pars contrafaciens cadat a iure suo. ¶ Qua notificatione, & inhibitione sit facta, ad petitionem partis appellantis ipse iudex partem appellatam requirere faciat, & quæ requiri & citari debeat omnino ad uidendum præsentem appellatiõem, q; ipsa die citationis uel sequẽti iudicia post ipsam diem præsentationis cõpareat coram eo ad accipiẽdũ copiam appellationis, & terminum accipiendũ ad rispondendũ & opponẽdum eidem, & ipso cõparente uel non cõparente assignetur eidem terminũ trium dierum iuridicorum, & sibi notificetur personaliter, uel ad domũ, ad accipiendum copiã dictæ appellationis, opponẽdũ & respondendũ quicqd uoluerit, & hæc appareant per nuncii relationẽ, cui stetur. ¶ Quibus tribus diebus elapsis siue fuerit oppositum, siue non succedant eunc termini ad probandũ & alia faciendũ, de quibus fit mentio in statuto Rubrica De Mod. Proced. in Ciuil. libro secundo Rubrica prima. ¶ Et in qualibet causa appellationis & nullitatis intelligatur a partibus petitum consiliũ sapientis in termino dato ad allegandum, & consilium sapientis petendũ, de quo in dicto statuto fit mentio, qui sapiens & consultor eligi debeat modo & forma & prout in dicto statuto continetur, & salariũ deponi debeat per ipsas ambas partes parti, quæ obtinuerit reficiendũ in casu uictoriæ. ¶ Et sententia in dictis causis ferri debeat iuxta formam dicti cõsilii in omnibus & per omnia, ut in dicto consilio reddendo continebitur, & aliter uel alio modo lata nullius sit effectus, efficaciæ ualoris uel momenti: nisi partes cõmuni concordia consentirent, q; iudex appellationis absq; cõsilio prædicto habendo ferre deberet ipsam sententiam. ¶ Et si contigerit quæstionẽ oriri inter partes an potuerit appellari uel non, uel de aliquo alio, quod habeat æneruare, uel reicere appellationem, uel nullitatem, ipse iudex super tali quæstione, ut supra pronunciare teneatur, & debeat secũdũ consiliũ sapiẽtis, quod consilium petitum intelligatur, nisi partes concordarent, & renunciarent eo modo & forma prout supra de alio consilio disponit. ¶ Et quousq; dicta quæstio non fuerit terminata non currant tẽpora supra disposita & ille contra quẽ pronunciatum fuerit in dicta causa, condemnet in triplũ expensarum factarũ per partẽ aduersam, in cuius fauorem fuerit pnunciatum. ¶ Et casu quo appellatũ fuerit quoquo modo ad magnificos. D. Priores & Vexilliferum iusticiæ seu eorũ loco subrogatos, sufficiat q; appellatio ipsa corã eorum officio in quouis numero eoadunato p̃sentetur, etiam q; unus tantũ congregaretur, & quæcunq; acta facienda in tali causa porrigantur notariis caularum ciuiliũ aut altero eor; citatis tamen citandis iuxta formã statutoriũ, etiam in absentia dictorum Dñorum Priorum, uel subrogatorum, sed sub eorum nomine, qui notarius diem præsentationis apponat. ¶ Et si contigerit in dicta causa coram dñis Prioribus, uel eorum subrogatis testes examinari debere, tunc & in dicto casu partes teneantur, & debeãt eligere, & deputare duos iuris peritos, uel duos notarios, seu unum iurisperitum, & unum notarium, quos uoluerint neutri partium suspectos de ciuitate Pistorii, & in ipsa ciuitate existentes præsentes, qui teneantur, & debe-

ant, testes ipsos examinare faciendo de eorum dictis & attestationibus rogatum unum ex notariis causarum ciuilium, & habeant dicti examinatores eundē salarium, qđ Iudici p̄ examinatione soluit. ¶ Et si altera ex dictis partibus nō eligeret bina citatione p̄cedēte p̄sonaliter, uel ad domū sub diuersis diebus si in ciuitate comitatu, uel districtu habitauerit, Sin autē modo & forma, qbus citant non habitantes tūc & eo casu pars cōparens, & potens possit omnes examinatores p̄dictos eligere. ¶ Qui examinatores sic electi habeant, & habere intelligant etiā autoritatem taxandi salariū cōsultoris p̄ consilio reddēdo, & p̄ nuncio, & quod salariū taxare debeant sub uinculo eos p̄stiti iuramenti deferenti eisdē de examinādo & salariū taxando arbitrio boni uiri, & remotis odio amore timore p̄ce præcio, & qualibet humana gratia & sub eorū conscientia. ¶ Et si aliqua ex partibus legitime citata & requisita iuxta formā statutoꝝ post notificationem cū cominatiōe infrascripti p̄iudicii peremptionis instantiæ salariū taxatū, seu taxandū, ut supra nō deposuerit penes notariū actuarium infra duos dies cōtinuos, tūc & in dicto casu, si & casu quo instantia dictæ causæ periret, instantia ipsa intelligatur esse, & sit ipso iure perempta culpa, & defectu talis recusantis, seu salariū deponer cessantis, & ita p̄nunciari debeat & in expensis condēnari. Qui qdē dñi Priores, & vexillifer iusticiæ, uel eoꝝ loco subrogati i sufficiēti numero coadunati seruatis seruādis obtento partito inter eos secūdū ordinamēta cōmunis Pistorii teneantur & debeant deliberare, & deliberādo p̄nunciare & sententiā ferre secūdū formā dicti consilii sapiētis relati faciēdo rogatū de ea unū ex dictis notariis actuariis. ¶ Et casu quo nō cōgregarentur in dicto sufficienti numero, uel si cōgregati fuerint, nō essent cōcordes in sic p̄nunciando, & nō deliberauerint, & nō sententiauerint, ut dictū est, tunc & eo casu ille, seu illi, qui nō fuerint cōgregati non legitime impediti, uel si fuerint cōgregati, qui nō concordauerint & recusauerint, intelligaē & intelligantur fuisse & esse incursus, seu incursi in pœnā florenorum quinquaginta auri largorum in auro, applicandam pro dimidia parte, eos requirenti, & insistenti, pro quarta parte Communi Pistorii, & pro reliqua quarta parte Rectori illam exigenti, & uenire facienti in Communi prædicto. ¶ Et Nihilominus sententia intelligatur lata in termino instantiæ, & ultimo die, & hora dictæ instantiæ secundum tenorem dicti cōsilii legitime, & iuridice. ¶ Debeant tamen dicti Domini Priores, & Vexillifer iusticiæ, uel eorum talamum in Palatio eorum residentiæ, uel eorum subrogati per aliquem ex famulis, seu domicellis Palatii personaliter uel ad domum eorum solitæ habitationis ad minus una die pro alia, & pro certa die, & hora determinata citari, & requiri, & in Palatio publico Communis Pistorii in loco eorum solitæ residentiæ sedere debeant, & pronunciare ut supra dictum est. ¶ Absentes uero a Ciuitate Pistorii tempore talis requisitionis, & citationis, seu notificationis exceptuamus, nisi uenerint in Ciuitate post ipsam notificationem, & requisitionem, & ante sententiam ferendam, seu latam, & similiter ægrotos, & impeditos de legitimo impedimento, qui nullam pœnam incurrant. ¶ In præsentatione ue-

ro actorum quorumcunq; non requiratur, ut supra dicitur, præsentia dictorum. D. Priorum Vexilliferi iusticiæ, aut subrogatorum prædictorum de necessitate, sed sufficiat, & pro legitime præsentatis habeantur, si sub nomine dicti Prioratus uel subrogatorum eidem notario actuario porrigantur cum citatione aut præsentia partis aduersæ. ¶ Instantia autem dictarum causarum sit & esse intelligatur, & duret, & durare debeat, quãtum durat instantia causæ principalis iuxta formam statutorum, & incipiat, & incipere debeat currere a die primæ citationis & præsentationis earum.

Per quas personanis & quo loco possit appellari. Rub. iiii.

STatutum est, q; si contra aliquem est lata sententia, uel præceptum factum uel grauamen illatum eo modo, quo supra in præcedentibus dictum est, non solum ille, contra quem lata seu latum est, sed etiam eius procurator & nominibus, quibus de iure permittitur, & quorum interest, & eis liceat, & licitum sit appellare, & de nullitate proponere, & appellationem interponere sicut ipsa principalis persona. ¶ Et ipsa appellatio fieri possit & de nullitate proponi in quocunq; loco in Ciuitate Pistorii, etiam absente iudice a quo uel ad quem. ¶ Quæ appellatio legitima cænseatur, dato q; in ea non fuerint petiti apostoli, uel non solẽniter fuerit appellatum, & non in scriptis, uel in ea appellatio, & nullitas fuerit intentata.

Infra quantum tempus possit appellari. Rub. v.

STatutum est, q; si aliquis appellare uoluerit, uel de nullitate proponere ab aliqua diffinitiua sententia, uel uim diffinitiuæ habente, uel a tali grauamine, quod recensendum non ueniret in diffinitiua uel in causa appellationis interponendæ ab eadem, debeat appellare infra decem dies continue numerandos proxime sequentes a die latæ sententiæ exclusiue, quæ locum habeant in sententiis latis in Ciuitate, comitatu, montanea, & districtu Pistorii, quibus decem diebus elapsis infra quinq; dies utiles appellans debeat instrumentum publicum appellationis producere corã Iudice ad quẽ appelletur citata parte, & prædicta requirantur de forma. ¶ Et notarius qui instrumentum sententiæ, pronũciationis uel præcepti fecerit, uel scripserit, teneatur copiam ipsius infra duos dies iuridicos ei dare, qui appellauerit sub pœna librarum centum dcñ. applicandam pro dimidia conseruatoribus legum Ciuitatis Florentiæ, pro quarta Communi Pistorii, & pro reliqua quarta parte accusatori, uel denunciatori, quibus conseruatoribus subiaceat pro prædictis. ¶ Et nihilominus cogi possit per Iudicem causæ principalis, & causæ appellationis ad dandum copiam parti petenti, quã si Notarius infra dictum terminum non dederit, postq; per dictam partem

fuerit cum instantia requisitus, de qua requisitione clare constet ipsi iudici ad quem fuerit appellatum, uel de nullitate oppositum per publicam scripturam in actis curiæ scriptam infra dictos decem dies datos ad appellandū tunc sit eidem appellanti, & appellare uolenti tantum tempus concessum de termino, quantum ipse Notarius copiam ipsius sententiæ præcepti uel grauaminis distulerit ei dare. ¶ Et cum dicta appellatio producitur nulla debeat dari petitio super ea, sed solum peti, q̄ procedatur super appellatione ipsa, nec in appellatione litis contestatio aliqua fiat.

Quod in causis nullitatis procedatur: vt in causis appellationis. Rub. vi.

PRouisum & ordinatum est, q̄ in causa nullitatis in ciuilibus, de quibus possit haberi recursus ad supradictos Iudices appellationis, & nullitatis, possit, & debeat procedi, & in eodem tempore proponi, & terminari, & dilatio assignetur, & in omnibus, & per omnia procedatur, prout supra proceditur in causis appellationum eo modo & forma seruata, & infra eadem tempora debeant terminari.

De appellationibus & officio Iudicis appellationum in causis criminalibus. Rub. vii.

STatutum & ordinatum est, q̄ ab oibus sententiis, & condemnationibus diffinitiuis latis seu factis per dominum Potestatem Ciuitatis Pistorii, uel eius Iudicem Maleficiorum, & Damnorum datorum in quæstionibus seu causis criminalibus, & damnorum datorum possit, & liceat appellari ad Iudicem primarum appellationum, & nullitatum Ciuitatis Pistorii de quo supra Rub. Quis sit Iud. Appell. Rub. secunda. ¶ Excepto officio prioratus & eius subrogatorum, qui sint & esse intelligantur iudices appellationum & nullitatum in causis ciuilibus tantum, & non aliter nec alio modo. ¶ Exceptis etiam condemnationibus latis & factis occasione homicidii, & omnibus aliis condemnationibus, in quibus principaliter, & non conditionaliter, imponitur pœna mortis uel membri abscisio a quibus appellari uel quærelari non possit, possit tamen haberi recursus ad eius Excellentiam Illustrissimam, uel ad eius Preclarissimos Consiliarios, cum Ven. Collegiis, & Octouiris custodiæ, & baliæ Ciuitatis Florentiæ, uel ad Magistratum Magnificorum Dominorum Quattuor Commissariorum dictæ Ciuitatis deputatorum ab eius Excel. super rebus Pistoriensibus de Mense Augusti Anni. M. D. XXXVIII. Infra dictos decem dies datos ipsis condemnatis ad faciendum omnem eorum defensionem in quibus habeat locum præuentio. ¶ Et quilibet condemnatus exceptis suprascriptis casibus possit appellare, & ille, contra quem talis sententia lata fuerit, &

etiam eius fideiussor, & ipsius condemnati Pater, Filius, Frater, Nepos, ex filio, & quælibet alia persona, cui de iure & ex forma statutorum permittitur, infra quinq; dies duntaxat post diem latæ sententiæ, uel condemnationis computandos in quocunq; loco, seu parte Ciuitatis Pistorii, uel aliunde appellare uoluerit, & in ablentia cuiuscunq; Rectoris, uel a quo, uel ad quem appelletur, sine aliqua apostolorum petitione super ipsa appellatione facienda. ℂ Quæ quidem appellatio producitur, & produci possit, & debeat coram dicto Domino iudice appellationum sine aliqua petitione super ipsa appellatione facienda saltem infra tres dies post lapsum dictorum quinq; dierum. ℂ Et Iudex appellationum prædictarum teneatur appellationem ipsam recipere præcise, reseruato in diffinitiua utrum dicta appellatio fuerit recipienda, uel non sub pœna librarum quinquaginta dcñ. pro uice qualibet contrafacienti auferenda tempore sui sindicatus. ℂ Et teneatur, & debeat ipsa die proditionis, uel saltem sequẽti die notificare Potestati, & eius iudicis maleficiorũ, & Rectoris, qui condẽnatione fecerit, & cõseruatoribus cameræ Cõmunis Pistorii & i defectu eorũ Officii, uel concordiæ, Notario dictæ cameræ, qui in dicto casu totius officii locum substineat, qui Notarius teneatur, & obligatus sit in causa appellationis interpositæ a sententiis latis, & condemnationibus factis per ipsum potestatem, uel Iudicem, uel aliquem eorum iura Communis defendere, per cædulam continentem substantiam appellationis & sententiæ, a qua fuit interposita, & ipsam appellationem, seu ipsius appellationis copiam. Et prædicta de notario cameræ, & Conseruatoribus locum habere intelligantur in casu, in quo per Consilium Populi Ciuitatis Pistorii, non fuerit aliter prouisum, Quod consilium circa prædicta prouidere possit etiam suo partito toties quoties, & pro eo tempore, & cum illis modis, & conditionibus pro ut eidem libere uidebitur & placebit. ℂ Et q; ipsi, uel aliquis ipsorum ipsa die notificationis uel saltem sequenti iuridica compareant coram ipso Iudice appellationis addefendendum iura Communis contra appellationem notificatam. ℂ Quam cædulam & appellationem, & seu appellationis copiam dictus Notarius forensis, dicti iudicis appellationis eis dimittat, uel alicui eorum, & si eos, uel eorum aliquem non reperierit, dimittat ipsam cædulam appellationis, uel eius copiam affixam cum bullecta, uel cæra ad hostium curiæ, seu scalarum Palatii Potestatis, uel Rectoris sub dicta pœna, & de prædictis stetur, & credatur relationi Notarii forensis. ℂ Qua notificatione facta prædictus Potestas Iudex, & Notarius Cameræ Communis, uel aliquis alius, ut supra a Consilio deputatus, seu deputãdus teneantur & debeant sub pœna librarum quingentarum dcñ. eidem Potestati auferenda tempore sui sindicatus infra terminum ipsius notificationis compare re coram dicto iudice appellationis ad bancum iuris: & eorum aliquo non comparente dictus Iudex ei, & eis appellanti seu appellantibus assignet terminum siue præsens fuerit ipse appellans, siue absens, in quo casu habeatur ac si fuerit præsens, octo dierum ad probandum producendum, & opponẽdum quicquid uoluerit peremptoriæ, quo termino elapso fiat testium pu-

blicatio, & infra decem dies post ultimam diem dicti termini octo dierum feratur sententia diffinitiua per dictum iudicem appellationis. ¶ Et si infra dictum terminum diffinitiua sententia non fuerit lata, sententia condēnationis principalis firma sit, & remaneat ac si ab ea nō fuerit appellatum. ¶ Et Iudex appellationis incidat in pœnam librarum centum dēn. sibi auferenda tempore sui sindicatus, cuius mædietas sit communis Pistorii & altera mædietas appellantis, & prædictis procedatur, & procedi debeat breuiter & summarie sine litis contestatione, & iuramento calumniæ, sine strepitu, & figura iudicii. ¶ Et dicti Conseruatores & eorum Notarius & alii a consilio deputati, uel deputandi singula singulis congrue referendo sint, & esse intelligantur insolidum, ita tamen q̄ occupantis conditio non sit potior, sed in cæpta per unum alter prosequi ualeat & complere, sindici cōmunis Pistorii ad defendendum iura Communis Pistorii contra appellationes supradictas, & generaliter, & specialiter ad omnia, & singula, quæ circa dictam defensionem expedierint, & quæ quilibet legitimus Sindicus Communis Pistorii & habens speciale, & generale mandatum ac sufficiens cum plena libera generali, & speciali administratione facere posset. ¶ Et de electione talis Notarii Cameræ, uel conseruatorum, uel aliorum deputatorum siue deputā dorum a consilio, ut supra fiat fides Iudici appellationum per publicum instrumentum, quod registretur per Notarium dicti Iudicis appellationum, & ipsi registrato detur plena fides in omnibus, & singulis causis sine aliqua productione facienda de instrumento prædicto, & ipsis Sindicis, & cuilibet eorum fiat copia suprascriptorum, quæ per appellantem producerentur expensis propriis appellantis. ¶ Et si contigerit aliquam sententiam Potestatis, uel eius Iudicis maleficiorum, & dānorum datorum infirmari debeat inseri in dicta infirmatione causa infirmationis eiusdem, & si causa prædicta fuerit ob defectum alicuius solemnitatis uel substātialitatis omissæ in causa, seu processus principalis causæ, possit, & debeat Potestas, & eius Iudex uel eorum successor de ipso maleficio ex integro cognoscere & punire, ac si processum, & cognitum non fuisset, non obstante aliquo lapsu temporis post incohationem principalis processus incohati siue secuti, & non possit a dicta infirmationis sententia aliter appellari. ¶ Si uero ob defectum probationum, uel aliquam causam fuerit infirmationis sententia lata, tunc & eo casu possit, & debeat a tali sentētia appellari per Conseruatores & Notarium eorum, uel alios deputatos siue deputandos ut supra, & quemliber uel alterum eorum, & per personam offensam ex tali infirmationis sententia ad Iudicem appellationis Ciuitatis Florentiæ. ¶ Et etiam a sententiis latis in criminalibus per Dominum Potestatem appellari possit ad dictum Iudicem Ciuitatis Florentiæ omisso medio. Quam appellationem dictus Dominus Potestas prosequi & fieri faciat sub pœna librarum quingentarum dēn. eidem auferenda tempore sui Sindicatus, & in huiusmodi appellationibus interpositis, seu interponendis, cognoscendis, proponendis, & terminandis procedatur in omnibus, & per omnia, & sub eisdem pœnis, & infra dicta tempora, prout supra

pra dictum est, saluo q̃ dictus Iudex Ciuitatis Pistorii appellationum ex actibus eiusdem causæ principalis, & primæ appellationis duntaxat sine alicuius sapientis Consilio diffiniat, quando ad eum fuerit appellatum, uel quando ipse de causa appellationis cognoscere. ℂ Et in futurum unicuiq̃ condemnato, uel condemnando in pœnam mortis, uel mutilationis alicuius membri intelligatur ipso iure assignatus terminus decem dierum a die inscriptæ notificationis proxime futurorum ad omnem eius defensionem quomodolibet faciendam, & recursum habendum ut supra, cui termino non possit per dictum condemnatum quo quo modo renunciari, & quod in contrarium fieret non ualeat, & non teneat ipso iure. ℂ Qui Terminus decem dierum eidem condemnato, uel condemnando notificari debeat a Notario cameræ per publicum Instrumentum die immediate sequenti postq̃ fuerit captus pro condemnatione prædicta, Condemnando autem notificet modo prædicto die sequenti post condemnationem prædictam, intelligendo ut supra de condemnationibus in pœnam mortis, uel mutilationis membri ℂ Et quilibet Rector, & Officialis, qui ante dictum Terminum decem dierum fecerit aliquam executionem prædictorum condemnatorum contra condemnatos uel condemnandos prædictos, incidat ipso facto in pœnam ducatorum mille Auri largorum in Auro applicandam pro dimidia conseruatoribus legum Ciuitatis Florentiæ, pro quarta parte Cameræ Communis Pistorii, & pro residuo accusatori, uel denunciatori, de quibus possit perpetuo cognosci, & iudicari non obstantibus in contrarium quibuscunq̃, saluis casibus supra exceptuatis, & in statuto sub Rub. De Offi. Iud. Malefi. libro Quinto expressis.

Quod pendente termino quo appellari possit nulla fiat executio per iudicem prime cause. Rubrica. viii.

AD Hoc ut tollatur materia quæ relandi, q̃ ius non fuerit sibi obseruatum propter nimis propere executionem factam Statutum, & ordinatum est, q̃ illo medio tempore dato ad appellandum, & interponendum appellationem a sententia, a qua possit appellari, & de nullitate proponi, Iudex causæ principalis exequi non debeat suam sententiam, nec aliquã facere nouitatem contra talem, contra quem fuerit lata sententia, uel eius bona, nec etiam postq̃ fuerit appellatum, uel de nullitate propositum, & si secus fieret, non ualeat ipso iure, & Iudex contrafaciens incidat in pœnam Librarum quingentarum den. applicandam pro dimidia parte conseruatoribus legum Ciuitatis Florentiæ, pro quarta parte Cameræ Communis Pistorii, & pro residuo accusatori uel denunciatori, quibus conseruatoribus dicti contrafacientes sint supposita. ℂ Ille uero, ad cuius petitionem fieret, cadat a Iure suo, & incidat in eandem pœnam.

Posſit tamẽ, ſi ſententia fuerit de fructibus, & rebus mobilibus, eas facere ſequæſtrari, & accomodari pœnes idoneam perſonam cauſa cuſtodiæ, & rei ſeruandæ, ut illi detur, qui appellationis uictoriam reportabit.

Quod quilibet Rector Ciuitatis Piſtorii patiatur ſibi fieri proteſtationes. Rubrica. ix.

SAncimus, q̃ Capitaneus, ſeu Commiſſarius, Poteſtas, & quilibet alius Officialis Ciuitatis, Comitatus, & diſtrictus Piſtorii, & quilibet eorum, & cuiuslibet eorũ familia teneantur, & debeant pacifice, & quiete abſq̃ aliqua læſione alicuius, uel iniuria illata in aliquem pati, q̃ ſibi proteſtetur, & denuncietur de iure & iuribus cuiuſcunq̃, & ſi contra uel ſecus fieret ipſi, uel aliquis eorum, ſeu aliquis de ſua familia puniatur, & puniantur in libris centum denũ. per ſindicum, qui eos ſindicabit, & pro qualibet uice, qua contrafecerint, pro quolibet eorum.

Quod Rectores & Officiales Ciuitatis Piſtorii teneatur ſeruare ſtatuta. Rubrica. x.

STatutum, & Ordinatum eſt, q̃ Capitaneus, ſeu Cõmiſſarius & quilibet Rector Ciuitatis Comitatus, & diſtrictus Piſtorii teneantur, & debeant ſeruare, & ſeruari facere omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta Ciuitatis Piſtorii in quantum non ſint contraria ſtatutis Communis Florentiæ nominatim loquentibus de Ciuitate Piſtorii, & ſecundum illa procedatur, & decidatur, & ubi non loqueretur ſtatutum, procedatur & obſeruetur in omnibus & ſingulis proceſsibus Communis Piſtorii, & aliis quibuſcunq̃ occurrentibus in iudicio & extra, ſecundum ius Commune Romanorum.

Quod omnia alia ſtatuta ſint caſtra. Rubrica. xi.

STatuimus, & Ordinamus, q̃ omnia & ſingula alia ſtatuta, prouiſiones reformationes, conſuetudines, ſtili curiæ, & ordinamenta quæcunq̃, quæ quoquo modo facta, & ſeu inducta reperirentur in Ciuitate Comitatu & diſtrictu Piſtorii, quæ non ſint clauſa, & contenta in præſenti uolumine ſtatutorum de cetero intelligatur eſſe, & ſint caſſa reuocata, & annullata, & non poſſint neq̃ ualeant quoquo modo adduci, uel allegari: ſed ſolum, & duntaxat præciſe obſeruentur, & obſeruari debeant ea, quæ continentur, & diſpoſita ſunt in præſentibus ſupraſcriptis huius uoluminis ſtatutis. ¶ In quibus ſi de aliquo caſu ſeu caſibus non reperiretur facta prouiſio recurratur, & recurri debeat ad ius cõmune Romanorum.

Quod præsens volumen imprimatur & in lucem mittatur. Rub. xii.

STatutum est, pro cõmoditate ciuitatis Pistorii hominumq; & personarum eiusdem, nec nõ Rectorum & officialium ipsius Ciuitatis, q; uolumen præsentium statutorum, & ordinamentorum mittatur in lucem, & præsentia omnia instituta imprimantur, & imprimi debeant. Et fiant & fieri debeãt ex ipsis impræssis duo uolumina ad minus, quæ sint in membranis impræssa, quorum alterum stet, & stare debeat ac inseruire curiæ & in curia Rectoris Ciuitatis Pistorii, alterum uero in Palatio Dominorum Priorum in cãcellaria pœnes Cancellarium Communis nec ex inde extrahi possint modo aliquo.

EGO IOANNES Filius quondam Desiderii Ioannis Ser Desiderii Iacobi Bartolomei Nicolæ, de Fortiguerris Ciuis Pistorienſis, & eiusdem Magnificæ Ciuitatis Scriba, & Cancellarius in principio huius uoluminis descriptus prædicta omnia, & singula statuta Capitula, & ordinamenta dictæ Ciuitatis in præsenti, & Ducentis Quadraginta una Cartis uoluminis ipsius mea propria manu descripta, & adnotata, de mandato dicti Consilii Populi, & Communis Pistorii, prout in eius principio dictum fuit, rogaui, Ideoq; ad fidem me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

LAVS DEO.

IN DEI Nomine Amen. Anno Dominice Incarnationis. M. D. XLV. Inditione quarta. Die uero. XX. Mensis Martii.

Nobilisſimi Viri.

Angelus Dñi Matthei de Nicolinis. I. V. Doc. & Aduocatus Florentinus.

Robertus Donati de Acciaiolis, & Octauianus Laurentii de Medicis.

Tres & quattuor Magnifici Dñi Comiſſarii, electi & deputati ab Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Dño Coſimo Medice, Duce Florentie; Secundo ſuper rebus & negociis Piſtorienſibus, ſimul collegialiter adunati pro eorum Officio exercendo, ut moris eſt. Vigore eorum authoritatis, Poteſtatis, & Bale, eis quomodolibet date, conceſſe, & attribuite, seruatis seruandis, & obtento partito secundum ordinamenta, deliberauerunt, & deliberãdo approbauerunt, & confirmauerunt ſupraſcripta ſtatuta & ordinamenta Communis Piſtorii cum omnibus in eis contentis pro tempore Annorum triginta initiandorum Die Prima Menſis Iunii proximeſuturi, & ut ſequitur finiendorum, & mandauerunt ſupraſcripta omnia ſtatuta, & ordinamenta a quocunq; obſeruari, & executioni mandari, ſub pœna librarum Quingẽtarum ſupra, ultra pœnas in dictis ſtatutis, & quolibet, uel altero eorum appoſitas, & inſertas, Mandantes. &c.

EGO Ioãnes Sigiſmundi de Cõmitibus Ciuis & Notarius publicus Florentinus nec non Cãcellarius Ducalis ad extractiones, & a ſecretis dictorum Dominorum Commiſſariorum, de ſupraſcripta approbatione, & confirmatione Rogatus in fidem me ſcripſi, ſignumq; meum appoſui conſuetum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Impresso in Firenze per Bernardo, & Benedetto Giunti. Nel.
M. D. XLVII. Del Mese de Febraio.

REGISTRO

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXY.

¶ Tutti sono Quaderni, excetto, A, Quinterno, & Y, che e Terno.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE